victum & tegumenta, his contenti simus. Igitur prima quidē agricultura est, secunda autem textoria, tertia post illam ædificatoria, postrema autem omnium sutoria: vnde apud nos multi sunt & setui & agricolæ absq; calceis viuentes: igitur vtiles & necessariæ illæ. Agè igitur conferamus illas cum imperatoria: † per has]enim adduxi eas quę omnium magis propriæ, vt cùm apparuerit hanc meliorem esse illis, absque dubio etiā cæteras vincat. Vnde igitur ostē demus illā magis omnibus esse necessariā? quia sine illa aliæ nihil vtiles. Et si placet, relictis aliis, summam & magis necessariā agriculturam in mediū adducamus. Quid enim habent agricolæ, quando se mutuū inuadunt & depredantur, à qua re principis metus illos cohibet, nec sinit vt illa faciant. Quòd si hanc artem sustuleris, superuacaneus ille labor: quod si quis diligenter quæsierit, inueniet etiam alium principatum, mattem illius & cōiunctam. Quę autem illa? hæc nimirum secundum quam vnusquisque seipsum regere & moderari debet, puniens illiberales affectiones, & cū omni diligentia omnia virtutis germina plantans & fouens. Sunt enim principatus genera multa: nam in vno genere populis & ciuitatibus imperant homines, ciuilem hanc vitam moderantes, id quod Paulus manifestans dicebat: Omnis anima potestatibus excellentibus subiiciatur, non est enim potestas nisi à Deo. Deinde monstrans illius vtilitatem subdidit, dicens: Imperans Dei minister est in bonum. Et iterum: Dei minister est, vlciscens in ira eum qui malè fecit. In alio autem genere vnusquisque mentem habens sibiipsi imperat, quod & illic manifestauit, dicens: Si autem non vis timere potestatem, bonum fac: insinuando sibiipsi imperantem. Hic autem est etiam alius principatus, ciuili sublimior. Quis igitur est ille? Is qui in ecclesia, cùius & Paulus meminit, dicens: Obedite præpositis vestris & subiacete, quia ipsi vigilant pro animabus vestris tanquā rationem reddituri. Iste enim principatus ciuili tantò melior est, quantò terra cœlum, immo & multò magis. Nam primum non præcipuè quærit quomodo puniat peccata quæ fiunt, sed quomodo fieri non incipiant: quemadmodum quæ facta sunt non vt perdant infirmantem, sed vt aboleantur: & non multa cura illi est de seculari vita, omnia autem de cœlestibus rebus pronunciat: noster enim in municipatus in cœlis est, & vita nostra illic: absc̄odita enim est cum Christo in Deo. & præmia illic, & cursus pro coronis illic: neque enim post mortem destruitur ista vita, sed tuno magis relucebit. Sanæ propter hoc non solum ✠ subditis,]sed & coronatis illis maiores sunt, quibus ille principatus concreditus est, vtpote ✠ in maioribus, & ad maiora homines instituant. Sed neque ciuilem, neque spiritualem magistratū gerens poterit illum bene administrare, nisi sibiipsi imperauerit sicut oportet, & vtriusque leges ciuitatis cum omni diligentia custodierit. Nam quemadmodum multis imperare duplici ratione fit, ita & vnusquisque sibiipsi imperat: & iterum hoc loco spiritualis ciuili, sicut sermo demonstrauit, melior est. viderit aūt quis quasdam artes imitari principatum præsertim agriculturā. Est enim princeps quidam plantarum cultor, alia quidem amputans & prohibens, alia verò fouens, & crescere faciens: sicut & optimi principes malos quidem & multis damnosos plectunt & puniūt, bonos verò & frugi ad maiora prouehunt: propter hoc & scriptura principes vinitoribus comparat. Quid enim si plantæ voçem non emittant, sicut in ciuitatibus qui affliguntur, attamen aspectu ipso monstrant se obscurari, & cumprimi à malis herbis. Quemadmodum legibus punitur malitia, ita & in hac arte etiam terræ vitium, & plantæ degeneratio, & feritas emendatur. Nam quæcunque in humanis moribus sunt, etiam illic inueniemus, asperitatem, mollitiem, teneritatem, temeritatem, bonam compositionem. Et aliæ quidem ex illis intempestiuis diuitiis florent & in malum proximarum: aliæ autē egent & læduntur: vt quando sępes fruticibus abundant in malum proximarum plā tarum tolluntur, quando aliæ arbores steriles & syluestres in sublime surgentes, incrementum subditarum prohibent. Et sicut principes reges habent, qui damnum suo principatu inferant, & hostes sunt: ita & agricola bestiarum insidias, aeris intemperiem, & erucas, grandinum imbres, siccitates, & quęcunque talia. Hęc autem fiunt, vt semper ad fiduciam Dei respicias.

† Propterea.

Col. 3. a

✠ principibus.

E

F

Ro. 13. a

Ibidē. b

Ibidē.

Heb. 13. c

D

ſpicias. Nam alię quidem artes & ab homi
num ſolicitudine conſtituuntur, hæc autē
magis à diuina gratia pendet, & ferè tota
inde perficitur: & opus quidem eſt, cœleſti-
bus pluuijs, opus etiam temporum tempe-
1.Co.3. rie, & ante omnia illius cura. Neque enim
b qui plantat, neq; qui rigat aliquid eſt, ſed
qui incrementum dat Deus. Et mors illic
& vita, & parturigines & partus ſicut in ho
minibus: poſſunt enim abſecari, & fructū
afferre, & emori, & quòd mortuum eſt ite-
rum renaſci. Vnde & uarius nobis ac ma-
nifeſtius de reſurrectione ſermo: quando
enim radix affert fructum quando ſemen
prodit, nonne reſurrectio eſt? Et multam
quis uiderit in hac arte Dei prouidentiam
inſitam ac ſapientiam, ſi ſingula tractet: ſed
id quod uolebam dicere, quòd iſta quidē
eſt circa terram & plātas, noſtra autem cir-
ca animarum curam: & quantum diſtat in-
ter plantas & animam, tantùm hæc ars iſta
melior eſt. Et principes huius præſentis
G uitæ, iterum hac in tantum inferiores ſunt,
quantò melius eſt imperare uoluntario,
quàm inuoluntario: iſtud enim eſt impera-
re natura. Nam illic quidem omnia metu
& neceſſitate fiunt: hìc autem opus bonum
per electionem & uoluntatem fit: & non ſo
lùm iſte noſter principatus illo ideo me-
lior eſt, ſed etiam quia non ſolùm eſt prin-
cipatus, ſed & paternitas, ut ita dicatur. Nā
& patris habet manſuetudinem, etiam ma
iora perſuaſione imperans. Nam externus
quidem princeps dicit, ſi mœchatus fueris,
Mat. 5. mortuus es. Hic autem ſi intemperantibus
d uideris oculis, maxima minatur. Etenim
honorabile hoc tribunal etiam animā nō
corpus ſolùm corrigit: quantum igitur di-
ſtat inter animam & corpus, tantùm iſte
principatus ab illo diſtat. Et ille quidem
ſedet iudex manifeſtorum, immo neque
horum omnium, ſed eorum quæ arguun
tur. Sæpius autem & in illis iniquè agit.
Hoc autem tribunal erudit eos qui acceſ-
ſerunt, quia qui apud nos iudicat, omnia
nuda & reuelata in medium adducet, in
cōi totius orbis theatro, & impoſſibile eſt
ut aliquid lateat: atque adeò Chriſtianiſ-
mus noſtrā vitam, multò magis q̄ extern-
næ leges cōſeruat. Nā ſi tremere de occul-
H tis magis ſecurū facit hominem q̄ timere
de ſolis manifeſtis, & pœnas dare etiam de
minoribus, multò magis ad uirtutem ex-
citat quàm de ſolis maioribus puniti: ma-
nifeſtum, quòd iſte noſter principatus ma-
ximè omnium vitam componit. Si autem
uis & ordinationes principum uideamus,
etiam hoc loco magnum diſcrimen uide-
bis: non eſt enim principatus iſte eius,
qui plures pecunias dederit, ſed qui maxi-
mas uirtutes declarauerit: neque quaſi ad
humanam gloriam, & ad ſuam quietem,
ſed quaſi ad labores & ſudores, & ad mul-
torum vtilitatem, ita ad principatū hunc
aſcendit ordinatus. Vnde & multo adiuto-
rio ſpiritus fruitur. Et illic quidem princi-
patus ſolùm conſiſtit in forenſibus cauſis
quandiu tractantur. Hìc autem etiam
à precibus & à gratia apponit ſubſidium.
Et illic quidem de philoſophia nullus ſer-
mo, neque ſedet quis docens, quid anima,
& quid nam mundus, & quid futuri ſimus
poſt hæc, & ex auditu uerbi quibus frue-
mur, & quomodo uirtutem adipiſcamur:
ſed de contractibus quidem & pactis, &
diuitiis creber ſermo, de his autem nul-
la cura. Porrò in eccleſia oēs ſermones de
his fieri uidere licet: ideo & iuſtè quis il- I
lam dixerit, & tribunal, & domum medi-
cinæ, & philoſophiæ ſcholam, & animæ
eruditionis locum, & gymnaſiū curſuum
qui in cœlos fuerunt. Vnde ēt manifeſtum
eſt, quòd hic noſter principatus, licèt maio
rem diligentiam exigat, omnium † ſu †māſue
mus] ſit. Nam ille externus princeps qui tiſſimus
dem ſi arripuerit adulterum, ſtatim puni:
quamuis quid inde lucri, hoc enim non
eſt tollere affectionem, ſed animam haben
tem vulnus: qui autem hìc princeps, ſi-
quem inuenerit, ſatagit non ut puniat, ſed
ut affectionem auferat. Nam tu quidem
idem facis, quemadmodum ſi dolens mor-
bo capitis, non morbum quieſcere facias,
ſed caput deſcindas. Ego autem non ſic,
ſed morbū deſeco, & ab ipſis myſteriis ar-
ceo & ſacris ambitibus. Vbi autem illum
reparauero, liberatum a peccato, & pœni-
tentia meliorē factum, iterum recipio. Et †ſi legi
quō, inquit, licet adulterium eximere? Be- bus ſit
ne fieri poteſt. † eſt. n. à legibus illis factum ſubdi-
balneum. quod eſt in eccleſia ſpirituale, tus. bal-
non ſordes corporeis, ſed animæ maculā neū. n.
abluens, multis pœnitentiæ modis. Nam quod-
tu quidem ſiue reliqueris impunitum, de dā eſt ip
teriorem feciſti: ſiue punieris, incurabi- ſa.
lem reliquiſti: ego uero neq; relinquo im-
punitum,

K punitum, neque punio sicut tu: sed & pœnam exigo, quàm me decet exigere, & corrigo quod factum est. Vis & aliter discere, quomodo tu gladium uibrās & flammam ostēdens, peccantibus non magnam medicinam præbes, ego autem absque illis ad puram sanitatem manuduxi? non opus est autem mihi sermonibus, neque uerbis, sed terram & mare in medium adduco, & ipsam hominum naturam, & inquire † priusquam tribunal hoc conscenderis, quomodo humanæ res habeant, quomodo nihil quod nunc bene fit, aliquando neque nominari auditum sit. Quis enim mortem contempsit, quis diuitias spreuit, quis gloriam desperit, quis fugiens tumultus seculi, montes & solitudinem matrem philosophię salutauit? Vbi uirginitatis nomē erat? Nam hæc omnia, & his multò plura, huius tribunalis facinora sunt, & huius principatus opera. Hæc igitur scientes, & discentes ꝙ hinc omnis uitæ utilitas, & mundi correctio, frequenter ite ad diuinorū eloquiorum auditorium, & hos conuentus & preces. Nam si uosipsos composueritis, poteritis cœlis dignum municipatum ostendere, & promissa bona assequi: quæ nobis L omnibus proueniant gratia, & misericordia Domini nostri Iesu Christi, cum quo & per quem patri gloria, simul sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† priusquam iudiciū hoc cōstituat.

Homilia xvi.

† Idcirco consolationem accepim' ex consolatione uestri qa.

IN consolatione aūt nostra multò abundantius gauisi sumus in gaudio Titi, qđ refocillatus sit spiritus illius ab omnib. vobis.] Vide quō iterum illorum laudes extollat, & charitatem mōstret, dicens: Gauisus sum, ꝙ tantum epistola perfecit, & ꝙ tātum lucri feceritis. Gaudeo.n. inquit, non quòd contristati fueritis, sed ꝙ cōtristati estis ad pœnitentiam. Et cū monstrasset suam charitatem, dixit: Quamuis scripserim uobis, non id feci eius causa qui lęserat, neq; eius qui læsus fuerat, sed ut palā fieret studium nostrū, quod pro uobis erga uos. Dicit iterum aliud indicium illorum beneuolentię quòd multam illis laudem affert, & charitatem illorum monstrat. Nam in consolatione nostri multò abundantius gauisi sumus ob gaudium Titi, inquit: quamuis. s. hoc non sit valde diligentis, ꝙ magis gaudeat de illo, quàm de illis: etiam, inquit, Non. n. ita propter illum vt propter vos gauisus sum. Idcirco & causam addit dicens: [Quòd viscera illius refocillata sunt ab omnibus uobis.] Non dixit, ille: sed uiscera illius: hoc est, dilectio illius quam erga uos gerit, Et qūo refocillata sunt ab omnibus? Etenim & hæc maxima laus est, [Quòd siquid de illo gloriatus sum.] De uobis magna laus quando doctor gloriatur. Dicit. n. [Non fui pudefactus:] propter hoc lætatus sum, quia melipres apparuistis, & operibus comprobastis uerba mea: atque ita duplex mihi laus accedit, & ꝙ vos sic egeritis, & ꝙ ego non apparui à ueritate excidisse: [Sed ut semper cum ueritate locuti sumus uobis, ita & gloriatio nostra, quæ de Tito ueritas facta est.] Hoc loco & aliud quiddam insinuat: quia quemadmodum apud uos omnia cum ueritate loquebamur: (verisimile. n. est illum apud illos Titum multum cōmendasse:) ita & quæ † à uobis Tito dicta sunt, nobis] uera apparuerunt. [Et viscera illius abundantius affecta sunt erga uos.] Hoc ultra illum commendat. Nam ualde accendit & conciliat illos: nec dixit, dilectio illius, ne uideatur adulari, ubique ponit dilectionis causas, ut id quod dixi et adulationem fugiat, & illos magis commendet, laudem † erga illos decurtans,] & † illis ostendens initium ac occasionem tantæ dilectionis huic illos dedisse: dicens enim ꝙ uiscera illius abundantius sunt affecta erga uos, adiicit: [Dum recolit omnium uestrum obedientiam.] Hoc autem & Titum gratum erga benefactores ostendit: quandoquidem illos omnes habens in animo rediit, & continuò eorum memor eos in ore habet & in mente: & Corinthios iterum ornat magis, quòd illum sic beneuolè tractarunt. Deinde & obedientiam illorum dicit, magnificans etiam ipsorum stu diū: vnde & addit hæc, [Quemadmodum cum timore & tremore exceperitis ipsum:] non solùm cum charitate, sed cum magno honore. Vidisti quomodo duplicem illorum virtutem testatur, & ꝙ quasi patrē diligebāt, & quasi principem reueriti sunt: neque propter timorem obscurātes dilectionem, neq; propter dilectionem soluētes timorem. Hoc & superius dicebat, quòd se-

M

† de uobis Tito à uobis dicta sunt.

A

Hic supr. b ibidē. e

uic sup. c

cundum Deum contristari uos quantam fecit in uobis solicitudinem, immo timorem, immo desiderium. [Gaudeo igitur quòd in omnibus confidam in uobis.] Vides ꝙ propeer illos magis gaudet: ꝙ nusquam doctorem confudistis, inquit, neque indigni apparuistis meo testimonio: & ita

B neque sic propter Titum gauisus est tanto honore fruentem, ut propter illos tantam declarantes gratitudinem. Nam ut ne putes propter illum magis gaudere, vide quomodo & hoc loco causam ponit. Nã sicut supra dixit, siquid apud illum gloriatus sum de uobis, nõ confusus sum: Ita & hoc loco, quòd in omnibus cõfidam de uobis Etiam si corrigere oportet, non uereor, ne discisatis: & si gloriari, non timeo quòd reprehendat: & si ut obedientes laudare, & si ut charitatem ac zelum habentes, confido in uobis. Dixi abscindendum, & abscidistis: dixi accipiendum, & accepistis: dixi ꝙ magni & admirabiles quidem estis apud Titum, & doctores reuereri soleatis, operibus ipsis uera hæc esse declaratis: & non hæc ita didicit à me ut à uobis: rediit enim uehemens uestri amator factus:, cùm mea uos uerba beneficiis uicerit is.

Capitu. VIII. [Certiores autem uos facio fratres de gratia Dei. quæ data fuit in ecclesiis Macedoniæ.] Cùm illos laudibus euexisset, admonitionem iterum assumit. Nam propter hoc correptioni admiscuit laudes, ut ne à correptione ad admonitionem descendens sermonem minus acceptum faceret, sed mitigatis auribus illorum ita

C admonitioni uiã parat. Vult enim de eleemosyna disserere, ideo prius dixit: Gaudeo quòd in omnibus confidam in uobis, ex iis quæ iam rectè gesta sunt, & ad hoc alacriores faciens. non mox dixit, date igitur eleemosynam: sed uide sapientiam, quomodo à lõgè & procul sermonem præparat, dicit enim certiores uos facio de gratia Dei quæ data est in ecclesiis Macedoniæ. Vt enim nõ extollantur, opus gratiam uocat: & aliorum laudes narrans, illos alacriores efficit, & duas coniungit laudes Macedonum, immo tres: & quòd tentationes strenuè ferunt, & quòd misereri sciant, & quòd cum sint pauperes, in eleemosyna liberalitatem declarant. Etenim di

2. The. 2. c reptæ erant illorum facultates, & hoc manifestãs dicebat in epistola ad illos: Vos enim imitatores facti estis, inquit, ecclesiarum quæ sunt in Iudæa: quia & eadẽ passi estis & uos à uestris contribulibus, quemadmodum & illi à Iudæis. Audi quid postea Hebræis scribat, dicens: Etenim rapinam facultatum uestrarum cum gaudio suscepistis. Gratiam autem opus uocat, non solùm humilians illos, sed & prouocans, & ab inuidia alienum sermonem faciens. Propterea & nomen fratrum apposuit, ut ita omnem inuidiam repellat. Erat enim supra modum illos laudaturus, dicẽs enim Certiores fácio uos de gratia Dei, non dixit, quæ data est in hac uel illa ciuitate, sed totam gentem extollit dicens, in ecclesiis Macedoniæ: deinde & ipsam narrat gratiam, [Quòd in multa probatione afflictionis abundãtia gaudii illorum.] Vidisti sapientiam? primũ enim non quod uult dicit, sed ante hoc aliud, ne uideatur dedita opera hoc facere, & uenit ad hoc ab alia serie. In multa probatione afflictionis, quod & ipsis Macedonibus scribens dicebat: Imitatores facti estis domini accepto sermone * cũ afflictione multa] cùm gaudio spiritus sancti. & iterum: A uobis enim personuit sermo domini, non solùm in Macedonia & in Achaia, verùm & in omni loco fides uestra quę est erga Deũ, dimanauit. Quid autẽ est, in multa probatione afflictionis, abũdantia gaudii illorũ. Vtraq; cũ excellentia habebãt: dicere uult, & afflictionem & gaudium. Ideo & ualde mirabile erat, ꝙ tam abũdans uoluptas ex afflictione illis germinauerit: non solùm enim afflictio nõ peperit illi tristitiam, sed & occasio lętitię fuit illis afflictio quæ tanta erat. Hoc autem dicebat exercens illos, ut in tentationibus strenui essent, & non subuerterentur. Neque.n. simpliciter afflicti erant, sed sic ut probati fierent per patientiem: immo non dicit, per patientiam, sed gaudiũ, quod maius erat quã patientia: neque gaudium simpliciter dicit, sed abundantiam gaudii. † Etenim multa & ineffabilis germinauit uirtus.] [Et profunda paupertas illorum abundauit in diuitias simplicitatis illorum.] Iterum duo illa excellentia habent. Nam sicut magna afflictio magnum gaudium peperit, & abundantiam gaudii: Ita multa paupertas multas diuitias peperit eleemosynæ: hoc.n. significauit, dicens: Exundauit, in

Heb 10. g

D

1. The. 1. c

Ibidem

E

† & etenim multũ & ineffabile germinauit in ipsis.

in diuitias simplicitatis illorum. Nō enim mensura dantium, sed uoluntate exhibentiū liberalitas æstimatur. Propterea nusquā dicit, diuitias datorum, sed diuitias simplicitatis illorum: quod autem dicit, hūc sensum habet: Non solùm non obfuit eis ad liberalitatem paupertas, sed & occasio fuit exundandi, q uemadmodum afflictio lætandi: quò enim pauperiores erant, hoc magis liberaliores & alacriores exhibebant. Idcirco & valde illos miratur, quòd ex tanta inopia tantam declararint liberalitatem: profunda enim paupertas illorum, hoc est multa & ineffabilis ostendit illorum simplicitatem, sed non dixit, ostendit, sed exundauit: & non dixit, simplicitatem, sed diuitias simplicitatis: hoc est, æquales magnitudini paupertatis, immo & multò maius pondus liberalitatis ostenderent. Deinde istud & manifestius interpretatur, dicens: [Nā pro uiribus testor.] Dignus fide testis. [Etiam supra uires] hoc est, exundauit in diuitias simplicitatis illorum. immo non per hoc solum, sed & per sequētia omnia istud declarat. † [Voluntarius enim,] inquit. Ecce & alia excellentia. [cum magna obsecratione.] Ecce & tertia. Et quarta: [rogantes nos.] Ecce & quinta, [& in afflictione existentes, & paupertate.] Ista sexta, & septima est, [& abundanter dederunt]. Deinde quoniā hoc apud Corinthios maximè efficere vult, ut libenter dent ac voluntariè, in hoc potissimùm uersatur dicens, multa cum obsecratione & rogantes nos. Non nos illos rogamus, sed illi nos. Quid rogarunt nos? [Vt gratiam, hoc est beneficium & societatem ministerij, quę est in sanctos suscipiemus.] Vidisti quomodo iterum honestis nominibus opus eorum extollit, gratiam vocans: & quoniam spirituum erant æmulatores, sic appellat ut accurrant: & iterum vocat sanctitatem, ut discant quòd accipiant, non dent solum. [Itaq; hoc nos rogabant, (inquit,) ita vt nos reciperemus tale ministerium, & non sicut sperauerāmus.] Hoc etiā de quantitate & tribulationibus dicit. Non enim sperauerāmus, inquit, quòd in tanta tribulatione & paupertate existentes, etiā nos coegissent, & sic obtestati essent. Quin & reliquæ uitæ eorum diligentiā manifestauit dicens. [Quinetiam semetipsos dederunt primum domino, & nobis per uoluntatem Dei.] In omnibus enim magis obedientes fuerunt, quàm expectauerāmus: neq; quoniam misericordes erant, alias uirtutes negligebant, sed primum seipsos dediderunt domino. Quid est, seipsos dediderunt domino? obtulerunt: probati enim apparuerunt in fide, & magnam fortitudinē in tentationibus declararunt, honestatem, iustitiam, charitatem, alacritatemq; & studium in omnibus alijs bonis. Quid est, & nobis? obedientes facti sunt nobis, dilexerunt, obedientes fuerunt, & Dei legem implentes etiam nobis per charitatem iuncti fuerunt. Cōsidera autem quomodo & hoc loco augmentum ostendit iterum dicens, dediderunt seipsos domino, non partim Deo, partim mundo obedierunt, sed totos se dediderūt Deo: neq; enim quoniam misericordes erant, arrogantes facti sunt, sed multam declarantes humilitatem, multam obedientiam, honoremq; ac sapientiæ studium, eleemosynam operati sunt. Quid autem est, iuxta uoluntatem Dei? Quoniam, inquit, dediderunt seipsos nobis, neq; nobis humano modo, sed etiam hoc iuxta voluntatem Dei faciebant. [In hoc ut adhortaremur Titum, ut quemadmodum antè cœpisset, & ita consummaret quoq; hanc erga vos beneficentiam.] Et quomodo hæc cohærent? Valdè & benè superioribus iunguntur: nam quoniam uidebamus illos feruentes & strenuos in omnibus, in tentationibus, in misericordia, in dilectione nostri, in tristitia, in puritate uitæ, ut & nos illis æquales efficiamini misimus Titum. Verūm hoc quidem nō dixit sic, sed manifestauit. Considera ingentem amorem: nam ab illis rogati sumus, vt dignaremur vestra curare, ne illis inferiores sitis. Idcirco etiam Titum misimus, vnde & hinc excitati & hoc recordantes, imitemini Macedonas: Etenim Titus illic erat quando epistola ista scribebatur. Cæterum ostendit illum, etiam ante Pauli adhortationem incepisse: Vt sicut antè cepisset, inquit, & propterea magnas illius laudes recensет, Nam in principio dicit, q̄ non inuento Tito fratre, non habuerit relaxationem spiritus suus. Hoc aūt loco ea quæ diximus oīa, & istud quidē ipsum ad laudem pertinet: non.n. parua laus est, iam antèa cepisse, sed animæ feruentis & calidæ, ideo & misit illum, etiam hac ratione p aduentū Titi vt darent, illos admonens:

† Voluntarij.

G

H

I

Supr. 2. b

propterea & extollit laudibus illum, uolēs Corinthiis hominem familiarius commē datum. Sanè etiam hoc ad persuadendum multum ualet quòd cōsulens, sic amicè affi citur, pulchreq; semel ac iterum ac tertiò
Hic sua commemorās eleemosynam gratiam uocat. Nunc quidem dicens. Certiores autem vos reddo fratres, de gratia Dei quæ data est in ecclesijs Macedoniæ. Mox autem, voluntariè cum magna obsecratione rogantes, nos ut gratiam & societatem susciperemus: & iterum, sicut antè cœpisset, ita & cō summaret hanc quoq; erga uos gratiam. Etenim magnum bonum & Dei donum hoc est, Et ipsi Deo pro viribus nos assimilat si bene geratur. Hoc enim potissimum est homo. Vnde dicens, quis definitionem hanc hominis posuit? Magnum.n. inquit, homo, & precio sum qd, vir misericors: ista maior est gratia quàm mortuos excitare.

Morale.

K Nam eò quòd in nomine Iesu mortuos
† excites excitāt, † hoc multo maius est, q̄ paupere
† pascas christū. ✠ pascunt Deo. Nam hic quidem tu Christo benefacis, illic autē ipse tibi: iā est merces in benefaciendo, nō in bene patiendo. Nam hic quidē, de signis loquor, ipse debitor efficeris Dei, In eleemosyna Deum debitorem constituis. eleemosyna autem est, quando cum alacritate fit, quando cum liberalitate, qñ non putas dare, sed accipere, quando quasi beneficio afficiaris, quando quasi lucrum: faciens & non perdens: alioqui neq; gratia est. Nā eū qui miseretur alteri, gaudere & nō succensere oportet. qūo enim non absurdū, si alterius soluens tristitiam ipse contristeris? non enim illam iā eleemosynam esse finis. Si.n. tristis es, quia alium tristitia, liberasti, extremę crudelitatis & inhumanitatis indicium affers: satius.n. fuerit non liberare, quam sic liberare. Quid autem tristis es homo? Ne minus tibi sit auri? Omnino si hanc uoluntatem habes, ne des: si non confidis quòd multiplicetur tibi in cęlis, ne præstes. Sed hic quæris retributionem? propter quid? siue eleemosynam eleemosynam esse, &
L non fac negociationem. Sanè multi & hic acceperunt, sed non sic acceperunt quasi hac ratione his qui hic non acceperunt, plus habituri essent. Cæterum & horum quidam quasi infirmiores, quoniam non ualde ab his quę illic adiiciuntur, & quemadmodum gulosi, & inertes, uentrisq; mācipia, ad regiam uocati mensam, & nō expectantes congruum tempus, sicut parui pueri, suam lætitiam ędunt, prius accipiētes & satiantes se uilioribus cibis: ita certè & hi qui hic inquirunt & accipiunt mercedem, alibi minuunt. Porrò in usuram dās, post multum quidem tempus speras accipere sortem, fortè autem non accipere, ut dilatione maius fœnus faciat: hic autē statim repetis, idq; cum non hic, sed illic perpetuò futurus sis: non hic iudicandus es, sed illic. Et si quidem tibi quis construxisset domum hic, non mansuro, damnum putasses: nunc autem hic uis ditari, unde & ante vesperam sępius emigrare cōtingit. Nō uides q̄ in aliena terra versamur, quasi hospites & peregrini? nō uides q̄ aduenas contingit eiici, quando nec cogitant nec sperant? id quod & nobis continget. Sanè propter hoc quæcunq; effecerimus, hic relinquimus: nō enim permittit dñs, vt hinc M
abeuntes accipiamus illa, siue domos extruxerimus, siue agros emerimus, siue seruos, siue supellectilia, siue aliud quiddam, non solùm aūt hinc abeuntes non permittit aliquid auferre, sed neq; imputat tibi in mercedem. Nam prædixit tibi ne ædifices, ne insumas aliena, sed tua. Cur igitur relictis tuis, operaris & sumptum facis in aliena, ut perdas & laborem & mercedem, & extremū supplicium feras? Ne sic agas, sed quoniam natura sumus aduenæ, simus & uoluntate, ut ne illic fiamus peregrini & ignobiles & neglecti. Nam si hic uoluerimus fieri ciues, neq; hic, neque † alibi ierimus: sin peregrini māserimus, & sic conuersabimur, ut peregrinos decet, spem societatis habebimus eorum qui hic, & qui illic sunt ciuium: iustus.n. licèt nihil habens etiam hic & in oīum quasi in suis rebus versabitur, & in cœlum migrans, uidebit æterna sua habitacula, & neque hic graue quiddam feret: neque.n. quis illum poterit facere hospitē, qui totū mundū habet ciuitatem, & accepta sua patria, acquiret ve[illegible] diuitias. Vt igit vtraq; lucrifaciamus, & q̄ hic & q̄ alibi, utamur reb⁹ nris vt oportet. Sic.n. erimus cęlorū ciues, & magna fruemur fiducia, quā nos oēs assequi concedat gīa & misericordia dñi nri Iesu Christi, ꝑ quem

† illic

quem & cum quo patri & spiritui sancto
A gloria,& nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xvij.

✠vbiq;. SEd quemadmodum ✠ vtiq;] abundatis fide & sermone & scientia,&c.] Vide itetum cum laudibus fieri adhortationem ad maiores laudes:& non dixit, vt detis:sed, vt abundetis fide,quæ est donum,& sermone qui est sapientiæ,& scientia quæ in dogmatis consistit. [Et in omni diligentia aliarū virtutū & dilectione uestra:]hac de qua dixi,cuius & iudicium feci: [vt & in hac gratia abundetis.] Vidisti q propterea inde cę pit à laudibus illis, vt uia ista pergens in idem studium illos inducat. [Non secundum imperium loquor.] Vide quomodo continuò illis condonat,quomodo non fit molestus,neq; uiolentus,neq; compellens, immo sermo utrunq; habet,sed sine molestia ac necessitate.Nam quoniam continuò laudauit,& Macedones commendauit, ut ne uideatur esse necessitas quędam,inquit, non secundum imperium loquor,[Sed per
B aliorum diligentiā, etiam uestram syncerā charitatem probo:] Non quasi dubitans, (non enim hoc nunc manifestat)sed probatum istud faciens,& demonstrans,magisq; confirmans. Nam idcirco hæc loquor, vt vos acuam ad maiorem alacritatem: & memor sum illorum diligentiæ,illustrans, honestans, prouocans uestram affectionē. Deinde ab hoc ad maius aliud transit nul
Hic su. a lum enim cōsilii modum præterit,sed omnia mouet,& apprehendit sermonem, etiā ab alienis laudibus extimulat,dicens, Nosti enim gratiam Dei quæ data est in ecclesiis Macedoniæ:& à propriis,sed quem-
✠ mordere. admodum abundatis in omni fide,sermone & scientia. Magis enim hoc potest ✠ videri]quando quis seipso deterior fit,quàm quando aliis. Deinde ad caput & summam consilii uenit:[Scitote enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quòd propter nos pauper factus sit cùm diues esset, ut nos illius paupertate ditesceremus.]Considerate, inquit,animo expendite & cogitate,gratiā Dei,& ne obiter prætercurratis illam, sed bene coniectetis illius magnitudinē quanta sit & qualis,& nullis rebus uestris parce-
tis. Ille gloriam euacuauit,non ut uos diuitiis illius, sed paupertate ditescere tis: si C
nō credis q paupertas diuitias facit,cogita dominum tuum, & non vltra dubitabis: nisi enim ille factus esset pauper, tu non factus esses diues. Nam hoc mirabile est, quòd paupertas opulentas fecit diuitias.Diuitias autem hoc loco dicit,scientiam pietatis, peccatorum purificationem, iustitiam, sanctimoniam, & innumera bona quæ nobis exhibuit & exhibiturus est, maximè cum omnia per paupertatem factus sit nobis. Qua paupertate? quia assumpsit carnem, & factus est homo, & passus est ea quæ passus:quanuis ille hæc non debebat, tu autem ipsi debebas. [Et consilium vobis in hoc do, ad hoc vt conducat.] Vide quomodo iterum studet ne molestus sit, & duobus illis sermonem mitigat, & dicendo consilium do, & ad hoc ut uobis conducat: neque enim compello & cogo, inquit, & ab inuitis exigo: neque considerans tam quid accipientibus, quàm quid vobis profit hæc loquor: deinde & exemplum ab ipsis sumit, & ab aliis: [Qui quidem non solum facere, sed & velle iam cœpistis anno superiore.] Vides quomodo ostendit & illos voluntarios, & absque adhortatione ad hoc accessisse. Nam quoniam hoc testificatus erat de Thessalonicensibus, quòd uoluntariè cum multa obsecratione, eleemosynam fecerint: uult etiam istorum bonum opus ostendere: ideo dicit, non solùm facere, sed etiam uelle: & D
non solùm incipere, sed etiam incœpisse ab anno superiore: ad hæc uos igitur adhortor, ad quæ antea vos paratis cum alacritate animi. [Nunc autem & perficite.] Non dixit, facite, sed, imponite finem. [Vt quemadmodum alacritas ex
voluntate, ita & facere ✠ ex habitu:] vt ✠ ex eo
hoc opus non solùm sit ex alacritate, sed quod
etiam ab operibus accipiat mercedem. habetis
[Nam si prius affuerit animi promptitudo, ea iuxta quicquid illud est quod possidet aliquis, accepta est, non iuxta illud quod non possidet.] Vide ineffabilem sapientiam, cùm ostendisset facientes supra suas vires (de Thessalonicensibus loquor) & laudasset illos propter hoc & dixisset, testificor illis quòd super uires prompti fuerunt: quoniā iuxta vires hortatur solū relinquens

linquens ei complem, vt quod sum erat, facerent: sciebat enim quòd non tam laus, quàm zelus excitat ad imitandum similes: ideo dicit, si enim animi prõptitudo prius affuerit, ea iuxta quicquid illud est, possidet aliquid, non iuxta illud quod non possidet, accepta est. Ne terrearis, inquit, quòd
E ita dixi: Nam hæc laus est illorum liberalitatis, Deus autem exigit iuxta nostras vires & secundum quod habet quis, non secundum quod non habet. Nam acceptum est, hoc loco significat exigi. Et crassius agit illo fidens exemplo, vt dandi facultatem magis alliciat. Ideo & subdidit. [Non enim vt alii relaxatio fit, vobis autem tribulatio.] Quanuis Christus contrarium † fecerit,] de vidua loquendo quòd totũ victum euacuauit, & quicquid reliqui erat, dedit. Sed quoniam Corinthijs loquebatur † hic, dicit, magnam famem.] Nam melius mihi mori, quàm vt euacuetur gloriatio mea. Propterea congrua vtitur admonitione. Laudo quidem illos qui vltra vires dant: non cogo autem hos sic facere: non quia non voluit, sed quia infirmi erant: alioqui quare illos laudasset, quòd in multa probatione tribulationis, abũdantia gaudii illorum, & profunda paupertas illorum exũdauit in diuitias simplicitatis ipsorum: & quòd supra vires dederunt? nonne satis manifestum, quia & hos ad hæc induces? ita vt quanuis videatur minora cõcedere, hoc faciat vt per hæc illos ad eadẽ inducat. Cõ-
F sidera itaque etiam postea, quoniam clam istud efficiat, dicens: [Succurrat vestra abũdantia illorum inopiæ.] Non enim prædictis solis, sed etiam istis, leue præceptum facit: & non hinc solùm, sed etiam a retributione iterum leuiorem illam constituit, & maiora illorum loquitur dignitate, dicens: [Vt fiat æqualitas in præsenti tempore, & illorum abundantia vestræ inopiæ.] Quid autẽ est quod dicit? Floretis vos opibus, florent illi vita & fiducia in Deũ: detis igitur illis de opibus qbus ab ũdatis, illi autem non habent: vt accipiatis à fiducia, secundum quã illi diuites sunt, vos autẽ penuriam patimini. Vide quomodo clam inducit cp super vires & de paupertate dederint. Nã si vis, inquit, de abundantia accipere, de abundantia da: si autem totum præstiteris, † ex abũdantia] suppeditabis & supra vires. Sed hoc quidem non dicit: relinquit autem auditorũ cogitationi, ipseque propositum & congruam admonitionem efficit, vt uidebatur utilis adducens ac dicens: Vt fiat æqualitas in præsenti tempore. Quomodo æqualitas? abundantia retribuentibus nobis & illis, & implẽtibus inopiam. Et qualis ista æqualitas, spiritualia reddere pro carnalibus? multa enim hoc loco excellẽtia est. Quomodo igitur æqualitatem uocat? Vel secundum quòd abundare est penuriã pati, uel iuxta præsentem G
uitam hoc tantùm fieri dicit. Nam propter hoc cùm dixisset, æqualitas: addidit, in præsenti tempore. Hæc autẽ dicebat etiam diuitum superbiã deprimens: ostẽdens, quòd post hanc uitam in maiori dignitate spirituales futuri sint. Nam hìc quidem magna honoris æqualitate omnes fruimur: tunc autẽ magna dijudicatio, & iusti fulgebũt multò magis quàm Sol. Deinde quoniam ostendit illos, non solùm dare, sed & maiora recipere, etiam aliunde uult hanc illorum alacritatem confirmare, ostẽdens q etiam si non communicarint, aliis, nihilo plus habituri sint, omnia intus cogentes: & affert ueterem historiã, sic dicens: [Quemadmodum scriptum est, qui multum habebat, huic nihil superfuit: & qui parum Exo. 16.
non minus habuit.] Hoc autem de manna factum fuit. Nam qui plus & qui minus collegerant, inuenti sunt habere eandem mensuram, Deo sic insatiabilitatem puniente. Hæc autem dicebant & terrens illos per ea quæ tunc facta, & suadens, ne plus quàm par sit desiderent, neque doleant si minus habeant: porrò etiam nunc uidere licet in secularibus hoc fieri, non H
in solo manna. Nam cum omnes unum uentrem impleamus, & uno tempore uiuamus, & unum corpus tegamus: nihil magis habet diues ex abundantia, neque ex paupertate minus pauper.

Morale.

Quid igit̃ times paupertatẽ? quid sectaris diuitias? Timeo, inqt, ne cogar transire ad aliorũ fores, & mendicare à proximo. Audio autẽ multos etiam hoc cõtinuò orantes ac dicentes, ne me sinas peruenire vt hominum auxilio egeam & ualde rideo, hæc audiens puerilis enim timor est. Nam quotidie & in omnibus, ut ita dicam, aliorum opera opus habemus, atque adeò uerba hæc sunt animæ incircunspectæ & inflatæ,

† laudauerit. Mar. 12 d & Lu. 21. a
† ubi esurite malebat. 1. Cor. 9. c
† inopia

flate, neq; rerum naturam manifestè scientis. Non uides quòd omnes mutua opera indigemus? Miles opificis, opifex negociatoris, negociator agricolæ, seruus liberi, domin⁹ serui, pauper diuitis, diues pauperis, qui nihil operatur eius qui dat eleemosynam, qui expēd t eius qui accipit. Etenim qui accipit eleemosynam, maximè omnium usui est. Nam si pauperes non fuissent, id quod abundamus, saluti nostrę non cederet, non habentibus nobis quò pecunias conijceremus: atq; hic pauper qui omnium uidetur maximè inutilis, idem omnium est utilis maximè. Si autem turpe est egere alterius opera, reliquum est ut moriamur. qui enim hoc timere uoluerit, uiuere non poterit. Porrò, inquit, non possum ferre supercilium surrectum. Quid alterius accusas fastum? teipsum acculatione ista confundis. Etenim superbi est, nō ferre animæ superbæ inflationem. Quid autem times hæc quæ nullius momenti sunt? Hæccine tremis & propterea paupertatem horrescis? Nam licèt diues esses, plurimorum eorumque uilium opera indigeres: nam quantò magis diteſcis, tantò & huic maledictioni teipsum obnoxium facis. Sic ignoras quid nam ores, pecunias ideo petens, ne aliquo indigeas: quemadmodum si quis in mare ingressus, precetur ut neque nauarum, neque nauis, neque supellectilis uariæ usu habeat opus. Nā si uis paucissimis rebus opus habere, ora pro paupertate & si rogaueris pro re aliqua, pro solo pane roga bis uel ueste. Quod autem etiam pro agris & domibus, & pro operibus elaboratis, & pro mercedibus, & pro dignitate, & pro securitate, & pro gloria, & pro principibus, rogare opus habiturus es, & pro his qui illis subiecti sunt, tam in rure quàm ciuitate & pro negociatoribus, & mercatoribus. Vides quòd extremæ insipientiæ uerba sint: omnino enim si horrendum tibi uidetur alterius indigere opera, non est possibile, ut ab hac libereris necessitate. Si autem uis turbam fugere, licet ad portum paupertatis, qui fluctibus caret, confugere: amputa multam negociorum turbam, & non putabis hoc esse turpe quòd egeas alio. Ineffabilis enim sapientiæ Dei opus hoc est. Nam cùm mutua opera indigeamus, & necessitas illa non conciliaret amicitias nostras si omnia sufficerent, nonne essemus indomitæ bestię? Ita Deus subiecit nos nobis inuicem ob hanc necessitatem, ut quotidie alter alterum requirat. & si hoc frænum abstulisset, quis facilè proximi amasset amicitiam? certè neque hoc putemus esse fœdum, neque deprecemur & dicamus, ne des ut nos opera cuiusdā utamur, sed oremus dicentes, ne sinas nos qui aliorum opera indigemus, respuere eos qui nos iuuare possunt: neque hoc onerosum sit quòd alterius opera indigemus, sed si quę aliorum sunt rapimus. Atqui pro illis quidem nunquam oramus, neque dicimus, ne des ut aliena concupiscamus, sed quòd egemus, uidetur deprecabile: quamuis Paulus sæpe opus habens aliorum opera, non erubuit, sed & gloriatus est, & laudabat ministraturos dicens, quòd & semel, & secundò L in usus meos misistis: & iterum, alias ecclesias depredatus sum, sumptu accepto in uestrum ministerium. Non igitur ingenuitatis est, de his confundi, sed mollis ac sordidæ ac stultæ animæ. Etenim Deo uisum est, vt mutua opera habeamus opus. Ne igitur ultra mensuram rigidus sis. Sed non possum, inquit, ferre hominem, † sæpe rogantem, & non cedentem. Et quomodo te feret Deus rogantem? qui & te orat, & tu nō obedis, & nihilominus oras:] dicit enim legatione fungimur pro Christo, quasi Deo orante per nos, conciliemini Deo. Cæterùm seruus illius, inquit, sum. Et quid hoc? Nam quando tu quidē ebrius es, seruus dominus autem esurit, & neque necessario cibo fruitur: quid te † offendit] seruitutis nomen? Sanè hoc quidem etiam magis te grauabit. Nam quādo tu quidem manes in triclinijs, ille autem neque tecti particeps est: quando tu in delicatis stratis, ille autem neque ceruical habet. Sed dicit, dedi. Verùm nō oportebat talia facientem cessare: tunc enim solùm rectè ita respondebis, quando non habes, quando nihil possides: quandiu autem habueris, licèt innumera dederis, & sint multi esurientes, nulla tibi prodest defensio: quando autem & recludis frumentum, & pretium auges, & nouas alterius negociationis uias excogitas: qualem tunc salutis spem habiturus es? Gratis iussus es dare esurienti: tu autem neque iusto pretio vendis. Ille propter tantam gloriam exuit, tu autem illum neque panē dignum cēses: sed canis quidem

impletus.

Phi. 4. c
Hic infra. b

† sępe rogatū, & nō cedētem. Et quomodo te feret Deus, à quo rogat⁹ nō obedis, & rogat⁹ super his quæ tibi cōferunt? Sup. s. d 4 defender. M

impletus est, Christus autem fame perit: & minister quidem præ satietate rumpitur, tuus autem, & illius Dominus necessario alimento caret. Et ubi sunt ista amicorum opera, reconciliemini Deo: hæc enim hostium sunt, & expugnatium. Erubescamus igitur tanta illa beneficia quæ accepimus, & quæ accepturi sumus: & si accesserit pauper orans magna beneuolentia illum accipiamus, obsecrantes & sermone erigentes, ut & eadem nobis à Deo & hominib. con-
Matt. 7. b tingant. Nam quæcunque uolueritis, vt faciant vobis homines, & uos facite illis: nihil oneroſum, nihil molestum habet hæc lex. Quæ uolueris pati, hæc fac, inquit: par retributio: & non dixit, quæ non uolueritis pati neq; faciatis: sed quod magis. Nam illud quidem est abstinentia malorum, hoc autem est operatio bonorum: & illud in isto comprehensum est: & non dixit, hæc & uos uelitis, sed facite illis. [Et
A quid lucri?] hæc est lex & prophetæ. Misericordiam vis assequi, igitur miserere: veniam cupis impetrare, igitur communicauis non malè audire, igitur neque dic: desideras laudari, igitur lauda: uis non fraudem pati, igitur ne defraudes. Vidisti quomodo ostendit naturæ legem esse, & non egere nos externis legibus, & doctoribus: quæ enim uolumus pati, uel nō pati à proximis, ea ipsa imperemus nobis, & sic legem nobis ponamus: & ita si uolueris quidem non pati, feceris autem illud, * aut contrà, uelles quidem tibi fieri, nec tamen aliis feceris,] reus factus es, & nulla iam excusatione frueris quasi ignorans, & quæ facienda sint nescies. Ideo oro vt excitata hac lege in nobisipsis & per nosipsos legamus hæc tam breuia, & manifesta scripta, talesque simus erga proximum, quales & illos erga nos esse uolumus, ut & præsenti copia fruamur, & futura bona assequamur. Quæ nobis omnibus contingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & uiuifico spiritu sit gloria, honor & imperium nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xviij.

B GRatia autem Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro uobis in corde Titi.] Iterum illum laudat postquam de eleemosyna disseruit: nunc differit etiā de his qui ab illis pecuniā accepturi erant, & portaturi eas. Hoc.n. conferebat ad hanc collectionem, ut maiorem faceret illorum alacritatem. Nam qui ministris bene cōfidit, & de recipientibus nihil suspicatur, maiori liberalitate impendit: qđ sanè vt & tunc fieret, audi quomodo commendat cum pecunia profecturos, quorum primus erat Titus, vnde & dicit: [Gratia autem Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro uobis in corde Titi.] Quid est, eandem? eam. s. quam & pro Thessalonicensibus habuit, vel eandem quā ego. & uide sapientiam, Dei monstrans opus hoc esse: & gratias agit ei qui dedit, atque adeò sic adhortatur. Nam si Deus illum excitauit, & misit ad vos, ipse petit per illū: ne igitur putetis humanum esse quod factum est. Et unde manifestum, quod deus illum adhortatus est? [Quia adhortationem accepit, & cùm esset diligentior, sua sponte ad uos uenit.] Vide quomodo & illum ostendit, quæ sua sunt facere, C
non aliter rogatū: & cùm dixisset, Dei gratiam, nō permittit Dei totum esse. Iterum, vt & sic ad maiorem illos charitatem prouocet, dicens ꝙ & à se excitatus sit: diligentior. n. cùm esset, sua sponte ad uos uenit: arripuit negocium, apprehendit thesaurum, uestrum ministerium suam putauit esse vtilitatem, & ꝙ ualde uos diligit, neq; exoratus mea rogatione: nam licèt quidem & à me rogatus sit, non tamen hinc excitatus est, sed à seipso & gratia Dei. [Misimus aūt & cum illo frattem, cuius laus in euangelio per omnes ecclesias.] Et quis est ille frater? Quidam sanè Lucam putant, & dicunt, propter historiam quam. s. scripsit quadam autem Barnabam. etenim etiam non scriptam prædicationem, euangelium vocat. Et quare nō ponit illorū nomina, sed Titū quidem ēt nominatim indicat, & à cooperatione in euangelio laudat? Quandoquidem adeò erat utilis, ut propter absentiam illius, alicubi neq; Paulus †rogaret] magnū quiddam & præclarum facere (dicit. n. non †posset.

inuento

supr. 2. c inuento Tito fratre suo, non habuisse relationem in spiritu suo,] & à charitate quã
Ibi. 7. d haberet erga illos. Nam viscera illius, quæ
D erga uos sunt, inquit, abundantius. Et à solicitudine in opere laudat: sua enim sponte ad uos venit, inquit. Hos autem neque similiter commendat, neque nominatim ponit. Quid igitur est dicendum? Fortè illos ignorabant, & propterea nõ immoratur in illorum laudibus: & quoniam nondum periculum de illis fecerant, tantũ dicit quantum ad commendationem illis sufficiebat, & vt malam suspicionem pelleret. Cæterùm videamus vnde & illum commendet. Et unde nam commendat? Primũ à prædicatione laudat, non quòd prædicabat solùm, sed quia & vt oportebat, & cum conuenienti solicitudine: non enim dixit, quòd prædicat & euangelizat, sed, cuius laus est in euangelio: ne videretur illi adulari, non vnum vel duos, vel tres homines, sed totas ecclesias illi adducit testes dicẽs, per omnes ecclesias: deinde & à iudicio illorum qui delegerant, eum venerabilem fecit: non paruum autem etiam hoc est propterea ✠ hoc facit,] cuius laus in euangelio per omnes ecclesias: ✠ & addit, [Non solũ autem.] Quid est, non solùm autem?
✠ quũ dixisset ✠ addidit.
E Non solum ex hoc, inquit, est uenerabilis, quòd prædicatio eius celebratur & commendatur ab omnibus, [Sed etiam quòd delectus est ab ecclesiis quæ nobiscum.] Vnde mihi uidetur Barnabam insinuare, & magnam illius dignitatem significare: ostendit enim & propter quid delectus sit. [Comes enim, inquit, peregrinationis nostræ, cum hac gratiæ quæ administratur à nobis.] Vidisti quantæ illius laudes, in euangelio clarus erat, & ecclesias habebat testes, & delectus est a nobis, & ad eadem ad quæ Paulus, & ubique socius illius fuit, & in tentationibus & periculis: hoc enim nomen peregrinationis insinuat. Quid autem est, cum gratia ista quæ administratur à nobis? vel dicit quòd sermonem annunciet & euangelium prædicet, uel quòd pecunias administret: mihi autem uidetur de utroque dicere. Postea subdit, [Ad eiusdem domini gloriam & promptitudinem uestram.] Quod autem dicit, hunc sensum habet dignati sumus hunc deligere nobiscum, & ordinare ad hoc opus, ita vt sacrarum pecuniarum dispensator sit ac minister non enim hoc paruum erat dicit enim, Considerate viros Act. 6.
ex vobis, qui testimonium habent, septem & delectus est ab ecclesiis, etiam totius populi suffragiis. Quid est ad eiusdem domini gloriam & promptitudinem vestram? Vt F
& Deus glorificetur, & ut uos alacriores efficiamini, cùm hi qui pecunias suscipiunt tã probati sint, & ab omni suspicione alieni: propter hoc tales inquisiuimus, & uni soli non totum permisimus, ut & hanc suspicionem effugiamus, sed & Titũ misimus, & cum illo alium. Deinde exponens hoc ad gloriam domini & promptitudinem vestram, subdidit, [Cauentes hoc ne quis nos carpat, in hac abundantia quæ administratur à nobis.] Quid nam est quod dicitur, non dignum virtute Pauli, & multam illius declarans prouidentiam & curam? Nam ne quis suspicetur, inquit, uel parum quiddam contra nos, quod reprehensione dignum, quòd de concreditis pecuniis aliquid uobis usurpemus: propterea tales misimus, & non unum solum, sed & duos & tres. Vidisti quomodo liberat illos ab omni suspicione, commendans non ab euangelio, neque ab electione solùm, sed etiam quòd probati sint, & propterea electi, ita vt nihil suspicentur? & non dixit, ne uos uituperetis, sed ne quis alius: quanuis certe propter illos hoc fecerit, & insinuauit dicens: In eiusdem domini gloriam & promptitudinem uestram. Attamen non uult illos perstringere, sed aliter dicit, Cauentes ne hoc faciamus: & neque hoc contentus est, & hoc quod adiicit, iterum curat dicens, In abundantia ista quæ administratur à no G
bis, & cum laude pondus ponens. Nam ne doleant, neque dicant, Nos sanè habemus quod suspicemur, & sic eramus miseri, cp suspicabamur aliquando talia, illos corrigẽs, dicit: Multæ sunt pecuniæ quas vos mittitis, & hæc est abundantia: id est, pecuniatũ multitudo sufficiebat malis dare suspicionẽ, nisi securitatem exhibuissemus. [Prouidemus enim bona non solum coram dño, sed etiam coram hominibus.] Quid Paulo par fuerit? Nam non dixit, pereat & malè habeat, qui uoluerit tale quiddam suspicari, quandiu me non cõdemnarit cõscientia, nulla mihi ratio erit suspicioso rum: sed quantò infirmiores erãt, tantò magis se illis accõmodat: infirmũ enim iuuare, non

indigna-

indignatione deprimere oportet. At nos à quo peccato ſumus tam procul, quàm ille ab hac ſuſpicione? Nam neq; ſiquis dęmon eſſet, ſuſpicaretur beatum illum ſic infidelem: attamen etiam à mala ſuſpicione intã tum alienus omnia facit & operatur, vt neque vmbram quandam relinquat ijs qui ſuſpicari aliquid voluerint, & non ſolùm accuſationes declinet, ſed etiam quanuis paruа uituperia minimamq; ſuſpicionẽ. [Miſimus autem cum illis fratrem noſtrum.]

H Ecce & tertium adiungit, & hunc quoq; nõ ſine laudibus, ſuoq; & multorum teſtium ſuffragiis. [Quem probaueramus, inquit, in multis ſæpenumero diligentem: nunc autẽ multò diligentiorẽ.] Et laudato illo à ſuis operibus, etiam extollit à charitate erga il-

Hic ſu. los: & quod de Tito dicebat, cùm diligens eſſet, ſua ſponte ad eos ierit: hoc & de illo dicens, Nunc multò diligentiorem. Prius deponens apud illos ſemina charitatis erga Corinthios, & deinde vbi oſtendit illorum virtutem, hortatur & ipſos pro illis, dicens. [Siue Titi nomine qui ſocius meus eſt, & erga vos adiutor. [Quid eſt, ſiue Titi nomine? Si dicendum eſt, inquit, hæc poſſum dicere, quòd ſocius meus eſt, etiam erga vos adiutor: uel enim hoc inquit, uel ꝙ Titi nomine aliquid facietis, quia non vulgari homini facturi eſtis, nã ſocius meus eſt: cumq; videtur hunc laudare, illos extollit, monſtrans ſic affectos erga ſe, quòd ſufficiat, vt agnoſcant aliquem eius eſſe ſociũ, ita vt honorem illi impendant: veruntamẽ non eſt hoc contentus, ſed adijcit etiam aliud dicens, [Adiutor erga vos.] Non ſimpliciter adiutor, ſed in his quæ ad uos ſpe-

I ctant in veſtra profectione, in incremento, in amicitia, in ſtudio erga vos: id quod illum ipſis maximè commendare valebat. [Siue aliorum qui fratres noſtri ſunt. Siue, inquit, aliorum nomine audire aliquid vultis. Et hi tam bene meriti ſunt, vt iuſtiſſimè propter ſe vobis commendentur. [Itenim, inquit, fratres noſtri ſunt, & apoſtoli eccleſiarum:] Hoc eſt, ab eccleſiis miſſi. Deinde quod maius his omnibus, [Gloria Chriſti.] in illum enim referuntur, quæcunq; his facta fuerint: ſiue igitur vt fratres illos voluerit excipere, ſiue vt apoſtolos eccleſiarũ, ſiue vt aliquid in gloriam Chriſti facientes, multas habetis occaſiones beneuolentiæ erga illos. Nam pro Tito poſſum aliq dicere, quòd & meus ſocius ſit, & ueſter amicus: pro his autem, quòd fratres, quòd apoſtoli eccleſiarum, quòd gloria Chriſti. Vides quòd & hinc manifeſtum, quòd ipſi fuerint ex ignotis, alioqui eos iiſdem ornaſſet laudibus, quibus & Titum. Dico ſanè de dilectione erga illos, ſed quoniam nondum noti erant, quaſi fratres accipite vt apoſtolos eccleſiarum, & facientes in gloriam Dei. Ideo ſubdit: [Proinde documentum charitatis ueſtræ & noſtræ de nobis gloriationis, in eos demonſtretis etiam in conſpectu eccleſiarum. Nunc ✠ accipite,] inquit, quomodo nos quidẽ diligitis: quomodo autem nos non ſimpliciter, neq; temerè de vobis gloriemur, declarate: hoc facietis ſi dilectionem in illos declaraueritis. Et deinde facit ſermonem horribiliorem dicens, in conſpectu eccleſiarum: in gloriam, inquit, eccleſiarum, in honorem. Nã ſi illos honoraueritis, eccleſias quæ miſerunt honoraueritis. Non enim illorum duntaxat honor erit, ſed etiam eorum qui miſerunt & elegerunt, & ante omnia in gloriam Dei: quando enim honorauerimus eos qui ipſi miniſtrant, in ipſum gloria pertingit. In commune eccleſiarũ. Non paruum autẽ & hoc fuerit, etenim magna eſt potentia ſynodi, id eſt, eccleſiarũ.

† oſtendite. K

Morale.

Oratio earum Petrum à vinculis ſoluit, Pauli os aperuit. Earum ſuffragium etiam eos qui ad ſpirituales principatus venturi ſunt, non parùm ornat: propter hoc & ordinaturus etiam tunc illorum vocat preces, & ipſi ſententias ferunt & acclamant id, quod initiati ſciunt. Non enim fas eſt non initiatis, omnia detegere. Eſt autem vbi nihil differt ſacerdos à ſubdito, vt quãdo fruẽdum eſt horrẽdis myſteriis: ſimiliter enim omnes vt illa percipiamus, digni habemur. Non ſicut in ueteri lege, partem quidem ſacerdos comedebant, partem autem populus, & non licebat populo participem eſſe eorum quorũ particeps erat ſacerdos: ſed nunc non ſic, verùm omnibus vnum corpus proponitur & populum vnum. Quin & in precibus, viderit quis populum multum ſimul offerre, cùm pro energumenis, tũ pro pęnitentibus: communes enim preces a ſacerdote & ab illis fiunt, & omnes vnã dicũt orationem, orationẽ miſericordia plenã. Iterũ vbi excluſerim⁹ à ſacerdotalibus

Act. 12. a

L Leuit. 10 c, & 22. a, b

Matt. 6. b

UNIVERSIDAD DE MURCIA

talibus ambitibus eos, qui non possunt esse participes sanctæ mensæ, alia facienda est oratio, & omnes similiter super terram iacemus, & omnes similiter surgimus. Quando iterum pax communicanda, omnes similiter salutamus: In ijsdem iterum horrendissimis mysteriis bene precatur sacerdos populo, & bene precatur populus sacerdoti. Nã, cũ spiritu tuo, nihil aliud est quàm hoc, ✠ ea quæ sunt Eucharistiæ, id est, gratiam actionis] communia sunt omnia. neque enim ille solus gratias agit, sed etiam omnis populus: prius enim accepta illorũ voce, deinde congregatis illis vt dignè & iustè hoc fiat, incipit * Eucharistiam.] Et quid miraris, si cum sacerdote populus loquitur? Vbi sanè & cum illis Cherubin & supernis pote-statibus, cõmuniter sanctos illos hymnos personant. Hæc sanè à nobis dicta sunt, vt omnes etiam qui reguntur sobrii sint, vt discamus quòd vnum corpus omnes sumus, tantum inter nos habentes discrimen, quantum membra à membris, & ne totum in sacerdotes iaciamus, sed & ipsi tanquam pro communi corpore, sic ecclesiæ vniuersæ curam geramus. Hoc enim & nobis & uobis maiorem præstat securitatem, magisque ad uirtutes præparat. Vnde audi & de apostolis, quomodo sæpe subditos sententiæ socios acceperunt. Etenim quando septem elegerunt, prius populo consilium communicarunt. Et quando Matthiam, Petrus id egit præsentibus omnibus tunc & viris & mulieribus. Non enim est hic fastus principum & seruilitas subditorum, sed principatus spiritualis, hoc magis excellens, quò plus laborum & curarum pro uobis suscipitur, non quòd plures honores inquirantur. Etenim ecclesiam ficut domum vnam oportet inhabitare, & sicut corpus vnum affici. Vnde quemadmodum & baptisma vnum est, & mensa vna est, & fons vnus, & creatura vna, & pater vnus: quid igitur dilecti sumus, tantis nos in vnum cogentibus? cur discerpti sumus? Coguntur enim eadem deplorare, quæ sæpius deploraui. Res præsentes luctu dignæ sunt, adeo multum inter nos sumus diuisi. Oportebat vnius corporis imitari conglutinationem: sic enim & à mino re maior lucrum habere poterit. Nã cùm Moses à socero vtile quiddam didicerit, id quod ipse non cognouerat: multò magis in ecclesia hoc fiat. Et quid nam est quod cognoscit infidelis, quod nesciebat spiritualis? vt discant omnes qui tunc, quòd homo esset, licèt mare diuisisset, & petram rupisset, ac Dei gratia indigeat: & quòd illa non sunt humanæ naturæ? sed diuinæ potentiæ. Et nũc siquis nõ dixerit quod oportet, surgat alius & dicat, licèt minor sit: dicat autem aliquid vtile, ✠ confirmet] sententiam: licèt minimus sit, ne desperis: nullus enim horum tantùm distat à proximo, quantùm socer à Moyse: nec tamẽ detrectauit audire, sed & recepit sententiam, & obediuit, & scriptis commendauit, & non est confusus illa historiis concredere, vt multorum fastum destruat. Vnde etiam quasi in statuta vitæ hæc scripsit: sciebat enim multis futuram vtilem historiam, ne despiciamus eos qui vtilia consulunt, licèt subditi sunt & viles: neque illa quæ nos introduxerimus, vim habere ac robur omnia putemus, sed ea quæ apparent conducibilia hæc ab omnibus confirmentur: sæpe enim fit, vt hallucinantes pleraque videant, quæ non cernant acutè videntes, eo quòd diligentiores sint & circunspectiores. Ne autem dicas, quid me uocas in concilium, si non audis quod dico? Non sunt hæc obiectiones consiliarii, sed tyranni. Consiliarius enim solùm dominus est vt loquatur sua: si autem & alio vtiliora ostendente, uult fieri ea quæ ipse dicit, non iam consiliarius est, sed tyrannus, ut dixi. Proinde ne sic faciamus, sed liberemus animam ab omni fastu & arrogantia. Consideremus non solùm vt nostra subsistant, sed vt vtilis sententia robur habeat, etiamsi à nobis non afferatur: neque enim paruum lucrum facimus, etiamsi non quæ oportet inueniamus ipsi, sed accipiamus ea, quæ ab aliis dicta sunt. Nam & sic à Deo mercedem accipiemus, gloriaque maxima fruemur. Nam quemadmodum ille qui vtilia dixerit, sapiens est: ita nos ea recipientes, laudem consequamur intelligentiæ & obsequelæ: Ita & domus, & ciuitates, & ecclesiæ si sic regantur, magnum accipient incrementum, & nos quoque optimè administrata vita hac, futura bona adipiscemur: quæ nobis omnibus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri, ac sancto spiritui,

✠Rursũ quæ ad gratiatũ actionẽ pertinent. εὐχαριστίαν id est gratiarũ actionẽ, ne qs de sacramẽto illo dictum censeat. 1. Cor. 12. b

Acto. 6. a

Ibi. 1. d

Ephe. 4. a

A

Exo. 18 c

Ibi. 14. c & 17. b

✠ confirma.

B

C

UNIVERSIDAD DE MURCIA

tui, gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xix.

Cap. 9. NAm de subministratione in sanctos, superuacuū est mihi uobis scribere. Cum tāta de ministerio illo dixisset, hìc dicit supuacuū mihi est uobis scribere. Et nō solùm hoc declarat illius prudentiā, quòd post tot dicta dicit, superuacuū mihi est uobis scribere, sed quòd iterū de illo disserit. Nā hęc quidem quę paulò antea dixit de his qui susceperūt pecunias dicit ita ut magno honore illos ornaret: quæ autem antè illa de Macedonibus retulit, quòd profunda paupertas illorum exūdarit, in diuitias
Sup. 8.a simplicitatis illorum, aliaque omnia de misericordia & eleemosyna, quanuis antea tanta dixerit: iterum tamē dicturus, superfluum mihi est uobis scribere, inquit. facit autem hoc ut magis illos conciliet. confunditur enim homo existimationem talem habēs, quasi non opus habeat cōsilio, si nō
D esset talis, & inferior inueniatur, & ea existimatione priuetur: ita & in accusatione sæpe facit, si per occupationem aliquid dicitur. etenim magnā habet vim. Iudex enim vidēs magnanimitatem accusatoris, nihil iam suspicatur, cogitat. n. † quòd quanuis nihil dicat, possit tamen multa dicere, quoniam etiam quæ non sunt, fecerit & dederit: & plus suspicatur quam dicitur, & apud seipsum bonorum morum opinionem cōcipit. Hæc ex animi consilio & cum laudibus hic facit: dicens enim, [Superuacuum est mihi scribere.] Vide quomodo cōsulit. [Noui enim promptitudinem vestram quā de uobis iacto apud Macedones.] Sanę magnum quidem est illum scire, multò autem magis quòd aliis annūciat. maiorem enim vim habet noluissent sanè in tanta re confundi. Vidisti sapientiam consilii, ab aliis Macedonibus scilicet, Notam vobis facio, inquit, gratiam Dei, quæ data est in ecclesiis Macedoniæ: adhortabatur per illos. dicit enim quòd quidem non solùm facere, sed etiam velle, iam antea cœperitis anno superiore.] Hortabatur item & à domino: Scitis enim, inquit, gratiam domini, quod propter nos pauper factus est. Iterum confugit ad hoc caput validum

✠ alia ratione.] Nam humanum genus ✠ quod ab aliis ducitur. æmulationis studiosum est, & oportebat quidem exemplo domini illos magis allici, & post illud retributionis argumentum E produci: sed quoniam infirmiores erant, posteriori illo magis alliciebantur. Nihil enim tantùm operatur, quantum zelus. Considera autē quomodo istud nouo quodam modo introducit. Non enim dixit, illos imitemini, sed quid? [Zelus vester prouocauit quàmplures.] Quid dicis? paulò ante dicebas, quòd ipsi promiserint, cum multa obsecratione rogātes nos: quomodo igitur zelus vester incitauit? Etiam, inquit, nō consulebamus, non obsecrabamus, sed solùm laudabamus uos, & de uobis gloriabamur: idque illis ad adhortationem sufficiebat. Vidisti quomodo illos, dum vicissim laudat, extimulat, & hos per illos, & illos Sup. 8.a per hos. Porrò zelo etiam maximam laudem admiscuit. Vnde ne † uideretur adulā ✠ illos extollere ter illos extollere, breuiter dicit:]Zelus uester prouocauit multos. Cogita igitur quā- ret, modetum sit, alios factos authores tantę liberali- deratè tatis, ipsosque posteriores in oblatione ista exequit fieri: propter hoc nō dixit, imitemini illos: dicens. non enim tantum habebant zelum, sed quomodo? illi uos imitabantur: ne videamini minores discipulis qui estis docto- F res. Et uide quomodo extimulet illos, & magis accendat: simulat enim cum illis stare quasi in contentione quadam & lucta partem illorum recensens: quemadmodum enim superius dicebat, sua sponte cum mutta obsecratione accesserunt nos, Sup. 8.a vt rogaremus nos Titum, vt sicut antea ✠cœpit, ✠ cœpistis, ita perficiatis] hanc, gratiam: ita perfi Sic & hic dicit, [Propter hoc misi fratres, ciat. vt non inanis fiat gloria nostra.] Vidisti illum certantem ac trementem, vt ne videatur adhortationis gratia solùm dixisse hæc quæ dixit: sed, inquit, vt sic res habeat, misi fratres: tantam pro vobis habens solicitudinem, vt ne inanis fiat gloria nostra. Et videtur se facere patrem Corinthiorum per omnia, quanuis parem omnium cutam haberet. Quod autem dicit, hunc habet sensum: Valde honestor in uobis, apud omnes de vobis glorior, & me iacto: ita, vt si minores fueritis, communis futura sit confusio hoc autem modestè dixit: apposuit enim in hac parte, non vbiq;. [Quemadmodum dicebam, parati sitis.]

Non

✠ is qui q̄ dicere p̄ōt: nō dicit tamē, qūo ea q̄ nō sunt, effingere poterit. Et plura quàm dicat suspicandi occasionē p̄bet, ac sibiip si viri p̄ bi opinionem conciliat: hoc & in cōsilio & in laudibus Supr. 8. b

Non enim dixit, quòd in futurum parent, sed quòd parata sint, & quòd nihil illis defit. Hoc igitur uolo factis monstrare, inqt.

G Deinde suam angustiam augens dicit, [Ne quo pacto fiat si venerint mecum. Macedones, confundamur nos: vt ne dicam, uos, in hoc argumento gloriationis.] Maior confusio, quando plures statuit spectatores, & eos qui audierant. Et nō dixit, affero enim mecum Macedones, sed uenient Macedones mecum, ne uideatur hoc dedita opera facere, sed quomodo? Ne quo pacto si uenerint mecum Macedones: cōtingit enim inquit, ut hoc fiat, & ita sermonem magis alienum à suspicione facit: si autem ille affirmasset, contentiosiorem feciſſet. Vide quomodo non à spiritualibus solum, sed & ab humanis rebus illos induxerit. Nam si & me non habeatis pro magno, inquit, & confiditis quòd ignoscam, sed cogitate Macedones, si quo pacto ueniant & inueniant uos: & non dixit, non uolentes: sed, imparatos, & non omnia implentes. Si autem hoc confusionem affert, quod non statim, neque totum affertur: cogita quantum sit, * nihil prorsus aut] minus quam oportet afferre: Deinde mansuetè quòd sibi euē turum sit, & seueriter ponit sic dicens: Con

H fundamur nos, ut ne dicam, uos: & iterum ponit, dicens: In hoc argumento gloriationis, non segniores faciens, sed ostendens eos qui in aliis probati sunt, etiam in hoc magnam habere debere alacritatem. [Proinde necessarium arbitratus sum adhortari fratres, ut prius præpararent hanc benedictionem uestram, ut in promptu sit sicut benedictio, & non sicut auaritia.] Iterum istud aliter assumpsit, & ne uideatur simpliciter hæc dicere, causam uiæ non aliam es-

Hicsup. 2. se dicit: sed ita, ut ne ipsi confunderentur. Vides q̄ dicendo, superuacuum est mihi uobis scribere, initium consilij sit. Vides ēt quanta de hoc ministerio differat: cū hoc autem & aliud dicere licet, quòd ne uidea tur sibi contradicere, dicens superuacuum, & nihilominus de illis disserens: ad hoc ut

Sup. 8. a de celeritate & largitate ac promptitudine tractet, quib. & illud efficit. Nam, tria hæc exigit: & mouit quidem hæc capita, etiam in principio. Nam quando dicit, in multa probatione afflictionis, abundantia gaudii illorū & profunda paupertas exuberauit, in diuitias simplicitatis illorū. nihil aliud dicit, quàm q̄ & multum obtulerint, & cū gaudio ac celeritate: & nō solùm multum dare, illos non offendit, sed neq;, quòd in tentationibus erant; id quod datione grauius est, & quòd seipsos nobis dederunt, ostendit sane & hoc alacritatem illorum, & quòd multùm credant. Iterum autem & I hoc loco eadem in manus assumit. Nam quoniam hæc contraria sunt, † cupiditas] † magnificens. & alacritas: & alius quidem multum dans, sæpius dolet: alius verò † dolet, quia minus † minus dat ne dolcat. dat:] uide quomodo utriusque curam gerat, cum sapientia se digna. nō enim dixit, parum melius dare & cum uoluntate, quā cum coactione multum: quoniam & multum & uoluntariè uolebat illos offerre, sed quomodo? [Vt prius perficiant benedictionem uestram, vt sit parata sicut benedictio, & non sicut auaritia.] Prius incipit à leuiore & suauiore, quàm à necessitate. Benedictio enim inquit, est. Vide quomodo in admonitionis loco fructus statim ostēdit germinantes, & benedictione plenos suppeditantes, uocabuloq; benedictionis illos allexit. nullus enim benedictionem dat cum tristitia: & neque illo contentus est, sed addidit: Non ut auaritia: ne putetis, inquit, quòd illam quasi auari recipiamus. Sed ut uobis simus authores benedictionis. Auaritia enim inuoluntariorum est: & ita qui eleemosynam dat inuitus, auarè dat. Deinde ab hoc iterum ad illud transit, ut libenter dent. [Illud autem dico:] hoc est, cum K hoc & illud dixerim. Quid? [Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.] Et nō dixit, tenuiter, sed celebrius, parci nomine posito: & rem semen uocauit, ut statim ad retributionē spectes, messisq; recorderis, & discas quòd plura accipis, quam das. Ideo non dixit, qui dat, sed qui seminat: & non dixit, uos si seminaueritis, sed generalem sermonem facit: neque dixit, largiter: sed in benedictionib. quod illo multò maius est. Et iterum ad prius regreditur, quod gratum est, dicens: [Vnusquisque secundum quod proponit in corde,] immo non ex tristitia, uel ex necessitate faciat. Vnde & hoc diligenter tractat: nā cum dixisset, secundum quod propositum est in corde, addidit, [nec ex tristitia, neq; ex necessitate.] Et neque hoc contentus est, sed etiam à scriptura testimoniū addidit, dicens: [Hilarem. n. datorem diligit Deus.

Ecc.33. b Vidisti quomodo cõtinuò hoc ponit, nõ iuxta imperium dico, & cõsiliũ in hoc do, & sicut benedictionem, & non sicut auaritiam: & iterum, non ex tristitia, neq; ex necessitate: hilarẽ enim datorẽ diligit Deus.

1. Cor. 7. b

Hoc loco opinor * hilarem] largum dici, verumtamen ipse accepit hoc nomen, vt

ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ θεός

L ideſt magnificẽtiã, ſiue sũptuositatem. cũ promptitudine detur. Nam quoniam exemplum Macedonũ & alia omnia sufficiebãt ad instituendam † ordinationem,] non multa de illo loquitur, sed de eo, ne inuiti dent. Nam quũ opus sit virtutis: omne autẽ quod ex necessitate fit, minuit meritedem: meritò hoc agit, & non consulit solùm, sed & precatur id quod semper facit, dicens: [Potens autem est Deus, vt impleat omnem gratiam erga vos.] Per preces rationem quæ hanc liberalitatem non nihil impugnat, tollit, eam inquam quæ etiam nunc multis obstaculo est. Etenim pleriq; timent eleemosynam dare dicentes, Ne fortè pauper fiam, ne fortè alijs indigeã: hũc autẽ soluens merum, opponit orationem dicens, omnem gratiam abundare faciat erga vos, non simpliciter impleri, sed abundare faciat, inquit. Quid autem est, gratiam abundare? Impleri, inquit, vos tantis, vt possitis abundantes esse in hac liberalitate. [Vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis (inquit) in omne opus bonum.] Vide etiã in oratione illius magnã philosophiam, non diuitias precatur, neque abundantiam, sed omnem sufficientiam. Et non solùm hoc est in illo mirabile, sed q̃ superfluũ non precatur. Ita neque affligit illos, neq; cogit de penuria dare, attemperans se illorum infirmitati, sed sufficientiam petit, & ostendit simul quomodo donis à Deo datis vti oporteat.

M Vt abundetis, inquit, in omne opus bonũ: propter hoc, inquit, & peto, vt & alijs suppeditetis. & * non dixit, suppeditetis, sed] abundetis. Nam in carnalibus sufficientiã illis petit, in spiritualibus aũt & abundantiam, non in eleemosyna solùm, sed & in alijs omnibus, in omne opus bonũ. Deinde prophetam illis adducit, consultum testimoniũ, q̃ ad liberalitatem illos prouocare possit, inquirens dicit, sicut scriptum

Pſal.111. b est, [Dispersit, dedit pauperibus, iustitia illius manet in seculum. Hoc est, abundetis. Nam quòd dicit, dispersit, nihil aliud manifestat, quàm quòd cũ liberalitate dedit. Nam quãuis hæc non maneãt, manent tamen, quæ ex illis nascuntur. Etenim mirabile est, quòd quæ custodiũtur pereũt, quæ autem disperguntur manent, & manent semper: iustitia aũt hoc loco misericordia vocatur. Etenim iustos facit eleemosyna, peccata quasi ignis consumens, q̃ cum liberalitate effuderitis. Ne igitur multo scrutinio vtamur, sed non cunctabunda manu seminemus.

Morale.

Nõ vides quãta alij dãt mimis, & mulieribus scortis, & si dimidiũ Christo dederis, quæ illi saltantibus dant, & liberaliter his, qui in fornicibus, tãta tu vel esurienti da. Nã illi quidẽ corpus scortorũ auro multo vestiũt, tu aũt neq; tenui veste Christi carne, eamq; nudã vidẽs: quali hoc venia dignũ, quãtũ hoc nõ meretur suppliciũ, q̃ ille quidẽ perdẽti & cõfundẽti se tãta suppeditat: tu aũt neq; minimũ saluanti te & facienti clariorem, sed in ventrem quidem & ebrietatem, ac intemperantiã insumens, nullius paupertatis memor es? Vbi autem paupertatẽ iuuare oportet, omnibus es paupertatis metus incidit. Sanè propter hoc & per nosipsos, & per alios tũc condẽnabimur, tam hos qui probè egerũt, quàm qui peccarũt. Dicet enim tibi, quare nõ fuisti ita magnanimus in his quæ cõgruũt, sicut ille qui scorro dat: nihil tale cogitauit, quod tu daturus domino, qui dixit, ne sollicitus sis, tu verò metu plenus es ac trepidus. Et qua venia dignus eris? si enim homo qui receperit non despicit, sed habet gratiam, multò magis Christus: qui.n. dat cum nihil acceperit, quo cùm acceperit non dabit? Itaque inquit, quid, cũ plerique quãdo multa erogarint, alijs egent? De his qui omnia insumpserunt, dicis ipse qui neque obolum das. Pollicere omnia te euacuaturum, & tunc etiam de illis roga. Si autem parcus fueris & pauca de his quæ sunt suppeditas, quid mihi prætexis has causas? neque enim te ad summam inopiam adigimus, sed oramus, vt iam quæ superflua sunt, imminuas, & sufficientiam solam ames. Sufficientia autem horum vsum petit, sine quibus non licet viuere: neque te ab his abstrahit, neque prohibet

A

B

Mat. 6. d. & Lu c. 12. c.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

prohibet quotidianum cibum, cibum nō
delicias dico, ✠ uel ueſtes vel ornatus:] ſi
autem quis diligenter exquiſierit, hę maio
res ſunt deliciæ. Attende autem: quare ma
iores dixerimus delicias, herbis paſci &
bene valere, nihilque moleſtū pati, quàm
Sybariticam habere menſam, & innumeris
morbis eſſe obnoxium manifeſtum quòd
illud plures habet delicias. Ne igitur am-
plius quæramus: nam ſi deliciari uolueri-
mus, & honeſtè uiuere, ſufficientiam no-
bis determinemus, & alius quidem qui le-
guminibus poteſt eſſe contentus & bene
ualere, nihil amplius inquirat: infirmior
autem & olerū cura opus habens, ne prohi
beatur: ſi autem & illo quis infirmior ſit, &
congruo carnium adiumento egeat, ne-
que illum abarceamus: neq; enim ut occi-
damus & corrumpamus homines, hęc con
ſulimus, ſed ut ſuperflua amputemus. Su-
perfluum autem eſt, quod plus eſt, quàm
uſus requirit. Nam quando etiam abſque
illis poſſumus agere ſanè & honeſtè, ſu-
perfluum omnino illud eſt appoſitum. Sic
& de ueſtibus arbitramur, & de menſa, &
de domo, & aliis omnibus, & utilitatem
vbique ſpectamus: quod enim ſuperfluum,
etiam inutile. Quando † frugalitatem me-
ditaberis,] tunc te volentem fieri uiduæ
imitatorem, ad maiora quàm hæc ſunt,
inducemus. Nondum enim peruenisti ad
mulieris uirtutem, † niſi frugalitatis] cu-
ram habeas: illa enim & hac uiriute ſu-
perior fuit. Nam quæ ad ipſam ſuſtentan-
dam pertinebant, illa omnia dimiſit. Igi-
tur adhuc anxius es de neceſſariis, & non
confunderis à muliere uinci, & illam non
ſolùm non imitaris, ſed etiam longè poſt
illam relinqueris? Illa enim non dixit hæc
quæ à nobis dicuntur, Quid ſi omnia ex-
pendens cogat rogare alium: ſed liberè ea
quæ habebat, exuit. Quid, quis dixerit,
de priſca illa quæ ſub propheta Helia fuit,
quæ iam non de paupertate, ſed de mor-
te periclitabatur, non ſolum ſua, ſed & fi-
liorum: neque ab aliis expectabat ſe rece-
pturam, ſed ſtatim morituram: Verùm
prophetam uidit, dicet quis, & inde libe-
ralis facta eſt. An non & uos uidetis innu-
meros ſanctos? Et quid dico ſanctos? pro-
phetarum dominum uidetis mendican-
tem, & neque ſic efficimini miſericordes,
& habentes promptuaria eructantia ex
hoc in illud, neque ex hac abundantia
communicatis. Quid dicis? Propheta erat
præſens, qui & hoc illi perſuaſit, ut tam ma
gnaminiter ageret. Sanè iſtud ipſum mira
culo dignū, & perſuaſa eſt eſſe illū magnū
& mirabilem. Quomodo enim, quēadmo-
dum ueriſimile eſt de barbara & alienige-
na mulierem cogitare, non dixit: Si pro-
pheta fuerit, non me rogauerit: ſi Dei ami-
cus, non illum deſpexerit? Eſto Iudæi pro-
pter peccata hanc pœnam luant, hic autem
quare? Sed nihil horum cogitauit, imò ape
ruit illi domum, & ante domum, mentem:
& omnia quę habebat, in medium poſuit:
& relicta natura, filiiſque contemptis, ho-
ſpitem prę omnibus honorauit. Cogita igi
tur quantum ſupplicium paratum ſit, qñ E
minus habemus & infirmiores ſumus mu-
liere iſta uidua, paupere, alienigena, barba-
ra, filiorum matre, & nihil eorum quę nos
ſcimus ſciente. Nam non uiriles, quidē eri
mus, licèt ualidum habeamus corpus. Ete-
nim ille ſolus habet hanc fortitudinis uir
tutem, licèt in lecto decumbat, qui id robo
ris ſecum habet. Sicut ſine robore illo, etiā
ſiquis montem ſui corporis robore diſcer-
pat, nulla illum puella & anicula miſera di
xerim robuſtiorem, Nam ille quidem cer-
tat etiam cum incorporeis malis, hic au-
tem neque aſpicere auder. Et ut ſciasquòd
hæc ſit fortitudinis definitio, collige ab
illo exemplo. Quid enim illa fortius fuit
muliere? Nonne contra naturæ tyrannidē,
& contra famis violentiam, & contra mor-
tis minas generosè ſtetit, & omnium fuit
fortiſſima? Sed audi quomodo Chriſtus il- Luc. 4. d
lam prędicat, Multæ enim, inquit, erant ui-
duę in diebus Helię, & ad nullam miſſus
eſt propheta quàm ad illam. Dicam aliquid
magnum & admirabile. Iſta patre noſtro Gen. 18.
Abraham plus in hoſpitalitatem impen- a
dit: non enim ad armentum cucurrit ſi-
cut ille, ſed pugillo illo farinæ præcurrit
omnes in hoſpitalitate celebres. Nam il- F
le quidem uincebat, quòd ad hoc ſeipſum
exhibebat: iſta uerò neque pueris pepe-
rcit ptopter hoſpitem, etiam nondum fu-
tura expectans. Nos uerò cùm ſit regnum,
cùm minæ gehennæ proponantur, &
quod omnium maximum eſt, cùm Deus
tanta fecerit pro nobis, illisque gaudeat
ac lætetur, ſupini ſumus? Ne ſic agamus
oro, ſed diſpergamus, demus pauperibus,

✠ ueſtes non ornatus.

C

† ſufficiē tiā me diatus fueris, ✠ quan- diu ſuf- ficiētię. Mar. 12 d. & Lu- cæ 21. a

D

3. Reg. 17. c

Pſ. 143. c

ſicut dari viſum eſt dato: multum enim & paſum deus non ad menſuram dantium definit, ſed ad potentiam facultatum dantis. Vnde ſæpe tu qui expendis centum aureos, minus eo qui vnicum obolum erogat, dediſti: nam ex abundantia expendiſti. Verùm tamen etiam ſic fac eleemoſynam, & venies breui etiam ad maiorem liberalitatem: diſperge pecuniam, ut congreges iuſtitiam: neque enim illa cum pecunijs adeſſe uult, ſed & per illas quidem non cum illis, nobis adeſt: non enim ſimul habitant pecuniarum cupiditas & iuſtitia, ſed tabernacula ſeparata habent. Ne igitur contendas, quæ commiſceri nequeunt cõiugere, ſed expelle tyrannum, auaritiam, ſi vis reginam recipere iuſtitiam: iſta enim eſt regina, & liberos ex ſeruis facit, cui contrarium illa. Vnde cum magna diligentia auaritiam caueamus, iuſtitiam amplexemur, ut & hic libertatem conſequamur, & G regno cœlorum fruamur: quod nobis omnibus concedatur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cũ quo patri & ſancto ſpiritui gloria, imperium, honor, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xx.

PORRÒ qui ſuppeditas ſemẽ ſeminanti, is & panem in cibum ſuppeditet, & multiplicet ſementem veſtram, & † augeat augeat. Maximè quis hinc ſapientiam Pauli admiretur, quòd cum à ſpiritualibus & à carnalibus adhortatus eſſet, iterum nunc iſtud in retributione facit geminas retributiones ponens. Nam quod dicit, Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia illius manet in ſeculum, ſpiritalis eſt retributionis: quod verò dicit, multiplicet ſemen veſtrũ, carnalis retributionis eſt: & tamen non hic ſubſiſtit, ſed iterum ad ſpiritualia continuò tranſit, permutatim illa ponens. Nam quod dicit, augeat prouentus iuſtitiæ veſtræ, iterum ſpirituale eſt. Hoc autem hac ratione facit, vt extit per radicitus illorum parum virilem & flacceſcentem animum, paupertatisque merum vndique eneruet, H rdque exemplo hoc. Nam ſi terram ſeminantibus dat Deus, & ſi his qui corpus paſcunt liberaliter ſuppeditat: multò magis his qui cœlum colunt, animarum rationem habentibus. Etenim hæc maiori cura dignatur. Cæterùm iſtud quidem nõ ſyllogiſmo quodam ponit, nec quemadmodum nunc dixi, ſed in orationem vertit: ſimul etiam manifeſtam ratiocinationem manifeſtans, & magis illos in ſpẽ inducẽs, non ſolùm ab ijs quæ fiunt, ſed etiam à precibus ſuis. Suppeditabit enim dicere vult, & multiplicabit ſementem veſtram, & augebit prouentus iuſtitiæ veſtræ. Iterũ & hoc loco liberalitatem abſque ſuſpicione inſinuat. Nam quod dicit, multiplicet & augeat, hoc declarat interim quoque non permittit nobis plus quam neceſſaria quærere, panem dicens in cibum. Etenim & hoc in illo eſt admirabile, id quod & antea faciebat, quòd in neceſſarijs quidem nihil vltra vſum inquirere permittit, in ſpiritualibus autem magnam abundantiã fieri conſulit. Vnde & ſuperius dicebat, vt ſufficientiam habentes abundetis in omne b opus bonum: & hìc, qui ſuppeditat panem in cibum, multiplicet ſementem veſtram, I hoc eſt, ſpiritualem. Non enim ſimpliciter eleemoſynam petit, ſed eam quæ cum largitate: ideo & ſemen, iſtam continuò vocat. Quemadmodum enim triticum quod ſeminatur, prægnantes ariſtas oſtendit: ita & eleemoſyna multos manipulos iuſtitiæ efficit, & ineffabiles prouentus profert. Precando autem illis tantam fœlicitatem iterum oſtendit, vbi illam expendere oporteat, dicens: [Vt in omnibus locupletemini in omnem ſimplicitatem, quæ ſcilicet efficit per nos gratiarum actionem Deo.] Non vt expendatis in ea in quæ non oportet, ſed in illa quæ magnam Deo afferũt gratiarum actionem: magnis enim rebus Deus nos præfecit, minoribus ſibijpſi ſeruatis. Nam ipſe quidem ſenſibilis alimenti dominus eſt, & ſpirituale nobis permiſit. Etenim nos domini ſumus laborando, vt oſtendantur ariſtæ: neque hìc opus eſt pluuijs & temperie, ſed volũtate noſtra & curſu ad cœlum ipſum. Porrò ſimplicitatem hìc vocat largitatem, quæ efficit per nos gratiarum actionem Deo: neque enim quod fit ſolùm eſt eleemoſyna, ſed etiã magnę gratiarum actionis argumentum, imò nõ grarũ actionis ſolùm, ſed & multorum aliorũ: & ĩ proceſſu illo ponit, vt cũ multa, q̃ rectè agunt, eſſe declararit, inde alacriores K reddat. Quæ igit̃ ſunt illa? Audi illũ dicẽtẽ:

[Nam

[Nam administratio huius ministerij, non solùm supplet ea, quæ desunt sanctis, uerùm etiam exuberat in hoc, & per multos gratiæ agantur Deo, qui per probationem ministerii huius glorificant Deum, super obedientia cõfessionis uestri in euangelium, & de simplicitate cõicationis in ipsos, & in omnes, & in illorũ oratione pro uobis, qui desiderant uos propter eminẽtem gratiam Dei in vobis.] Quòd autem dicit, hunc sensum habet: Primum, ea quæ sanctis desunt non solum impletis, sed & abundare facitis: hoc est, plusquam vsus postulat, suppeditatis. deinde per illos laudẽ offertis Deo: glorificant. n. ipsum in obedientia consensus uestri. Nam ne † videatur] illos propter hoc solùm gratias agere, & acceperint: ui de quo magnos illos facit, id quod ipse Philippensibus dicit, Non inquiro dona, & id ipsum illis testimonium do. Nam gaudetis quidem, & quæ illis desunt impletis, & paupertatem illorum releuatis: multò aũt magis, & ita subditi estis euangelio, cuius hoc indiciũ est, tam largiter offerre. Nam hoc euangelium præcipit simplicitatem cõicationis in ipsos, & in omnes, & propterea glorificant, inquit, Deum & sic estis liberales, nõ in illos solùm, sed & in omnes: quod etiam ipsum præconium illorum est, & gratias agunt pro his quæ aliis dantur. Nam non solùm ea quæ ad se pertinent ita ornant, sed etiam quæ ad alios quamuis in extrema sint paupertate: id quod magnæ illorum virtutis signum est. Nihil enim ita zelotypum est, vt pauperum genus. Verùm illi ab hac affectione mundi erant. tãtumque aberant, ne dolerent super his quę alijs communicabãtur, quod etiam gaudebant non minus quàm de his quæ ipsi accipiebãt. [Et in illorũ oratione pro vobis.] Nam pro his quidem gratias agunt Deo, pro uestra autem charitate, & fœlicitate obsecrãt illum. [Vt mereãtur uos uidere.] Nam hoc desiderant, non propter pecunias, sed ut fiant spectatores gratiæ vobis datæ. Vidisti Pauli sapientiam, quomodo laudatis illis torum acceptum tulerit Deo? opus. n. gratiam vocauit. Nam postquam magna de illis locutus est, ministrosque illos vocasset, & extulisset in sublime, quandoquidem illi quidem ministrabant, ipse autem minister erat: & cùm nominasset probatos, ostendit, & horum omnium author sit Deus, & ipse cum illis iterum gratias agit dicens, [Gratia autẽ Deo super inenarrabili illius munere.] Munus sanè hoc loco dicit, etiã tãta bona quæ per eleemosynam fiebant, & accipientib. & dantibus, uel ineffabilia bona, quæ per aduentum suum uniuerso orbi magna liberalitate donauit, quod potissimum sentiendum est. Nam ut & humiliet, & liberaliores faciat, memores eos reddit eorũ quæ à Deo assecuti erãt. Etenim hoc plurimũ ad omnem virtutem inhortatur. Idcircò & hoc loco sermonem finiuit. iã inenarrabile donum, quanta insania eorũ qui substantiam illius curiosius cognoscere attentant? non aũt donum illius solùm inenarrabile, sed & pax excellit oẽm mẽtẽ, per quam superiora inferiorib. cõciliauit.

M

Morale.

Studeamus igitur tanta gratia † frui, & virtutem vita dignam declarare, multamque eleemosynæ habere rationem. Faciemus autem, si fugerimus † vindictæ auiditatem, si ebrietatem, si crapulam. Etenim esculenta & poculenta dedit Deus, non in luxum, sed in alimentum: neque enim vinum facit ebrietatem: alioquin si ita esset, omnes oportebat inebriari. Sed cur non ita conditum est, inquit, quispiam, ne multum noceat? Ebriorum hæc sunt verba. Nã si quod multum nocet, & non ab auiditate abstrahit, si sic fœdũ & damnosum hoc, neque sic desinis a mala concupiscentia, si liceret etiam multum citra offensam hibere: quando nam ab auiditate abstineres? nonne desiderares etiam fluuios factos esse vinum? nonne omnia perdidisses, & corrupisses? Iam quum mensura sit alimenti, & damnum patimur hac neglecta, & neq; sic fœno retraheris, sed rupto illo omnia sumis, ut ministres pessimæ tyrannidi crapulæ: quid non fecisses, si hæc naturæ mensura sublata esset? Nonne omne tempus in hoc insumpsisses? Oportebat igitur absurdam illam concupiscentiam non tam fortem fieri, sed damnũ quod ex intemperantia prohiberi. Et quæ damna non fuissent inde prognata? Sed ò stultos qui in ebrietate quasi luto uoluuntur, & dolent intemperantiam qñ parum sobrij fiunt, nihil aliud faciunt sedentes quàm ut hæc loquantur, Quare hęc in hunc vsum insumũtur? oportebat se cõdẽnare à suis delictis. Nam dum dicis, quare terminos posuit, quare nõ om-

A

† significet.

Phi. 4. d

L

† fruentes.

† nimiã auiditatem.

nia absq; ordine feruntur? Dic quare non
M ceſſamus inebriari, quare non accepimus
✝ men- ✝ ſatietatem,] quare brutis inſipientiores
ſuram. ſumus? Hæc enim inter nos quærere oportebat, & audire apoſtolicam uocem, & ſcire quanta bona ex eleemoſyna hiſce futura teſtetur, & arripere hunc theſaurum. Etenim hoc probatos facit, quemadmodum
B ille dixit, quòd diuitiarum contempus facit glorificari Deum, & feruidã reddit charitatem, magnanimosque efficit, & ſacerdotes conſtituit, & ſacerdotium quod magnam mercedem affert: qui enim miſeretur, non indutus eſt podere, neque tintinnabula in circuitu habet, neque corona redimitus eſt, ſed indutus quidem eſt ſtola miſericordiæ, quę ſancta ueſte ſanctior eſt.
Vnctus uerò oleo, quod nõ ex ſenſibili materia compoſitum, ſed à Spiritu ſancto cultum, & habet coronam ex miſerationibus,
Pſ. 102. a ſicut dicit: Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus: & prope tali geſtamine qui habet nomen Dei, ipſe par fit Deo.
Matt. 5. g Quomodo? Eritis enim, inquit, ſimiles patri veſtro, qui eſt in cęlis. Vis & altare illius videre? Non Beſeleel iſtud extruxit, neque alius qui ſpiam, ſed ipſe Deus: non lapidibus, ſed materia cœlo clariore, animabus
Ibi. 6. a rationalibus. Sed dicis, ſacerdos ingreditur in ſancta ſanctorum. Licebit & tibi ſacrificanti hoc ſacrificium, ad tremenda ingredi, ubi nullus adeſt, ſed pater tuus qui uidet in occulto, ubi nullus alius uidet. Et
C quomodo dicis non videri, cum in propatulo ſit altare? Nam hoc mirabile eſt, quòd tum quidẽ geminæ fores, & uela ſeceſſum faciebant: nunc autem licet publicè ſacrificare, quaſi in ſancta ſanctorum, & facere hoc multò uenerabilius: quãdo enim non ad oſtentationem hominem feceris, licèt totus orbis uiderit, nemo tamen viderit, quandoquidem tu ſic feciſti: non enim dixit ſimpliciter, non facite coram hominibus: ſed adiũxit, ut videamini ab illis. Hoc
Ibidem. altare ex ipſis Chriſti membris cõpoſitum eſt, & corpus domini altare tibi ſit: reuerere iſthuc ipſum, in carne ſacrificas Domini ſacrificium. Hoc altare, etiam hoc quod nunc magis horribile eſt, non illo quod olim ſolùm: ſed ne turbemini. Nam hoc quidẽ admirabile eſt propter ſacrificium, quod ſuper illud ponitur. Illud uerò hominis miſericordis, non propter hoc ſolùm, ſed quòd ex illo ſacrificio, quod hoc facit, compoſitum eſt. Nam hoc mirabile, lapis enim quidem eſt natura, ✝ ſanctus] autem fit, quoniam corpus accipit Chriſti: illud autem altare ſanctius, quoniam ipſum corpus eſt Chriſti, ita ut hoc illo lapideo ſit horribilius, cui tu qui laicus aſſiſtis. Igitur tibi, neque Aaron aliquid uideatur, ſi adhæc conferatur, neque corona, neque tintinnabula, neque ſancta ſanctorum. Quid enim ultra cum illo altario D
conferri poteſt? Vbi ſcilicet & ad hoc quod confertur, tam clarum apparuit. Tu autem hoc quidem altare honoras, quod accipit corpus Chriſti: eum autem qui eſt ipſum corpus Chriſti, contumelia afficis, & deſpicis pereuntem. Hoc altare ubique poteris videre ſitum, & in angiportis, & in foris: & per ſingulas horas poteris in illo ſacrificare. Nam & hìc ſacrificium celebrare, & quemadmodum ſacerdos ſtat ſpiritum inuocans, ita & tu ſpiritum uocas, non uoce, ſed factis. Nihil ſic continet, & accendit ignem ſpiritus, ut hoc oleum largum quod effunditur. Si autem uis uidere etiam ea quæ huc mittuntur, quid ſit? Veni, & hęc tibi monſtrabo. Quis igitur fumus, quæ fragrantia altaris? gloria & gratiarum actio. Et quouſque procedit? nunquid uſque ad cœlum? Minimè, ſed cęlum
Act. 10. a ipſum tranſcendit, & cœlum cœlorum, & ſe regio throno aſſiſtit. Dicit enim preces tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt coram Deo. Et ſenſibilis quidem illa fragantia non multum aeris penetrat, iſta uero ipſas cœlorum apſides aperit: & tu quidem taces, opus uerò clamat, & ſit ſacrificium laudis, non dum occiditur vacca, neque pellis
E exuritur, ſed anima ſpiritualis, ſua offerẽs. Omni enim miſericordia hoc ſacrificium clarius eſt. Igitur quãdo videris pauperem fidelem, aram te uidere putes: quando autem videris talem pauperem, non ſolùm non affeceris iniuria, ſed etiam reuerere: & ſi alium videris contumelia afficientem, prohibe adiuuans: ſic enim poteris & ipſe Deum miſericordem habere, & promiſſa aſſequi bona. Quæ nobis omnibus contingant, gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo patri, & ſpiritui ſancto ſit gloria, & honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

✝ sanctum.

Homilia

Ca. 10.

Homilia xxi.

CÆterùm ego ipse Paulus, obsecrans vos p mansuetudinẽ & æquitatẽ Christi, qui iuxta faciẽ quidẽ humilis sum inter vos,* absens, autẽ confido in vobis.] Absoluto vt oportebat, de eleemosyna sermone, postquam monstrauit se plus illos diligere quàm diligi, narrauitq; de patientia sua & tentationibus, opportunè postea sermones increpatorios attingit, perstringẽs pseudoapostolos, & molestiora sermoni admiscens seq; ipsum commendans: hoc enim per totam epistolam agit, vnde sibi cõscius nõ rarò corrigit istud, dicens: Incipimus iterum nos ipsos commendare? & pergẽs, inquit, Non iterum commendamus nos ipsos, sed occasionem dantes vobis gloriationis. Et post hæc, Insipiens factus sum glorians, vos me coegistis: & multis talibus vtitur correctionibus. Nec peccarit quis epistolam encomium Pauli agnominans, sic & donaj, & patientiam suam copiosè ponit. Quoniam enim erant quidam apud illos, sublime, de se sentientes, & se præferebant apostolo, quẽ vt arrogantem infamabant, & vt hominem nihili, mutiliaq́ue docentem, id quod peruersitatis illorum maximum indicium erat: vide quo pacto incipit ab increpatione illorum, Cæterùm ego ipse Paulus. Vidisti quanta grauitas? quanta dignitas? Vult. n. sic dicere, Oro vos ne me cogatis, ne me sinatis vti mea potestate aduersus eos, qui nos extenuant, arbitrantur q́ue nos carnales viros esse. Grauius hoc est, quam quod in priore epistola interminando illis dicebat, In virga veniam ad vos, vel charitate, spiritu q́ue mansuetudinis? nunc autem, quasi non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam. Veniam autem & cognoscam, non sermonem inflatorum, sed virtutem. Nam hic ambo ostendit, & potentiam & moderationem animi, & malitiæ patientiam: siquidem sic orat, & cum tanto studio, vt ne cogatur ad ostentationem venire suæ potentiæ, qua poterat, & percutere illos ac punire, extremumq; exigere supplicium. Hoc insinuauit, dicens: [Oro aũt ne præsens audeam ea fiducia, qua existimer audax fuisse in quosdam, qui nos putant veluti in carne ambulare.] Iam ãr ad initiũ sermonum redeamus. Cæterùm ipse ergo Paulus. Magna emphasis, magna grauitas, sicut alicubi dicit: Ecce Ego Paulus dico vobis. Et iterum sicut Paulus senior. Et alibi iterum, Quæ sanè multis affuit & mihi ipsi, Sic & hoc loco, Cæterùm ipse ego Paulus. Magnum quidem & hoc, illum orare: aliud autem maius quod apposuit, dicens, Per mãsuetudinem & æquitatem Christi. Valde enim illos adhortari, volẽs, præmittit humanitatem, & æquitatem, precationem sic intendens: quasi diceret, ipsam Christi reuereamini æquitatem, per quam vos oro. Hæc aũt dicebat interim ostendens, quòd licèt grauem necessitatem inducant, ipse ad aliud magis propensus sit, eò quòd mãsuetus sit, & non ex infirmitate aggrediatur, sicut & Christus faciebat. [Q̃m iuxta facilem humilis quidem inter vos, absens ãt audax sum erga vos.] Quid nam hoc est? uel per ironiã de illis loquitur. Illi enim hoc dicebant, Quando adest, nullius est momenti, sed vilis ac cõtemptus: quando aũt abest, inflatur & superbit, contraq́; nos insurgit: ac minatur. Vnde hoc postea insinuans dicit, Epistolæ quidem graues, aduẽtus autem corporis infirmus, & sermo cõtemptus. Vel igitur per ironiã inquit, magnam declarans grauitatem ac dicens: Ego humilis, ego vilis quando assum sicut ipsi dicunt, & absens sublimis? vel quòd licèt magna loquatur, non ex arrogantia tamẽ, sed ex eò quòd confidit illis. Oro autem ne præsens audeam ea fiducia, qua existimer audax fuisse in quosdam, qui putant nos quasi secundum carnem ambulare. Vidisti quãta indignatio, & quàm manifesta dictorum reprehensio? Oro enim vos, inquit, ne me cogatis ostendere, quòd & præsens fortis sim & uirtutem habeam: quia enim absens valde audax contra eos sit & extollatur, ipsorum vsus est verbis. Oro igitur ne me cogant vti mea virtute. Hoc enim est quod dicit, ea fiducia, & non dixit, qua paratus sum, sed existimer: hoc. n. nondum decreui, illi aũt mihi hoc imputãt, & neq; sic volo: q̃uis non hoc faciebat, vt se, sed vt euangeliũ vindicaret. Iã si [hic] prædicationi assistit, austerus, non est, sed cessat & moratur, & orat ne sibi fiat tãta ne cessitas: multò magis p̃ se ipso nunquã tale qd fecisset. Hoc. n. mihi cõdonare, inqt, ita vt nõ cogar ostẽdere q̃ & absens? possũ res vbi postularit, audacia vti: hoc est pu-

Sup. 3. a
Ibi. 5. b
Infr. 12. c
Gal. 5. 2. Ti. 4. b
Ro. 16. a
H
Hic inf. c
I
✠ vbi.
† p̃sens.

nire & castigare illos. Vide vt non sit ambitiosus, neque ad ostentationem quid faciat ✠ vbi scilicet vtilitas est, sed si] audaciam rem vocat: oro enim, inquit, ne audax sim fiducia qua existimer audax fuisse erga quosdam. Hoc enim potissimum est præceptoris, non statim vlcisci sed corrigere, cessare que, ac moram nectere in pœnis. ✠ Et quos? illos, inquit, quibus minatur,] qui existimant nos quasi in carne ambulare. Illi enim ipsum vituperabant vt hypocritam, vt malignum, vt arrogantem. [In carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus.] Hic iam terret sermonis strophā. Carne quidem amicti sumus, inquit, fateor: non viuimus autem in carne. Immo, neque hoc dicendum, sed iam istud in recondito habet, vitæ enim laus est. Porrò de præcatione differit, ostendens, ꝙ non sit humanum, neq; huius vitæ præsidio egeat, eo qđ non dixit, non iuxta carnem viuimus: sed, nō iuxta carnem militamus, hoc est, bellum & pugnā susceptmus: sed neq; carnalibus præliamur armis, neque pes humanum subsidium. [Nam arma nostra nō sunt carnalia.] Et qualia arma carnalia? Diuitiæ, gloria, potētia, facundia, authoritas, famulitia, adulatiōes, simulationes, & alia id genus: sed nostra nō talia sunt. Sed qualia? [Potentia Deo.] Et non dixit, Nos non carnales, sed arma nostra. Nam vt nunc dixi, de prædicatione differit, & potentiā, omnem Deo tribuit. Et non dicit, spiritualia, quanuis hoc ad distinctionem carnalium poterat: sed, potentia: per hoc & illud insinuans, ac monstrans, quòd arma illorum imbecillia & impotentia. Et considera illius humilitatem. Non enim dixit, nos potentes, sed arma nostra potentia Deo: non nos illa talia effecimus, sed Deus ipse. Quoniam enim flagellabantur, expellebātur, & innumera patiebantur dura, quæ infirmitatem testabantur, ostendens Dei robur, inquit, sed Deo potentia sunt. Hoc enim maximè ostendit illius virtutem, ꝙ per hæc vincat. Et ita licèt nos his vestiamur & vtamur, sed ipse est qui per illa militat & operatur. Deinde in longum laudes illorū recensęt, dicens, [Ad destructionem mutationum.] Et ne auditis munitionibus sensibile quid putes, dicit: [Cogitationes destruentia.] Verborum variatione euidentiam ac emphasim ostendens, & per additionem, spirituale prælium declarans. Hæ. n. munitiones animos obsidēt nō corpora, adeoq; alijs fortiores sunt, vnde & maioribus armis egent. Munitiones aūt dicit fastum Græcorum, sophismatūque & syllogismorū robur: Omnia enim re darguerūt arma illa, quæ contra ipsa steterunt: cogitationes enim destruentia fide. [Et omnē celsitudinem, quæ se extollit cō tra scientiam Dei.] Mansit in hac similitudine, vt maior fiat emphasis. Munitiones enim licèt sint excelsis turribus instructæ, & quicquid aliud, cedunt & succumbunt armis istis. [Et captiuam ducentia omnem cogitationem, in obedientiam Christi.] Licèt abludere videatur captiuitatis appellatio, est. n. propriè captiuitas libertatis ablatio. Quare igitur hoc nomine vtit in allio significato? Nam captiuitatis nomen duo signat, nempe excidere à libertate & valide capi, ita vt resurgere nequeas, Iuxta hāc secundā acceptionē igitur vsus est, Sicut quādo dicit, Alias ecclesias depredat⁹ sum: nō dicit se clam accepisse, sed spoliasse & omnia accepisse: ita & hoc loco dicens, ducentia in captiuitatem. Non n. ex æquo pugna est, sed magno cum rubore vni & duobus. Non dixit, vincimus, & superamus solùm, sed, & in seruitutem ducimus. Itaque sicut suprà non dixit, adducimus machinas munitionibus, sed, destruimus illas. Nā magna est armorum potentia. Non enim verbis pugnamus, sed operibus contra verba: non in sapientia carnali, sed in spiritu mansuetudinis & potentiæ. ✠ Quomodo igitur honorabilis futurus erat? Magnificus. s. in sermonibus & minax in epistolis.] Quemadmodum illi accusabant dicentes: Epistolæ graues, vbi. s. non in his erat nostra virtus. Dicens aūt, captiuam ducentia omnē cogitationē in obedientiā Christi: (quoniā enim captiuitatis nomen graue) statim tropum illum dimittit dicēs, in obedientiā Christi, à seruitute in libertatem, à morte in vitā, ab interitu in salutem. Nō enim vt simpliciter iaculemur, venimus, sed vt transferamus ad veritatem aduersarios. [Et in promptu habentes vindictam aduersus omnē inobediētiam, cùm impleta fuerit obedientia uestra.] Hic & hos terruit, nō illos solū. Vos enim, inquit, expectamus, ut quando laudemus & minis coercuerimus uos, & repurgauerimus, & ab illorum

† quandoquidem & ubi necessitas postulet,

† quosnam tandem istos dicit, quibus minatur?

K

L

Inf. 11.b M

† Qui igitur inquit futurū erat, ut superbi ré, magnifice quæ in sermonibus de me sentiré, atque in epistolis minax esse?

UNIVERSIDAD DE MURCIA

A illorum societate abduxerimus, tunc solis illis relictis, qui incurabiliter ægrotant, inferamus pœnam, quando synceriter viderimus uos deficere. Nam obeditis quidem
†tunc. & †tunc,] sed non perfectè. Et siquis diceret, Si iam feciſſes, maius foret opus ac lucrum? Minimè. Si enim nunc feciſſem, & uos ſupplicio immiſcuiſſem, oportebat autem illos punire, & uobis parci. At ſi peperciſſem, in gratiam putaſſent hoc factum: nunc autem non hoc uolo, ſed primū corrigam uos, & tunc ueniam ad illos. Quid hiſce uiſceribus manſuetius? Nam ut vidit ſuos alienigenis commiſtos, vult quidem plagam intentare: parcit autem & cohibet indignationem, donec illi recedāt, ut hos ſolos percutiat, immò, ut neque hos. Nam
†hocno minaē iſtis,& propter† hos etiam] dicit ſolos uelle illos aſſumere, ut & illi correpti metu redeant, & in nullum irā emittat. Etenim ſicut medicus optimus, & pater communis, & curator, & tutor, omnia agit, omnia curat, impedimenta remouet, offendentes reprimit, vbique circūcurſat. Neq; enim ſicut is qui in prælio rem perficit, ſed ſicut is qui ad pa
ratam ac promptam uenit victoriam, tro-
B phæa ſtatuit, ſuffodiens, deſtruens, deiiciēs diaboli munitiones, & miniſtrorum machinationes, & uniuerſum tandem orbem ad Chriſti exercitum ducit, & neq; parum reſpirat ab his ad illos, ab illis ad alios trāſiliens, quaſi militum dux quidā optimus, quotidie afferens trophæa, immo ſingulis horis, ſola tunica indutus, irrumpens in aciem, aduerſariorumq; ciuitates, & tela, & lanceas, & iacula, & omnia in ſuum ius cogens. Talis erat lingua Pauli: etenim loquebatur ſolùm, & uelociſſimè in bellis ca
debant ſectæ: Dæmones quidem abigebat, homines uerò qui ab illis detinebantur, ad ſe abducebat. Vnde cùm aliquando Dæ-
Act. 19. d monem malum expelleret, multæ magorum turbæ conuenientes, libros magicos exurebant, & ad ueritatem tranſibant. Et quemadmodum in bello collapſa turre, vel tyranno ſublato, omnes qui cum illo, proiectis armis, ad ducem exercitus currunt: ſic certè & tunc factum eſt. Eiecto
†alis p. ditus eſſet enim Dæmone, obſeſſi omnes, abiectis libris immo perditis, ad Pauli pedes curre-
bant. Toti etiam orbi tanquam vni aciei ſe opponens, nuſquam ſtabat, ſed quaſi†ce teris inferior,] omnia faciebat: & nūc quidem claudum rectè faciebat ambulare, & C
mortuum excitabat: nūc autem alium ex- Act. 14. b
cæcabat, de mago loquor: & neque cùm in & 20. b.
carcere clauderetur tacebat, ſed & illic cu- & 13. b.
ſtodem carceris ad ſe trahebat, honeſtam Ibi. 16. f
illam ſeruitutem imponens. Hunc ſanè & Morale.
nos imitemur pro viribus. Et quid dico, p virili? Licet enim uolentibus, ad illū propiare, & excellentes fieri, & illius imitari fortitudinem. Adhuc enim hoc facit, cogitationes deſtruens ac omnem celſitudinē contra ſcientiam Dei ſe extollentem. Quamuis autē multi hæretici conati ſunt illum dilacerare, attamen vel lacer multam præ ſe fert potentiam. Nam vſi quidem illo ſunt Marcion & Mabichæus, ſed dilacerantes: attamen & ſic redarguuntur, vel ex particulis. Etenim & ſola manus optimatis huius apud illos cum ſit, fortiter illos fugat. Er ✠quomodo ſolus] apud †pes ſolus.
alios perſequitur & deiicit? ut ſcias potentiam magnam, & quòd carne mutilatus omnes ad ſe trahere ualeat aduerſarios. Et profectò ſunt qui dicent, hoc eſſe peruerſitatis, quòd omnes qui inter ſe pugnant, illo uſi ſunt. At hæc peruerſitas non Pauli eſt, abſit, ſed eorum qui abutuntur. Non enim uarius quiſpiam fuit, ſed ſimplex ac manifeſtus: illi autem ad ſuos ſenſus uerba torſerunt. Et quare ſic ſcripſit, aiunt, ut
det † damnum? Verum uolentibus] non ip †occaſiones volentibus?
ſe dedit ſed illorum inſania, eo quòd non, ut decebat, ſe uſi ſunt: quoniam & mundus hic totus quamuis & admirabilis, & diuinæ ſapientiæ ſit argumentum, & cœli enar Pſal. 18. a
rant gloriam Dei, & dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat ſcientiam: attamen in ipſo multi collapſi ſunt, contrarii D
inter ſe. Et alii quidem ſic ſupra dignitatē admirati ſunt cœlum, vt ipſum putarint eſſe Deum: alii uerò ſic illius pulchritudinem ignorarunt, ut indignam eſſe Dei dicerēt opificio, ſed potius cuidam malę materiæ tribuerint, quamuis ab utroque errore munierit Deus, & bonum faciēdo & magnum, ne alienū a diuina ſapientia cēſeatur, & nihilominus indignum ſibique ipſi non ſufficientem, ne quis Deum eſſe ſuſpicetur: ueruntamen illi excæcati à ſuis cogitationib. in diuerſas inciderunt ſententias ſeinuicem redarguentes, & mutuum accuſantes, & pro ſapiētia diuina ſe excuſantes, etiam pro ſuis cogitationib. à quib. ſeducti ſunt.

sti sunt. Et quid dico Solem ac cęlum? Ante oculos Iudæi miracula fieri uiderũt maxima, & uitulum mox adorantur. Iterum uidebant Christum abigentem dæmones, & dæmoniacum illum uocabant. Atqui crimen hoc non erat expellẽtis Dæmonium, sed obcæcatarum mentium accusatio. Noli igitur Paulum condemnare propter sententiam eorum qui illo abutuntur. Quin potius thesaurum illius melius cognosce, & diuitias resera, & contra omnes stabis fortiter, illius munitus armis: & sic Græcos ac Iudæos obturare poteris. † Et quo pacto non credunt illi, dicit:] propter ea quæ ille fecit, & propter correctionem mundi? Non enim erat humanæ potentiæ tanta posse, sed crucifixi uirtus quæ in illo spirabat: talem illum fecit, & rhetoribus, ac philosophis tyrannisque & regibus potentiorem declarauit. Hic non solũ sufficit ad armandum & prosternendum aduersarios, sed ẽt alios facere tales. Vt igitur & nobis & aliis fiamus utiles, continuè in illo uersemur, & delicias nostro quasi in horto ac prato quę ramus in eo: sic enim poterimus & à malitia liberari, & uirtutem amplexari, promissisque potiri bonis. Quæ nobis omnia contingant gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri & sancto spiritui simul, &c.

Exo. 32 a

E Ioã. 8. f & 7. c. & 10. d

† Et quo nam pacto inqt, eos qui illi non credunt?

Homilia xxij.

F QVæ in conspectu sunt uidetis, siquis de se confidit quòd sit Christi: illud rursum cogitet apud seipsum, quòd sicut ipse Christi est, ita & nos.] Hoc est quod cũ aliis quis in Paulo maximè admiretur, q̃ cogente necessitate summa seipsum extollendi vtraque facit, & isthuc ipsum: & ne videatur multis molestus esse de seipso loquens, quod etiam in epistola ad Galatas videris. Nam cum & illic in hoc argumentũ incideret, etiam vtriusque curam habebat, id quod difficillimum erat, multæque sapientiæ opus. Nam & moderatè se gerit, deque seipso magnum quid dicit. Considera autem, quomodo & hìc rem istam magnã facit. [Ea quæ in conspectu sunt videtis.] Vide etiam hoc loco sapientiam. Nam increpatis his qui decipiebant illos, non contentus illorum increpatione, sermonem finiuit, sed ab illis etiam ad hos transilit. Cõtinuò autem hoc sic facit. Non enim iam solos decipientes, sed & deceptos præstringit: etenim si illos sine correctione reliquisset, non tam facilè ex dictis correcti essent, sed valde elati facti fuissent. Et non solùm hoc illis est admirabile, sed uicissim vtrosque increpat: Audi igitur, quid illis dicat, Ea quæ in conspectu sunt uidetis. Nõ paruum crimen, sed quod ferè semper in hominibus imponit. Quod autem dicit, hunc sensum habet: Ab his quæ videntur, † probatum est satis,] à carnalibus, à corporalibus. Quid est, ab his quæ uidentur? Si quis diues est, si quis inflatus est, si quis multis adulatoribus septus est, si quis magna de se sentit, si quis uana gloria fruitur, si quis simulat non habens virtutem: hoc enim est, Ea quæ in conspectu uidetis. Si quis confidit de seipso, quòd Christi est: illud rursum cogitet ex seipso, quòd sicut ipse Christi, ita & nos. Non enim nunc ab initio uehemens esse, sed & paulatim crescit & exurgit. Expende sanè hoc loco miram asperitatem, & magnam obscuritatem. Nam, ex seipso, prægnantioris sententiæ est: dicit enim, Ne expectet, ut à nobis discat, hoc est, per increpationem, quæ aduersus ipsum: sed ex seipso hoc cogitet, quod sicut ipse Christi, ita & nos. Non quoniam sic erat Christi, vt ille: sed quòd quemadmodum ille Christi, ita & ego Christi, secundum quod societas est. Non enim ille quidem Christi, ego autem alterius cuiusdam. Et posito, quòd hoc sit æquale, addit excellentius quiddam: [Si enim amplius gloriarer de potestate, quam dedit mihi dominus ad ædificationem, & non ad destructionem, non confundar.] Et magnum quid dicturus, uide quomodo isthuc præ mitigat. Nihil enim ita offendit auditores plerosq;, ut quòd se quis commendat. Ea propter † augens gravitatem] hanc, dicit, si enim amplius quid glorier: & non dicit, quòd * siquis] cõfidat esse Christi, cogitet, quòd multum à nobis absit. Ego enim habeo ab illo magnam illam quos volo puniendi & resecandi potestatem. Sed quid? nam licèt amplius quid etiam & ineffabile habuisset, attamen sermonem deprimit: & nõ dicit, quòd glorior: sed si glorier, * si uoluero. simul & moderate agens, & excellentiã ostẽdens. Si igitur

G † existimationem sumitis.

H † succidés molestiam.

tur glorier,] inquit, de potestate quã dedit mihi dominus. Iterum totum illi adscribit,& cõe facit donum:[Ad ędificationem,& nõ ad destructionem.] Vidisti quo iterum mitigat inuidiam quę ex laudibus & auditorem allicit, vsum propter quem potestatẽ accepit exponens. Et quo dicit, destruentes cogitationes?quia isthuc maximum ædificationis genus est, auferre ea q̃ impediunt,& quæ putria amouere, & vera ad ædificationem componere.Sanè ad hoc
I accepimus, vt ædificemus. Si autem quis certet,ac resistat,& incurabilis sit, etiam altera vtemur efficacia, destruentes illum & deijcientes.Idcirco etiã dicit,non confundat,hoc est, non monstrer mendax, neque arrogans.[Vt autem ne videar quasi terrẽs vos,quòd epistolæ quidem(inquit)graues sunt ac robustæ, at præsentia corporis infirma, & sermo contemptus. Hoc cogitet qui talis est, quòd quales sumus per epistolas absentes,tales sumus & opere præsentes.] Quod dicit, hunc sensum habet: Possem gloriari,sed ne hæc eadem dicant, quòd gloriæ studiosus scribam, & contemptibilis sim præsens, nihil magnum † dicens:] sanè & postea loquutus est, sed non de potestate hac, propter quam erat terribilis, sed de reuelationibus, & quod amplius, de afflictionibus. Vt igitur ne videar terrere vos,hoc cogitet qui talis est, quòd quales sumus per epistolam absentes, tales & præsentes facto. Nam quoniam dicebant,quòd magna de se scribat, præsens verò nullius reputationis sit, propter hoc hæc dicit, & ipsa iterum humiliter. Non enim dixit, quòd magnifica scribimus, magnifica etiam operamur coram, sed submissius. Quando enim cum illis loquitur, cum vehementia istud posuit, dicens, Rogo autem ne præsens ea fiducia audeam, qua existimer audax fuisse in quosdam.Quando autem cum his, se submittit. Vnde etiam dicit, Quales sumus
K præsentes & absentes, hoc est, humiles, submissi, minimè elati.Et manifestum est ex sequentibus. [Non enim audemus inserere, aut conserere nosipsos cum, quibusdam, qui seipsos commendant. Hic & arrogantes ostendit esse illos, & magnifica de se loquentes, & incessit illos quasi seipsos commendantes. At nos nihil tale, sed siquid etiam magnum operemur totum Deo asscribimus, & nosipsos inter nosipsos conferimus, idcirco & subdidit:
✠ [Sed isti non intelligunt,quòd ipsi inter sese ipsos metiuntur, & comparant semet sibiipsis.]Quod autem dicit,hunc sensum habet:non cum illis nosipsos conferimus, sed inter nosipsos.Hinc est, quòd dicit postea, Nulla re inferior fui sũmis apostolis. Et in priori epistola, Plus omnibus laboraui.Et iterum, Signa quidem apostoli facta sunt inter nos in omni patientia, & ita nos conferimus inter nosipsos,& non cum illis nihil valentibus. Talis enim arrogantia,dementia est. Vel igitur de seipso hoc, vel de illis, nõ andemus conferre nosipsos illis qui inter se certant & magnifica loquuntur, nihilque intelligunt.hoc est,non sentiẽtibus quàm sint ridiculi sic arrogantes,& inter sese ipsos efferentes. [Nos autẽ non in immensum gloriabimur sicut illi.]
L Etenim uerisimile erat illo arrogantes dicere,quòd orbem terrarum conuertimus, ad fines terræ peruenimus, & multa talia magnificè concionari: sed nos non sic, dicit: [Sed secundum mensuram quam partitus est nobis Deus, mensura pertingẽdi etiam vsque ad uos.] Et ita vtrinque modestia illius manifesta, & quod nihil amplius fecerit dixit, & quòd hoc Deo tribuat.Secundum enim mẽsuram,inquit, regulæ quam partitus est nobis Deus, mensura pertingendi etiam vsque ad uos:quemadmodum agricolis vineam distribuens,ita nobis segregauit.Eatenus igitur gloriamur,quatenus pertingere datum est. [Non enim non quasi pertigerimus ad uos extulimus nos, nam & usque ad uos peruenimus in euangelio Christi.] Non simpliciter affuimus,sed annũciauimus, prędicauimus, persuasimus, emendauimus. Verisimile enim & illos † simpliciter affuisse,ac apostolorum discipulis ipsis totum imputasse ex modica] peregrinatione, at non sic nos. Neque poterit quis dicere,quòd non potuerimus vsque ad uos peruenire,& sermone solo extendamus gloriationem vsq; ad uos: [Etenim & vobis sermonem prædicauimus.] Non in immensum glorianantes in alienis laboribus, spem autem habentes fidei quæ subcrescit in vobis,quòd magnificemur iuxta regulam nostram in exuberantiam, vt iis quoque regionibus quæ vltra uos sunt euangelizem, non per alienam

✠ Varia est huius loci lectio & interpretatio.

† cũ simpliciter affuissent apostolorũ discipulis, sibiipsis totum imputasse ex lõga.

Hic sua

dicã:

alienam regulam,ut de his quę parata ſunt
M gloriemur. Multam hinc illorum vituperationem oſtendit, quòd & in immenſum glorientur,& quòd in alieno,& quòd omnis labor apoſtolorum fuerit: illi uerò honeſtabantur aliorum laboribus. Nos autē? inquit,factis hęc declarauimus. Nō igitur illos imitabimur,ſed hic nobis opera teſtimonium perhibent. Hæc dicimus. Et quid dico, inquit ego? Spem enim habeo fidei veſtræ quæ ſubcreſcit. Non enim affirmat ſimpliciter ſuo more,ſed ſpero,inquit, vobis accedentibus, quòd & vlterius regula veſtra extendetur,ut euangelizem vltra veſtras regiones: profecimus enim & ultra, ita ut prædicemus & laboremus,& non ſolis ſermonibus, ubi alii laborarunt,glorietur. Bene autem regula vocat & menſurā quaſi ad poſſeſſionem orbis terrarum & ad optimam hæreditatem acceſſerit:& oſtendens totum hoc opus eſſe Dei. Proinde habentes talia opera & maiora expectantes, non glorioſi ſumus,ut illi quibus nihil eſt, neq; nobis ipſis quid imputamus,ſed Deo
A totum. Idcirco & addit, [Qui gloriatur, in domino glorietur. Et hoc, inquit, ex Deo nobis aduenit. Non enim qui ſeipſum cōmendat, probatus eſt, ſed quem dominus commendat.] Non dixit, nos ſumus: ſed quem dominus commendat. Vidiſti quomodo humiliter loquitur? Si autem procedens ſublimiora ponit ne mireris: id enim Paulinæ ſapientiæ eſt. Si enim ubique humilia dicturus fuiſſet,non illos ſic perſtrinxiſſet, neq; diſcipulos ab errore liberaſſet. Fieri enim poteſt quòd & humilia loquēs intempeſtiuè,damnum faciat,& dicens de ſeipſo mirabile quiddam tempeſtiuè,proſit, quemadmodum ſcilicet & ille fecit. Non enim paruum periculum erat diſcipulis malum quiddam de Paulo perſuaderi, non quòd Paulus gloriam ab hominibus quæreret,nam ſi hanc quæſiuiſſet, non magna illa & mirabilia, quæ ante tempus quatuordecim annorum viderat, ſiluiſſet, & vrgente neceſſitate non ſic ceſſaſſet, & tardus fuiſſet ad loquendum: manifeſtum autem,quòd neque tunc dixiſſet,niſi multum coactus fuiſſet. Igitur non humanam gloriam ſectans hæc dicebat, ſed diſcipulorum curam habebat. Quoniam enim vituperabant ipſum vt arrogantem, & ſermonibus ſuperbum, factisque nihil declarare ualentem, cogitur vltrò ad ipſas uenire reuelatione. Quanuis ualere tunc cum hæc diceret illis, operibus perſuadere: attamen uti maluit minis ſuæ potentiæ. Nā à uana gloria alienus erat ac purus, id qđ omnis etiam ſuperior,ac ſequens eius uita oſtendit. Hanc enim ob cauſam repentè conuerſus eſt,& cōuerſus confudit Iudęos, & omnem illum honorem quem ab illis expectare poterat,abiecit,quanuis inter illos eſſet caput & præcipuus: ſed in uera veritate ne cogitabat quidem de ea re,quin pro contumeliis & iniuriis bona reprehendebat,& ad multorum ſalutem reſpiciebat, in quo totum collocabat. Qui enim neq; gehennam, neq; regnum putauit aliquid eſſe,neque innumeros mundos,ſi cum deſiderio Chriſti conferantur: quomodo gloriam à multis venatus eſſet? Minimè,ſed & valde humilis erat: quando licebat, etiam ſuperiorem vitam ſuam infamabat, ſe ſcilicet blaſphemum, & perſequutorem, & contumeliarum authorem vocans: diſcipulus quoq; illius Lucas multa de illo dicit, certum quòd ab illo edoctus vitam ſuam priorē, nō minus q̄ ſequentē diuulgante.

B
1.Co.4.
c
Phili.3.
b
1.Tim.
1.c

Morale.

C

Hæc autem dico,non vt audiamus ſolū, ſed vt & diſcamus. Nam ſi ille delictorum quæ ante lauacrum,meminit, quanuis oīa euanuiſſent: quam igitur veniam habituri ſumus, ſi nos poſt lauacrum nō fuerimus memores? Quid dicis hō, offendiſti Deum & obliniſceris? en noua offenſa, ſecundæque inimicitiæ. Itaq; quorum peccatorum ſolutionē petis,eorūne quę ipſe neſcis? Vtique non.n. ſolicitus es, nec curas, vt rationem reddas: qui autem non eſt memor, is magis illudit: erit autē tempus,quando nihil proficiet noſtra correptio. Etenim neceſſe eſt,vt moriamur: (nam quia adeò inſenſati ſumus plerique & de manifeſtarijs rebus ſermonem facere oportet) & reſurgamus omnino, & iudicemur ac pecuniamur,immo * hoc]nō omnino, ſi voluerimus: † mortis enim noſtræ; reſurrectionis, atque iudicij, nos non ſumus domini, ſed dominus noſter. Ad dandam autem pœnā, an non nos ſumus domini? hoc enim eſt ex poſſibilibus,& ſi voluerimus, impoſſibile iſtud faciemus. Quemadmodum igitur Paulus ita & Petrus & ſancti oēs. † Etenim & ille qđ impoſſibile erat, vt trahēs poſſi-

† ſiquidē iſtorū mortinoſtrę, &c. † Etenī vt illi puniāt, eſt impoſſibile. † erit qđ quā pauti.

bile

bile fecit.] Quòd si & nos voluerimus, etiã nos similiter impossibile * quiddam à nobis fieri experiemur.] Nam licèt innumera deliquerimus, possibile tamen est, ut reparemur, quando adhuc hic sumus. Reparemus igitur nos ipsos. † Et quæ diligit] tecogiter, quòd paruo pòst tẽpore hinc emigraturus sit, quando satis per ætatem suam deliciis vacarit. Quanuis quales habendæ sunt delicię, in malitia versari? Verum iam ad illius gloriam hoc loquor. Recogitet cum illis, quòd possit in breui hoc tempore hoc totum abluere. Item adolescens expendat etiam ipse, quàm incerta mors, & quòd sæpe adolescentes ante senes mortui sint. Nam vt ne mortẽ nostram difficiliorem faciamus, incerta relicta est: vnde & sapiens quis admonet dicens: Ne moreris conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, nescis quid paritura sit superuentura dies: periculum enim & metus est in differendo, salus uerò certa ac secuta, si nulla sit dilatio. Virtute igitur cole. Sic enim licèt iuuenis moriare, * securè discesseris quòd si ad senectutem peruueneris,] cum multa abundantia salutem habiturus es, duplicemque festiuitatem, nempe abstinẽs à vitę malitia, & virtutem colens. Ne dicas, erit aliquando tempus, quando conuerti licebit. Verba enim hæc Deum valde exspectant. Cur nam, cùm ipse tibi infinita secula promisit, tu in præsenti vita laborare non vis, quæ parua & momentanea est: sed, sic marcidus ac dissolutus agis, quasi hac breuiorem aliam quandam inquiras? Nõne illæ quotidianæ comessationes, nonne illæ mensæ, nonne scorta illa, nonne theatra illa, nonne diuitiæ illæ id testantur? Quandiu quasi sint, illa amas? quandiu habes inexplebilem malitiæ concupiscentiã? Cogita bene, quòd quoties scortatus es, toties condemnasti teipsum peccatum enim ita se habet, vt mox atque patratum fuerit, seutentiam ferat iudex. Inebriatus es? vẽtri indulsisti? rapuisti? Siste iam gradum, verte te in diuersum, cõfitere Deo gratiam, quòd nõ in mediis peccatis te abstulit: ne quę re aliud priuilegiũ, ut malè opereris: Multi cùm iam aliis damnum fraudulenter facerent subitò perierunt, & ad manifestum iudicium abierunt. Time ne & tu hoc patiare inexcusabilis. Sed multis, inquit, dedit Deus priuilegium, ut in ultima senecta confiterentur: Quid igitur? nunquid & tibi dabit? Fortasse dabit, inquit. Quur dicis forttasse? Contingit aliquoties? Cogita quòd de anima deliberare, proinde etiam de contrario cogita, & dic: Quid autem, si non det? Quid autem si det, inquit? Det quidem ipse. Veruntamen hoc illo certius & vtilius. Nam si iam cœperis, totum lucrifeceris, siue priuilegium assequare, siue non assequare. Si autem semper cessas ob hoc sæpe non accipies. Tu autem in bellũ egressus, non dicis, Non est opus † vt me præparem,] fortassis redibo. neque de nuptiis deliberans dices, Accipiam vxorem pauperem: multi enim & sic prẽter spem ditati sunt, neque domum extruens, subiiciã fundamenta putria: multæ enim & sic constitere domus: de anima autem agens apprehendis magis putria dicens, fortassis, & sæpius euenit, & contingit aliquando, teque incertis tradis. Incertum quidẽ est, inquit, sed fido Dei misericordiæ: misericors enim est Deus. Scio, & ego, sed misericors ille Deus, & illos de quibus dixi hinc abstulit. Quid autem, si etiam multum temporis acceperis, & similiter idẽ manseris? Qui enim talis, etiam in senecta segnis erit. Nõ inquit. Nam quę est illa ratiocinatio, etiam post octoginta annos nonaginta inquirere, & post nonaginta centum? & post centũ, negligentior eris: sicque vita omnis frustra consumetur, & euenient etiam tibi ea quæ de Iudæis dicta sunt, quòd defecerint in vanitate dies eorum: & vtinam in vanitate solùm, & non in malitia. Nam quãdo hinc migrabimus graue pondus peccatorum gestantes, accedit id mali quòd fomitem affe remus igni, mensamq; largam vermi. Ideo oro & obsecro, vt sistamus aliquando strenuè gressum, & recedamus à malis, ut & promissa bona assequamur. Quę nobis oĩa concedantur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri ac sancto spiritui sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† Et qui nex qui dem.

D

Ecc. 5. b

E

F

† vt de rebus meis di sponã,

G

Homilia xxiii.

VTinam sustinuissetis me paulisper in insipientia, immò & sustinetis me. Zelotypus enim sum erga uos zelo Dei.] Laudes suas ingressurus, multa pcastigatione vsus est, nõ contentus hoc semel & iterum fecisse. Cap. 11.

†Atqui ad ipsius defensionem satis erat, argumẽti necessitas, & ea q̃ H ab ipso fuerant dicta. Nã qui peccatorũ mentionẽ faciebat, quorũ nullam fecerat Deus: & idcirco dicebat,

feciſſe. † Et quoniam magna illi erat neceſſitas pro ſe dicere, ac defendere etiam ea quæ ſæpe dixerat: Nam memor erat peccatorum, quorum Deus non erat memor, & idcirco dicens,] Indignus ſum, ut apoſtolus uocer: etiam inſenſatis manifeſtum, q̃ quæ nunc dicturus eſt, ea non propter vanam gloriam dicat. Oportebat enim miram quiddam dicere, & de ſe ipſo magna loqui: id quod gloriam maximè offendit, & accidit hoc multis. At nec hoc omittit, ſed ad ſolam reſpexit auditorum ſalutem; ita autem, ut per hoc inſipientiores non læderentur, dum magna de ſe loquitur. Multùm enim vſus eſt illis præcaſtigationibus, dicitq̃: [Vtinam ſuſtinuiſſetis me pauliſper * ineptientem,] immo & ſuſtinueris.] Vidiſti ſapientiam? dicendo enim, vtinam, illos facit dominos: & quod affirmat, fiduciam illius erga ipſos declarat, oſtenditque quòd amet ac ametur, immo non à parua dilectione ſimpliciter, ſed à feruido quodã amore, & inſaniente dicit debere ipſos ſuſtinere etiam ineptientem. Vnde & ſubdit, [Zelotypus enim ſum erga vos Dei zelo.] Non dixit, diligo enim uos, ſed quod his multò vehementius erat ponit: zelotipæ. n. ſunt animæ, quæ immodico, dilectorum amore flagrant, & non aliunde naſcitur zelotypia, quàm ex uehemẽti dilectione. Ad hæc ne putent, quòd uel dominationis, vel honoris, uel diuitiarum, vel aliquotũ iſtorum gratia amicitiam illorũ cupiat, adiecit dicens, zelo Dei. Eteuim Deus dicitur

I zelare, non ut affectionem quandam in ipſo ſuſpicetur qniſpiam, Deus enim paſſionibus non eſt obnoxius, ſed vt diſcant omnes, quòd propter nihil aliud quàm ,ppter eos quos tã afflictim amat, omnia faciat: non ut ipſe aliquid lucrifaciat, ſed ut illi ſeruentur. Etenim in hominibus non eſt zelus talis, ſed ob propriam quietem: non ut decedat amicorum contumeliis, ſed ne ipſi qui diligunt contriſtentur, & minus clari ſint, minusq̃; inueniant apud eos qui diliguntur. Hìc non ſic. Non enim hoc mihi curæ eſt (inquit) ne minus apud uos habeam, ſed ne vos peſſundare uideam. Talis enim eſt Dei zelus, talis & meus ẽ, magnus ſcilicet & purus. Deinde additur & neceſſaria cauſa: [Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam.] Itaque non mihi ipſi, ſed illi cui vos deſpondi zelotypus ſum. Præſens enim tempus deſponſationis eſt. Thalamorum verò aliud, nempe quando dicent, Surrexit ſponſus. O nouas res. In mũdo uirgines manent ante nuptias, poſt nuptias non item. Hìc autem non ſic. Nam licèt non ſint virgines ante nuptias illas, poſt nuptias tamen virgines fiunt. Sic omnis eccleſia virgo eſt. Hæc enim omnibus loquens dicit & coniugatis, & non coniugatis. Cæterum uideamus, quid ferens, nos deſponſarit, quales dotes, non aurum, non argentum, ſed regnum cœlorum. Idcirco & dicebat, Pro Chriſto legatione fungimur & exhortatur quando ſponſam ſumpturi ſint. Huius typus erant ea q̃ de Abrahã leguntur: enim ille quoq; ſeruum fidelem miſit deſponſaturum filiam Gẽtilem. Et hoc loco miſit Deus miniſtros ſuos deſpõſaturos filio eccleſiam, & olim prophetas hæc dicentes: Audi filia & uide, & obliuiſcere populi tui, & domus patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum. Vidiſti et prophetam, qui deſponſabat: Audiſti apoſtolum quoque magna fiducia hoc uerbũ loquentem ac dicentem. Deſponſaui vos vni viro, virginem caſtam vt exhiberetis Chriſto? Vidiſti iterum ſapientiam? nam poſtquàm dixit, Vtinam ſuſtinuiſſetis me, non dixit, Doctor enim veſter ſum, & non propter meipſum dico: ſed dignitatem quam illis potiſſimum afferebat, ponit, ſtatuens ſe in loco pronubi, illos verò in ordine ſponſę, ſubdẽsq̃; dicit: [Metuo autem, ne quo pacto ſerpẽs Euam decepit per verſutiam ſuam, ita corrumpantur ſenſus ueſtri à ſimplicitate, quę eſt in Chriſtum.] Nã quanuis ueſter ſit interitus, triſtitia tamen communis eſt. Conſidera ſapientiam quoque. Non enim iſthuc apparet, quãuis fuerint corrupti. Et hoc manifeſtans dicebat, Quando impleatur veſtra obedientia, lugeamq̃; multos ex his qui antea peccauerunt. attamen non permittit illos abſq; pudor: idcirco & inquit, ne fortè. Nam neque condemnat, neque ſilet: neutrum enim ſecurum, ſiue manifeſtè dicas, ſiue perpetuò celes: propterea medium ponit dicens, ne fortè. Sic enim dicere, non eſt omnino condemnare, neque omnino abſoluere, ſed intra medium horum duorum conſiſtere: una de ſic quidem mitigabat: mentione uerò hiſtoriæ metum indicibilem illis immiſit, & omni illos uenia deſtitit. nam cùm & mali-

Matth. 25. a

Supr. 5. d K

Ge. 24. a

Pſa. 44. c

Gen. 3. c

Inf. 12. g L

UNIVERSIDAD DE MURCIA

& illa malignus serpens † isq; insensatus fuerit, mulierē licèt talis esset, malis inuoluerit,] videte igitur ne hæc patiamini. Venim & ille maioribus promissis decepit, quemad modum & superbi ac elati illi ipsos decipiebant; quod non solùm hinc, sed etiam aliunde coniectare licet, nempe ex his quę post hæc dicit: [Nam si is qui venit, alium Iesum prædicat, quem non prędicauimus, vel spiritum alium accipitis * quem non acceepistis] vel aliud euangelium quod non accepistis, rectè sustinuissetis.] Et nō dixit. Ne fortè sicut Adam deceptus est: sed ostendit mulieres esse eos, qui hæc patiuntur: mulierum enim est decipi. Nec dixit, sic & vos decipiamini: sed permanens in metaphora, inquit, Corrumpantur sensus vestri à simplicitate ea quæ est in Christum: † ob securitatem,] non ob malitiam dico, neq; ob malignum, neque quie vos non creditis, sed ob † securitatem, propter quam qui decipiuntur, venia digni non sunt:] id quod declarauit Eua. Quod si hoc venia indignum, multò magis siquis propter vanam gloriam hæc patiatur. Nam si quidem is qui venit alium Iesum prædicat, quem nos non prædicauimus, ostendens hinc non Corinthios esse, sed aliunde eos qui decipiunt prius corruptus, ideo dicit: Qui venit. Si spiritum alium accipitis, si euangelium aliud quod non accepistis, rectè sustinuissetis. Quid dicis? Qui dixisti Galatis, Siquis euangelizauerit vobis præter id quod accepistis, anathema sit: nunc dicis, Rectè sustinuissetis? Quin & propter hoc non oportebat sustinere, sed resilire. Nam si eadem dicerent, oportebat sustinere: quomodo igitur dicis, si eadem dicunt, non sustinendos? Num si alia dicerent sustinendi essent? Non. Attendamus ergo, magnum enim periculum & profundum præcipitium, si obiter hoc præterierimus: † quòd si dicatur,] omnibus hæresibus aditum patefaciet. † Quid igitur est? Nomen verborum illorum] sic iactabant illi, quasi imperfectè apostoli docuerint, & illi aliquid amplius afferētes dixerint. Verisimile enim est illos multùm nugantes, intolerabilem stultitiam suis dogmatis admiscuisse. Ea propter & serpentis ac Euæ meminit expectatione maximarum rerum deceptæ. Hoc enim in priore epistola insinuans dicebat, Iam diuites facti estis, absque nobis regnastis. 1.Co.4.a
Iterum, Nos stulti propter Christum, vos b
autem prudentes in Christo. Quoniam igi Ibidē. c
tur verisimile est illos multùm nugatos, externa sapientia vsos: hoc inquit, quòd si quidem amplius quid dicerent illi, & aliū prædicarent Christum, quem non oportebat prædicari, nos autem omisissemus, rectè sustinuissetis: propter hoc addidit, quē non prædicauimus. Si autem hæc capita fidei sunt, quid amplius poterant? quicquid enim dixerint, non amplius dicent his quę à nobis dicta sunt. Et vide quomodo istud ponit diligenter: non dixit, Siquidē is qui venit, maius quid dicit. Dicebant enim maius quid, cum maiore potestate concionantes, amplioreḿque verborum ornatu: propterea hoc non dixit: sed quid? Qui venit, alium Iesum prædicat, id quod non opus habebat multa verborum suppelectile. Vel spiritum alium accipitis, neque hic opus verbis, id est, ditiores vos facit, † si] † secundum domini gratiam, vel euangelium aliud B
accipitis, quod non accepistis. Etiam hoc non egebat verbis, rectè sustinuissetis. Tu autem obserua, quomodo vbique discretione vsus sit, quæ declaret, quòd nihil amplius, neque maius ab illis introductū sit. Nam cùm dixisset, Nam siquidem is qui venit, alium Iesum prædicat: adiecit, quem non prædicauimus: & spiritum alium accipitis, addidit, quem non accepistis: vel euangelium aliud, * adiecit,] quod non suscepistis: per omnia demonstrans, quòd non statim attendere oporteat, si amplius quid dixerint: sed semper, quid amplius dixerint, quod dici oportebat, & à nobis prætermissum est: quod si non opus erat, & propterea neque à nobis dictum est, & eadem dicunt, quid ergo illos sic obstupescitis? Et si dicatur, Si eadem dicunt, quare illos prohibes? quia hypocrisi vtentes, alia introducunt dogmata: verùm hoc quidem iam non ponit, postea autem quando inquit, persona assumpta apostolorum Christi, iam verò per minus molesta ab authoritate illorum discipulos abducit, & non illis inuidens, sed hos maniens. Quia & aliàs Apollo non prohibet, tametsi vir eloquens esset, & in scripturis potens, sed & obsecrat & promittit missurum illum: quia cum eruditione il C
le etiam dogmatū retinebat rectitudinē, hi

verò

UNIVERSIDAD DE MURCIA

verò contrario modo se habebãt. Idcirco illos impugnet,& discipulis ab illis pendẽtibus improperat,dicens: ꝙ siquidem nos omisissemus aliquid qđ oportebat annunciari implesset aũt illi, nõ prohiberemus attendere: si autem omnia à nobis absoluta sunt, & omissum est nihil, quomodo vos rapuerunt illi:proinde & addit dicens: [Arbitror enim me nihil inferiore fuisse eximijs apostolis .] Non iam cum illis , sed cum Petro , & cæteris se comparat, ✠ & ita magnum quid inter me & illos distat.] Et vide quomodo etiam hoc loco modestè loquitur . Non enim dixit, nihil me amplius locuti sunt apostoli . Sed quomodo? Arbitror sic puto , ꝙ nihil minor sum eximiis apostolis.Quoniam enim & hoc videbatur illum humiliorem facere, quia illi priores maius nomen habebant,& magis de illis sciebatur, erantque hi seipsos commendaturi , & idcirco cum illis se confert,habitu sibi congruẽte. Ideo & cum laudibus illorum meminit apostolorum non simpliciter dicens,sed eximiis illis Petro,Iacobo,& Ioanne scilicet: [Cæterùm licet imperitus sim sermone, non tamen scientia.]Nam quoniam illo multum D gloriabantur hi qui Corinthios corrumpebant,quòd non essent imperiti,etiam hoc ponit , monstrans ꝙ non inde confundatur, sed magis honestetur. Et non dixit,si autem & imperitus sermone , sunt etiam illi tales.Hoc enim visum fuisset esse & illos accusantis,& hos exaltantis:verùm istã impugnat externam sapientiam.Et in prio ri quidem epistola multùm certat de hoc, dicens quòd non solùm nihil conducat ad hanc prædicationem, sed etiam adumbret gloriam crucis. Veni enim, inquit,non secundum excellentiam sermonis,vel sapiẽtiæ ad vos, vt ne vacuetur crux Christi , & alia multa id genus,eò quòd scientia imperiti essent,† & in summa laborarent imperitia.]igitur in magnis quidem rebus se magnis apostolis cõfert:quando autem ostendendum imperfectius quiddam,non idem facit, sed re ipsa colligit:ac ostendit abundantiam esse hoc quod factum : & quando nulla necessitas vrget , etiam minimum se esse apostolorum , ✠ & nulla prædicatione]dignũ dicit . Hic verò iterum,qñ tempus postulabat, dicit se non minorem eximijs apostolis. Ita enim decebat, vt maximè prodesset discipulis . Vnde etiam subdit, dicens. [Verùm vbique manifesti sumus in omnibus erga uos.]Enimuerò hoc E loco iterũ accusat pseudoapostolos , quasi malignè obambulantes.Hæc autem & antea de seipso dicebat, ꝙ non iuxta personam viueret,neque fraudulentus,& adulterans sermonem prædicaret. Illi aũt ✠ alij quidem erant, alij etiam apparebant :]sed non ipse. Idcirco & vbique superbit in eo, quòd nihil ad hominum gloriam faciat, neq; occultet res suas: id quod & antea dicebat, manifestatione veritatis commendantes nosipsos ad omnium cõscientiam hominum.Nunc autem dicit,In omnibus manifestati sumus erga vos.Quid autẽ hoc est?Imperiti sumus , & non celamus:accipimus à quibusdam , & non silemus.Devobis itaque accipimus,& non simulamus non accipere,sicut illi accipiẽtes, sed omnia facimus manifesta vobis . Sunt verba bene confidentis illis,& cum veritate omnia annunciantis.Idcirco & testes illos vocat,& nũc vbi dixit,In omnibus erga vos: & antea , Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legitis.Deinde vbi pro se rationem reddidit,grauiter quod reliquũ erat, apponit dicens:[Num peccatum feci me- F ipsum humilians,vt eos exaltemini?] Et interpretãs istud dicit:[Alias ecclesias depredatus sum,accepto ab illis stipendio ad vestrum ministerium.]Quod autem dicit, hunc sensum alium habet:In angusta versabar,hoc enim est , humilians meipsum. Hoc igitur est, quod potestis mihi improperare, & propter hoc mihi onerosi estis, quia humiliaui meipsum mendicans angustijs obrutus,esuriens,vt uos exaltemini.Et quomodo exaltantur hi , hoc in tanta angustia existẽte? Immo ædificabantur,& nõ offendebantur,quo & maxime accusabantur, & infirmitatis redarguebantur: neque enim illi aliter induci poterant , nisi ipso prius humiliato.Improperatur,inquit,mihi,quòd humilis fuerim,sed propterea vos exaltati estis . Quoniam enim & superius dicebat, ꝙ accusabant illum,quòd prẽsens quidẽ humilis est, abs[illegible]audax : excusans perstringit illos,iterum hic dicens: quòd hoc propter vos feci , alias ecclesias depredatus sum.Hoc loco iterum,cũ confusione, sed priora[non permittit] duriora apparere. dixerat enim , Vtinam sustineretis

1.Co.1.c & 2. a

✠ quæ quidem summa est imperitia. 1.Cor. 15. b

✠ neque se Apostoli appellatio ne.

✠ Itaq; si me scientia superãt, superãt & illos.

Ibi.1.c

+ alij q. dẽ erãt, alij verò apparebant. Supr. 4. a

Sup.10. c

✠ hoc permittit ista. Hic sup.a

†alia. neretis me pauliſper in inſipientia. Et antè † illa] ſua bene geſta, in hoc primo gloriatur. Hoc enim maximè quærunt ſeculares, & in hoc etiam illi aduerſarii ſuperbiebant: ea propter non priùs ſermonem de periculis aggreditur, vel de ſignis, ſed de opum contemptu, quoniam per hoc ſuperbiebant: inſinuat ſimul & illos eſſe diuites. Hoc autem admirabile eſt in illo, quòd poterat dicere, quòd ex laboribus manum paſcatur, & non dixit, ſed quòd maximè illos admonebat, & neque illius laus erat. Dicit ab aliis accepi: & non dixit, accepi, ſed deprædatus ſum, hoc eſt, illos nudaui, & pauperes feci. Et quòd maius, non ad abundantiam, ſed in uſum neceſſarium: quando enim dicit, accepto ab illis ſtipendio, intelligit neceſſarium alimentum: & quòd grauius eſt, in veſtrum miniſterium: vobis prædicamus, & à vobis debebam alij, ab alijs autem accepi. Duplex crimen, immo triplex, quia & apud illos erat, & illis miniſtrabat, & neceſſarium quærebat alimentum, alios habebat ſuppeditantes. † Non ſolum enim aliorum multorum erat excellentia, quorum illi ſegnitie, alii ſtudio præcellebant: nam illi quidem abſenti mittebant, hi verò præſentem] non alebant. Porrò quoniam acriter illos reprehenderat, ſenſim iterum vehementiam reprehenſionis retrahit, dicens: [Et cùm præſens eſſem apud uos atque egerem, nullum grauabam.] Nõ enim dixit, Non dediſtis mihi: ſed ego nõ accepi. Parcit enim iam illis, attamen in contextu ſermonis clam iterum perſtringit. Præſentem eſſe & egere, emphaticum eſt, & prægnantem habet ſignificationem. Vt enim non dicant, quid ſi habuiſſes, ſubdidit, & egens non grauaui uos. Hic iterũ modeſtè illos pungit, † quòd eo periculo obnoxii fuerint, vt ſic grauarentur.] Præterea cauſa accuſationẽ referta, eſt ac zelotypia. Ideo & poſuit illam ſimpliciter, ſed do cens vnde & à quibus educatus ſit. Et iterũ ipſos ſine ſuſpicione extimulat ad eleemoſynæ opus. [Nam qꝫ mihi deerat, ſuppleuerunt fratres qui venerant à Macedonia.] Vidiſti quõ exacerbat iterũ poſitis in medium fratribus qui miniſtrarent. Primũ. n. deſiderare eos facit, ut cognoſcant qui nã illi ſint, de quibus loqueretur cũ diceret: Alias eccleſias deprædatus ſum: & deinde

†Et mul ta iſtorũ ad illos erat excellẽtia. Nã illi in ſe gnitie, hi in ſtudio: & hi qui deabſen ti mitte bãt, illi verò præ ſentem.

G

nominib⁹ eos exprimit quo ſanè & ad elee moſynam illos prouocat. Nam iis qui negligebant alere Apoſtolum perſuadet, ne in pauperum ſubſidio minores videantur. Hoc autem & ipſis Macedonibus ſcribens dicit, In vſus meos miſiſtis mihi ſemel ac iterum: & in principio euangelii: quòd ſanè maximè illorum præconiũ erat, quòd ſtatim ab initio euangelii ſic floruerunt. Cæterùm uide ubique poſuiſſe, quòd vſui ſibi fuerint, & nuſquam in abundantiam. Etenim dicendo, Præſens & egens: oſtendit quòd apud Corinthios indigebat paſci: dicendo verò, ea quæ mihi deerant ſuppleuerunt, oſtendit quòd non petiuerit, neque cauſam poſuerit, quæ non eſſet. Quænam hæc? quòd ab aliis acceperit: nam, quæ mihi deerant (inquit) ſuppleuerunt qui uenerunt. Propter hoc (inquit) non grauati ſunt, non quòd non auſim. Etenim propter hoc iſtud ponit, & oſtendit per ſequentia, ſed non dicit ipſum manifeſtè, verùm adumbrat, conſcientiæ auditorum relinquens, & occultè per ſequentia oſtẽdit dicens: [Et in omnibus ne cui grauis eſſem me ſeruaui, & ſeruabo.] Ne. n. (inquit) putetis me dicere vt accipiã: nam quòd dicit ſeruabo, grauius dicit. Et niſi quam de illis fiduciã haberet, ſed ſemel abnegat ſe quippiam acceptorum. Oſtendit autem quòd & hoc graue putarit eſſe futurum, vnde dicebat, ſeruaui me & ſeruabo me, ne cui ſim grauis. Hoc in priore epiſtola dicit, non ſcripſi, vt ſic fiat in me. Bonum enim mihi eſt mori, quàm vt quis gloriationem meã euacuet. Et hoc loco iterum, ne vobis ſim grauis, me ſeruaui & ſeruabo. Et deinde ne videatur hæc dicere, vt magis illos cõciliet, inquit, [Eſt veritas Chriſti in me.] Ne putetis qꝫ idcirco dixi, vt accipiam, Vt magis attrahã. [Eſt. n.] inquit, [veritas in me, qꝫ gloriatio iſta non interrumpetur in regionibus Achaiæ.] Vt. n. ne quis illum putet ſuper hac re iterum dolere, vel iratum hæc dicere, factũ ipſum gloriationem vocat. Et in priore quoque epiſtola ſimiliter iſtud facit, atque adeò neque illic perſtringi illos dicit. Quæ igitur (inquit) mihi eſt merces? vt euangelizans ſine ſumptu ponam euangelium Chriſti. Et quemadmodum illic mercedem, ita hic gloriationẽ vocat, vt ne valde confundantur dictis, quaſi petenti non exhibentes. Quid enim?

Phili. 4. c I

1. Co. 1. 9. c K

Ibidẽ.

& uos datis (inquit) sed ego non accipio. & non interrumpitur à metaphora fluminum vel fontis, quasi vbique fluentis, quia non accipit, non obturabitis, dono libertatem meam. Non tamen dixit, non obturabitis, id quod austerius erat: sed non interrumpetur in regionibus Achaiæ. Hoc iterum erat dictum dans plagam, sufficiebatque ad humiliandum illos ac contristandum: siquidem solos illos deprecatos esset.

L Si enim gloriatus esset, vbique oportebat gloriari: si autem in vno solo, propter infirmitatem fortasse nostram: vt igitur ne hæc cogitates cõtristentur, vide quomodo istuc corrigat. [Quare? num quia non diligo vos. Deus nouit.] Statim & mox corrigit, sed ne que sic alienauit, illos à criminibus. Neque enim dixit, nõ estis infirmi, neque, nõ estis fortes, sed diligo vos: quod maximè illorũ crimen auxit. Quòd enim impensè diligat illos, declarabat non accipiendo ab illis quoniam valde perstringebantur: & ita diuersa ab amore faciebat, & accipiebat, & nõ accipiebat. Diuersitas autem hæc erat iuxta dantium habitum: & non dixit quidem, Propter hoc non accipio, quia valde vos diligo: alioqui infirmitatem illorum accusasset, & perplexos fecisset: sed vertit in aliã causam sermonem. Qualem ne: [Vt amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos.] Quoniam hoc curabant, vt ansam quandam apprehenderent, & hanc tollere oportebat: hoc enim est, in quo solo gloriantur, igitur vt nihil amplius habeant † quòd corrigere oporteat.] in aliis enim inferiores fuerũt. Nihil enim sic ædificat seculares, vt non accipere. Vnde malignus ille diabolus, hanc potissimùm escã parat, uolens illos aliò tractos lædere. Videtur autem mihi, etiam hoc ad hypocrisin pertinere, eò quòd neq; dixit, in quo bene egerunt: sed quid? in quo gloriantur. quòd certè taxantis est arrogantiam. Gloriantur enim esse, quod non sunt, cùm uirum spectabilem uirtute, non solum non de his quę non habet, sed neque de his quę habet gloriari oporteat: sicut beatus ille Apostolus faciebat, & sicut Abraham Patriarcha, dicẽs: Ergo autem sum terra ac cinis. Quoniam.n. non habebat peccata, quæ diceret, sed undique bonis operibus fulgebat, circuncursans, & nihil contra se inueniens, ad naturam ipsa n confugit. Et quoniam terræ uidetur quodãmodo honestũ etiã nomen, cineris addidit. Proinde alius quispiã dicebat, Quid supbit terra & cinis?

† & hoc corrige re oportebat.

M

Ge. 18. d

Morale.

Ne igitur dicas mihi, florem oculorum, neque erectã ceruicem, neque chlamydẽ & equum, & ministros: sed ubi moritur, hæc omnia cogita & attẽde. Si autem ea quæ uidentur dixeris, dicam & ego ea quæ in scripturis inuenio, multò his clariora: nã quẽadmodum, propter aspectum non admiramur substantiam illorum, uidentes quòd totum limus sit: ita certè neque hæc, quæ etiam ipsa limus: immò etiam priùs quàm dissoluatur, & fiat puluis, ostendè mihi erectũ illũ febre laborantẽ, animãq; agentem tunc que tibi dicam & loquar: Quid factus magnus ille cultus? Quò peruenit frequẽs illa adulatio, & pompa ministrorum, abundantia pecuniarum & opum? Quis uentus ingressus diffauit omnia? Quin & infe retro iacens fert diuitiarũ & superbiæ sym bola, uestitu splendido adiacente, pauperibus & diuitibus præcedentibus, uulgo celebrante. Maxmè quidem & hæc ridicula, & facilè reprehendũtur, sicut flos ubi diffluit nam qñ uiam transeo portarum ciuitatis, & ubi illi corpus tradiderũt uermibus, iterũ dicam tibi: Quò uadit multitudo illa? quid facta est uociferatio & cõmotio? ubi faces? ubi chori mulierum? Nonnè hæc oĩa somnium sunt? Quid autem factum ex acclamationibus? ubi multa illa ora quæ clamabant & iubebant fidere, quia † nullus immortalis?] Non hæc nunc oportebat dicere non audienti, sed quando rapiebat, qñ defraudabat: tunc paruum mutatis uerbis dicere oportebat, Non est fidendũ in illis, nullus immortalis, cohibe insaniam, extinque concupiscentiã. † Ei uerò qui lædituꝛ, dicatur, Fidendum est: illi uerò qui talia nunc curat, parcendum erat, nec illudendum: nõ enim propter hoc illũ iam oportet fiduciã habere, sed timere potiùs ac tremere: quamuis & illi, qui iam stadiũ egressus sine utilitate dicatur, etsi diuites hoc morbo detenti, & laborantes audiant:] nam quoniam antea præ ebrietate diuitiarũ nihil tale cogitant, sed in tempore illo, quando ab aspectu morientis, quòd dicitur, credibile fit, prudentiores fiant, erudiantur intelligentes, quòd paulo post & ipsi

Ecc. 10. b

A

† nulla mors.

B

† Cæterũ quis illi, qui iam stadium egressus sit, sine utilitate hæc dicãt: di uites tñ eodem morbo

detenti, & ad sepulchrũ sequentes, audiant.

ipsi ad terribilia illa rudicia ducentur, & dare cogentur rationem eorum, quæ rapuerunt, & fraudibus conquisiuerunt. Et quid hæc ad pauperes (dicis) pertinent? Maximè: multis enim & hoc gratum & iucundum, videre eum qui læsu puniri: sed uobis non est iucundum, sed si nihil mali patiatur laudo enim uos & approbo alienis calamitatibus non gaudentes, sed propriã vtilitatem sectantes. Agè igitur & hanc vobis promittamus: nam si ab hominibus malè patiamur, ✠ & non paruo debito destituimur ferentes vtiliter quæ fiunt, nunquid læ dimur?] Deus enim in mercedem imputat non quòd iustè nobis debeat, sed quòd mi sericors est, † & pius] non iuuit cum qui affligebatur. Vnde hoc manifestũ? inquit. Male vexabantur olim à Babiloniis Iudæi, nec prohibebat dominus, & abducebantur pueri ac mulieres, & sequuta est captiuitas ista. Iuxta rationem peccatorum facta est illis consolatio. Idcirco Esaiæ dicit: Cõsolamini, consolamini populum meum sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem, quia accepit de manu dñi duplicia peccata sua. Et iterum: Da nobis pacem. Omnia enim persoluisti nobis, Et Dauid inquit, Vide inimicos meos, quia multiplicati sunt, & dimitte omnia peccata mea. Et qñ Semei maledicentem ferebat, dicit: Dimitte illum, vt videat dominus humilitatem meam, & rettribuat mihi pro die illo. Quãdo enim non vlciscitur qui læditur, tunc potissimum vtilitatem accipimus: nam si cum gratiarum actione tulerimus, pro satisfactione peccatorum imputatur: & ita cùm videris diuitem, qui pauperem rapina opprimit, relicto eo qui opprimitur, deplora opprimentẽ: nam ille quidem sordes deponit, hic verò se coinquinat. Sic & Elisæi discipulus patiebatur in Naaman: nam licèt non rapuerit, est tamen & fraude conquirere & iniustitia. Quid igitur factũ est? Accepit cũ iniustitia & lepram: & ille quidem iniustè læsus, vtilitatem habuit: qui verò iniustitia affecit, maximum damnum tulit. Hoc & nunc in anima fit. Tantũq; hoc est, vt ipsum solum, sæpenumero Deũ miseri cordẽ reddiderit, licèt adiutorio indignus esset qui patiebatur, quando grauissima luebat, Deum, vt sibi miseretur, concilians, & hinc solũ excitãs vt adiuuet. Propterea Deus ẽt olim Barbaris dicebat:

†nõ parum de bitis parcẽ succidimus, ferentes vtiliter quæ accidunt.

C non igitur lædimur, † etiãsi prius. Esa. 40.a Ibi. 26. c

Ps. 41.d 2. Reg. 16.b

4. Reg. 5.f

D

Ego quidem tradidi illos parum, ipsi autẽ conspiraruntin mala? incurabilia patientur. Nihil.n.omnino est, quòd Deum sic exarcebat, atq; rapere, & violentia opprimere, & fraudare. Cur nam? quia valde facilè ab hoc malo quis liberari posset: non est enim naturalis concupiscentia infestans, sed à negligentia euenit. Quomodò igitur Paulus radicem malorum vocat Auaritiam? Etiam ego sic dico. Sed apud nos radix illa præter naturam rei: & si vultis, comparationem faciamus, vera concupiscentia diuitiarum ne uel corporũ violentior sit, † hoc est grauior.] Videamus igitur, quem magnum vicit concupiscentia pecuniarum? nullum, sed miserabiles valde ac abiectos. Giezi, Achab, Iudam, sacerdotes Iudæos: concupiscentia verò corporum, magnum propheram vicit, Dauidem. Et hæc dico, non veniam dans his qui hac concupiscentia aliqueantur, sed magis hoc ago, vt resipiscant. Quando enim ostendero magnum malum, tunc maximè illos venia omni priuatos ostendo: nam ignorans bestiam, posses ad illam confugere, nunc autem sciens & incidans in illam, non habes excusationem. Post hunc illius filium, grauiùs abripuit, quamuis illo sapientior fuerit nemo, omnesque alias exercuerit uirtutes, attamen ab hoc malo sic captus est, vt & lethalem acceperit plagam. Et pater quidem surrexit, & iterum præliatus est, ac coronatus: hic autem nihil tale declarauit. Propter hoc & Paulus dicebat: Melius est nubere quàm vri. Et Qui potest capere, capiat. De diuitijs autẽ non sic: sed, qui reliquerit facultates suas, centupla recipiet. Qũo igitur dices, de diuitibus dicit, quòd difficilè assequentur regnum? Iterum illorum insulsam stupiditatem insinuans, non diuitiarum violentiam, sed illorum miseram seruitutem. Quod & ex his quæ Paulus consuluit manifestum: Abducit enim ab illa concupiscentia dicẽs. Qui aũt volũt diuites fieri, in tentationẽ incidunt: in hac non item, sed ad tempus solùm dissoluit, & iterum concorditer ad idipsum redire consulit. Timuit enim fluctus concupiscentiæ, ne fortè naufragium grauè fiat. Hæc affectio & ita pertinacior est. Non enim iræ locus est, uni nemo est qui exasperat: concupiscẽtia autem oritur, etiamsi non sit aspectus,

1. Tim. 6. b

† quod .n. magnos viros deiẽ cisse inueniet, hoc sanè est grauius. 2. Reg. 11. a

E

1. Co. 7. b

Mat. 19. b

Ibidẽ. d

Ibi. c, & Mar. 10 b

1. Tim. 6. b

F

Mat. 5.e qui ad hoc moueat. Ideo hanc quidem,
1. Cor. non execuit totam, sed adiecit, qui irascitur
7.a sine causa: neque illam concupiscentiã sustulit, sed iniustam, nam proprer concupiscentias (inquit) vnusquisque suam vxorẽ habeat: thesaurizare autem neque temerè, neque sine causa concessit. Nam hę passiones, sunt nobis vtilitatis gratia inplantatę nam concupiscentia propter procreandã prolem, ira uerò, vt læsos adiuuemus: opũ verò amor minimè. Vnde nõ est naturalis affectio, vnde quando ab illa caperis, tantò fœdiora pateris. Propter hoc sanè & secun
Ibi.6.b das nuptias permittit Paulus. In diuitiis verò magnam requirit diligentiam, dicens: Quare non potiùs damnum accipitis? cur non potiùs iniuriam fertis? Et de uirgi-
Ibi.7.c nitate disserens, dicit, Præceptum non habeo, & ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam. Quando verò
1. Tim. de diuitiis loquitur, Habentes (inquit) re-
5.b gumenta & cibos, his contenti simus. Quo modo igitur, dices, hoc malo tam multi irretiuntur? Quia non sic se in aciem
G contrà illud parant, sicut contra libidinem ac scortationem: quòd si quidem similiter videretur esse malum, non facilè capti essent: sic & miseræ illæ virgi-
Mat. 25 nes à thalamo electæ sunt, quoniam ma-
a iore obluctatore prostrato, ab infirmiore & nihili, deiectæ sunt. Ad hæc etiam dici potest, quòd si concupiscentiam refrenans, à diuitiis vincitur, neque concupiscentiis, sæpe imperat, sed à natura sortitus est, q̃ inde non ualde impugnatur. nõ enim omnes similiter propensi sunt. Hęc igitur sciẽtes, & virginum exemplum nobiscum cõtinuò versantes, fugiamus malam hanc bestiam. Si enim virginitas nihil profuit, sed perierunt post infinitos labores ac sudores, illæ propter auaritiam, quis nos liberabit, si in illam inciderimus passionem? Idcirco oro vt omnia faciamus, ne aut capiamur, aut capti detineamur, sed rumpamus grauia illa vincula. Ita enim poterimus apud cœlestem iudicem stare, & infinita bona assequi: quæ nobis concedantur, gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi, & cætera.

Homilia xxiiij. H

QVi autẽ tales, Pseudoapostoli, operarij dolosi, assũpta psona apostolorũ Chri. Quid dicis? Christum prædicãtes, pecunias non accipientes, uel euangelium aliud nõ introducẽtes, pseudoapostoli nũc sunt? Etiam, has ob causas potissimum, quia hęc omnia simulant, vt decipiãt. Operarii dolosi: nam operantur quidem, sed reuellunt ea quę sunt plantata: nam quoniã sciunt, se aliter nõ posse esse acceptos, persona veritatis sumpta errotis actum simulantes peragunt. Sed (aiũt) pecunias non accipiunt? vt maiora accipiant, vt animas prędant: immo & hoc mendacium est, & accipiebant, sed clam. Et hoc ostendit in proximis nam iam etiã insinuarat istue dices: In eo de quo gloriantur, inuenti sunt sicut & nos. Sed postea ipsum manifestius insinuauit, dicẽs: Siquis vos deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, illum sustinuistis. Nunc autem aliunde illos accusat, dicens: Persona assumpta, persona illis sola adiacet ouilla pellis. Nec mirum: nam si ipse satanas transfiguratur in angelum lucis, quid magnum igitur est, si & ministri illius persona inse transfetunt, quasi sint ministri iustitiæ. Atq; adeò si oportet mirari, hoc oportet mirari, illud autem non item: nã quando magister illorum audet omnia, haud mirum est, si & discipuli sequantur. Quid aũt est, angelus lucis? dicit cum qui habet fiduciam loquendi, & Deo assistit. Sunt enim angeli tenebrarum, Diaboli tenebrosi, ac feroces. Et multos Diabolus sic decipit, persona in se accepta, & non factus angelus lucis: sic & illi personam apostolorum circunferunt, non ipsam potẽtiã, neq; fortes sunt. Nihil autem sic diabolicum, vt ad ostentationem quippiam facere. Quid autem est, ministerium iustitiæ? id scilicet quòd nos sumus, euangelium prędicantes uobis, quod iustitiam habet: nam vel hoc dicit, uel quod iustorum virorum sibi opinionem assumunt. Quomodò igitur illos agnoscemus? ab operibus ipsis, sicut & Christus dixit: Mat. 7. c
eaque propter cogitur sua præclara opera, & illorum malitiam inter se comparare, vt ex comparatione appareant noti. Et ingressus iterum ad encomia, illa primum vituperat, vt ostendat hoc

Hęc sc. inuehiantur

Hic inf. c

hoc argumentum sibi necessarium, vt ne qs dicat, q̃ seipsum laudet. Et dicit.[Iterũ dico.]Etenim iam multa præmitigatione vsus erat,attamen non cõtentus dictis, sed & iterum dico [Ne quis me putet insipiẽtem esse.]Hoc.n.solebant illi,absque causa gloriantes.Tu autem considera repellẽtem,quoties ad suas laudes ingreditur: & K hanc rem,nẽpe gloriationẽ,opus insipientiæ esse dicit: ego aũt tanquàm desipiens istud facio,sed cõpulsus: si aũt nõ creditis, sed,licèt necessitatem esse videatis,condẽnatis,neq; sic deprecor.Vidisti qũo ostẽdit multam dicendi necessitatem,Nam,quem neq; tanta suspicio remorata est à dicendo cogita,quantam vim sustinuerit dicendo,& quantùm doluerit,ac coactus sit eloquendo, attamen & sic in hac re modestia vsus est.Non.n.dixit vt glorier parum gloriaturus. Iterum alia vsus est deprecatione dicens:[Quòd loquor, non loquor, secundùm Dominum:sed tanquam in insipientia,in hoc argumento gloriationis.] Luc. 17. c Vides qũo gloriatio, iam non sit secundùm dominum: dicit enim, Quando oĩa feceritis,dicite,quòd serui inutiles sumus. Iam istuc quidem per seipsum non est secundùm Dominum,fit tamen à mente bona:propter hoc dicit, Quòd loquor, non causam arguens, sed verba: alioqui mens eius ita erat mirabilis, vt & uerba honestaret.Sicut enim homicida quamuis occidere prohibeatur, bona tamen mente sæpius id facere eligit, & occidere non secundùm dominum, sed ex bona mente L fit, sic & gloriari. Et cur nam non est vsus tanta sermonis accurati diligentia? quia ad aliud properat, & ex abundantia,etiam Hic su. a volentibus carpere condonat,solùm vt dicat,quæ prosunt. Etenim quæ dicta erant, sufficiebant tollere omnem suspicionem. Sed,quasi in insipientia.prius dixerat,Vtinam sustinuissetis me paulisper in insipiẽtia mea.Nunc autem, quasi in insipientia: Sup. 4.c quòd enim magis progreditur, hoc magis sermonem expurgat.Deinde, vt ne putes, semper illum desipere,apposuit,in hoc argumento gloriationis:secundùm hanc partem (inquit) quemadmodum & alibi di- Ibi. 1. d cebat,Ne confundamur,& apponebat, in hoc argumento gloriationis. Et alibi iterum dicens:Num quæ consulo, secundùm carnem consulo,vt sit apud me etiam,non non? Et ostendens, q̃ non possit semper ea quæ promittit,implere:qm̃ non secundùm carnẽ consulit,vt ne suspicionẽ hanc,ẽt ad dogma quidã trahant, inquit,Fidelis autẽ Deus,quia sermo noster, qui ad uos factus Ibidem. est,non fuit ẽt & non.Et uide quanta priùs dixerat, & iterum alias defensiones apponit,sic dicens:[Quoniam multi gloriãtur secũdùm carnem,& ego gloriabor. Quid est,secundum carnem? ab externis,à nobi M litate à diuitiis,à sapientia, à circuncisione & progenitoribus Hebræis, à magna existimatione. Et uide sapientiam:illa ponit,quæ tamen non enumerat.Et tunc etiã insipientiam censet. Nam si in veris bonis gloriari insipientia est, multò magis in vanis,& hòc est,quòd.s.non secundùm Dominum,vocat.Nulla.n.vtilitas.est,Hebræũ esse,& similia. Ne igit̃ putetis,quòd quasi uirtutem hæc ponam, sed quoniam illi gloriantur,cogor & ego hinc comparationem facere, quòd scilicet & alibi facit dicens: Siquis uidetur confidere in carne, Phili. 3. ego magis:& illic propter eos qui confi- a dunt in hoc.Quemadmodum enim si quis clari generis, philosophicam uitam eligens, uiderit sublimè sentientes alios de generositate sua, uolens etiam illorum fastum tollere,nonnè cogitur propriam claritudinẽ dicere,non glorioſos, sed humiles alios reddẽs?Hoc & sanè & Paulus fecit. Deinde † relicto illo,]apud Corinthios to- †illis re tam causam extenuat dicens: [Libenter licti. enim sustinetis insipientes.]Et ita, vos, authores horum, & magis quàm illi. Nisi enim uos illos sustinuissetis, & damnum passi essetis, nihil certè propter illos fuissem locutus, sed uestræ salutis curam gerens,& uobis seruiens. Et uide quomodo increpationem etiam cum laudibus ponit.ut dixit enim, [Libenter sustinetis,insi A pientes.]addidit,[quum prudentes sitis]insipientiæ enim est gloriari maximè in talibus:quamuis oportebat increpare, & dicere, Ne sustinete insipientes,sed abundantiùs faciebat. Nam,ille quidem uisus fuisset increpare,quasi priuatus illis: nunc autem quum ostenderet se quoque in his præcellere,eaque nihil facere, magis illos corrigit.Iam autem priùs quàm laudes ingreditur,& comparationem: magnam Corinthiorum seruilitatem illis opprobrat, quòd intantùm illis se inflexerunt. Et

obſerua, quomodò inceſſit. [Suſtinetis enim,(inquit,) ſiquis deuorat.] Quomodò igitur dicebas, vt in quo gloriantur, inueniantur ſicut & nos? Vides quòd oſtendit illos accipientes, & non ſimpliciter accipientes, ſed plurimum? Hoc enim ſignificat, deuorare, [Siquis vos in ſeruitutem redigit.] Et diuitias veſtras(inquit) & corpora & libertatem expoſuiſtis. Hoc
1.Co.9. enim plus eſt quàm accipere, non ſolùm
b pecuniarũ, ſed & veſtri ipſorum dominos eſſe: quòd & antea manifeſtans dicit: Si alij ſubſtantiæ veſtræ participes ſunt, non multò magis nos? Deinde id quòd moleſtius apponit, dicens: [Siquis extollitur.] Neq;
B veſtræ ſeruitutis ratio habetur congrua, neque manſueri ſunt domini, ſed aſperi & moleſti. [Siquis in faciem cædit.] Vidiſti iterum incrementum tyrannidis. Hæc autem dicebat, non quòd in faciem cædebant, ſed quòd reſpuebant illos & contemnebant, ideo adiecit: [Iuxta contumeliam loquor.] Non minus enim patiebamini, quàm ſi in faciem cęſi eſſetis. Quid autem hoc dominio acerbius, quando & opes ueſtras, & libertatem, & honorem auferentes, neque ſic ſint manſueti, neque in ſeruorum ordine vos manere ſinunt, ſed quouis venalitio mancipio contemptiùs vobis abutuntur? [Perinde quaſi nos infirmi fuerimus.] Obſcurè hoc dictum eſt. Quoniam enim moleſtum erat, propterea iſtud ſic poſuit, vt moleſtiã obſcuritate tollat. Vult autem ſic dicere, Nunquid non poſſumus & nos hæc facere? Sed non facimus. Cuius gratia iſtos ſuſtinetis, quaſi nos nõ poſſimus hæc facere? Itaque crimẽ eſt, & ſtultè agentes ferre: quòd autem, & ſic contemnentes uos, & veſtra rapientes, & ſe extollentes, & percutientes ſuſtinetis, neq; defenſionem habet, neque vllam rationẽ. Noua enim hæc deceptionis ſpecies eſt.
C Nam decipientes quidem dant, & adulantur: hi autem & decipiunt & accipiunt, & contumeliam faciunt: vnde neque vmbram habetis veniæ, ꝙ eos qui ſe ſic humiliant propter vos, vt vos exaltemini, reſpuitis: & eos qui ſe exaltant, vt vos humiliemini, admiramini. Nonne & nos hæc facere poſſemus? ſed nolumus, conſiderantes potiùs quid vobis proſit: nam illi quidem quæ veſtra ſunt deſtruẽtes, quæ ſua ſunt quærunt. Vides quòd vbique per ea illos terret, per quæ & fidenter illos allo quitur. Si enim propterea illos honoratis (inquit) quia percutiunt, contumelia afficiunt: poſſemus & nos eadem facere, in ſeruitutem redigere, percutere, extolli contra vos. Vidiſti quomodò totam cauſam in illos vertit, vt quæ ſua videatur inſipientia, illorum ſit ſtultitia. Non enim vt meipsũ clarum oſtentem, ſed vt vos ab amara hac ſeruitute liberem, cogor parum gloriari. Oportet autem non ſimpliciter quæ dicũtur exquirere, ſed cauſam apponere. Quoniam & Samuel pro ſe magnam propoſuit laudem, quando Saul vnxit dicens: Cuius 1. Reg. 12.a veſtrum aſinum accepi, vel uitulum, vel calciamentum? nunquid oppreſſi aliquem veſtrum? Attamen nullus illum arguit. Cauſa eſt, quia non dicebat, vt ſeipſum laudaret: ſed quoniam regem cõſtituturus erat, pro defenſione ſua poſuit, volẽs illum erudire, vt humilis ſit, ac manſuetus. Et cõſidera ſapientiam prophetæ, immò Dei miſericordiam. Nam quia illos auertere volebat multa difficilia congerens, dicebat de futuris regibus, quòd vxores illorum facturi eſſent molendinarias, viros paſtores, mulorum magiſtros: & alia regum miniſteria diligenter perſequitur, quoniam videbat illos nulla perſuaſione auocari, ſed incurabili morbo laborare, & ſic illis parcit, inſtituitque regem, vt manſuetus fiat. Et idcirco ſe teſtem producit: neque enim quis illum tunc iure conuenerat, neque quis arguerat, vt defenſione haberet opus: ſed vt illum faceret meliorem, hæc dicebat. Ideo & ſubdidit, deprimens illius ſupercilium: Si audieritis vos & rex veſter, Ibidẽ. c hæc & hæc erunt vobis bona: * ſi verò nõ Amos. audieritis,]contraria omnia. Et Amos quoque dicebat, Non eram propheta, neque 7.d filius prophetæ, ſed caprarum paſtor eram, ſycomoros conterens, & ſuſcepit me Deus. Non extollens ſeipſum dicebat, ſed obturans ora ſuſpicantium ipſum non eſſe prophetam: & vt oſtendat, quòd non deciat, neque à ſeipſo dicat, ea quæ dicit. Alius quoque iſthuc ipſum declarans dicit, Veruntamen ego impletus ſum fortitudine Domini in ſpiritu, ac potentia. Et Dauid, quum de vrſo & leone narraret, nõ glorioſus, ſed magnũ & mirabile quidda moliens dicebat: quoniam enim non credebatur, quòd nudus & arma geſtare non valens,

Ibi. 24. a

valens, victurus esset Barbarum: coactus est suæ strenuitatis referre argumenta. Et fimbriam Saulis quando auferebat, non ostentando loquebatur, quę loquebatur, sed malam repellens suspicionem, quam finxerant dicentes, quòd uellet illum occidere. Igitur ubique inquirenda est causa. Nam qui ad utilitatem auditorum spectarit, etiã si cõmẽdet seipsũm, non solùm non meretur reprehendi, sed & coronari, & propter silentium taxandus. Quoniam & Dauid tunc, si siluisset, contra Goliath non esset permissus egredi in prælium, neque præclarum illud retulisset trophæum. Sanè propter hoc dicere coactus est, & non fratribus: quamuis & apud illos non inueniebat fidem, sicut etiam apud regem, sed inuidia aures illorũ obstruebat, ea propter ipsis relictis, nondum inuidenti narrabat.

Morale.

Graue enim malum, inuidia, & propriam salutem contemnere facit. Ita & Cain seipsum perdidit, & ante illum quoque qui patrẽ ipsius interfecerat diabolus: sic Saul malum dæmonẽ contra suam animam accersiuit, & uocato medico iterum inuidit. Talẽ enim faciebat inuidia, quòd seruatus etiam perire maluit, quam seruatorẽ gloriosum uidere. Quid hac affectione molestius fieret? Non errabit, qui illam germen diaboli dixerit: & in illo quidem uanæ gloriæ studij fructus, immo & radix. Vtraque. n. hæc mala † ipsa simul efficere solita est:] sic sane & tunc inuidebat Saul, quia dicebant. Percussit Dauid decem millia. Quo quid fieret absurdius? Cur enim, dic mihi inuides, quòd laudatur quispiã, ubi certè gaudere oportebat? A liter. n. nescires, ueram esse laudem. An propter hoc luges, quòd non existens admirabilis, laudatus sit? quin misereri oportebat. † nam si nõ bonus fuerit, nulla inuidia laudato. Sed laudant illum, ais, clari? Dic autem oro, qui talis es, quid cruciaris? cur in teipsum figis gladium? Quòd admirabilis est hominib. Sed hominibus, qui hodie sunt, & cras non sunt. Sed gloria, ais, fruitur? quanam dic oro? de qua propheta dicit, quòd flos est fœni? Quare inuides, quòd non grauiter ferr? tu autem fœni circunfers onera talia. Si autem ille tibi zelo dignus esse videtur propter hoc, cur non & arborum sectores, qui quotidie grauia onera portant, & in ciuitatem ingressi? Nihil enim hoc melius est istud onus, immò deterius: nã hoc quidem corpus solùm premit, istud autẽ, & animam sæpius incommodauit, & maiorem laborem habet, quàm uoluptatem: licèt. n. dicam celebrem, maiorem tamen habet timorem quàm gloriam, & hãc quidem breuem, illum verò continuum. Sed apud principes (inquit) clarus es? Et illic iterum periculum ac inuidia: nã ut tu afficeris erga illum, ita & alij plures. Sed laudatur continuò, ais? hoc illi duram seruitutem facit. non enim audebit aliquid eorum facere liberè, quæ cupit, ne scilicet laudatores suos offendat: claritas enim ei graue uinculum est: & ita quò pluribus familiaris est, hoc plures habet dominos: augetur. n. seruitus eius, dominis ubique apparentibus. Et seruus quidem, quando à conspectu domini liberatur, respirat, & cum omni libertate agit: hic autem ubique occupatur, omnium. n. seruus est, qui in foro apparent: etiam si aliquid necessarium urgeat, non audet se foro committere ministris non sequentibus, & equis, & alio ornatu coniuncto, ne domini condemnent: etsi amicum uidet germanum, non audet æquali honore cum illo loqui, timet enim dominum, ne deponat illum à gloria: & ita quò clarior, hoc & seruilior: & siquid insuaue ei contingat, contumelia grauior, quò & plures * habet] testes, & præter dignitatem res esse uidetur: non solùm autem contumelia, sed & calamitas grauior est, etenim multos habet, quibus gratum est: quemadmodum, licèt bono quodam fruatur, plures patiatur inuidos, & æmulos, qui illum deponere studeant. Est ne hoc bonum, dic, oro? Est ne gloria? minimè, sed ignominia, & seruitus, & uincula, & quicquid dicere licet onerosum. Licèt autem, & sic amabile quiddam gloria est apud homines, & turbat, * quòd multi illi applaudunt: quando uideris fruentem plausibus, ad futurum seculum transi cogitatione, & gloriam quæ illic est, & sicut quando bestia inuadit, studes euadere, in domicilium ingressus claudis fores: ita & nunc ad futuram uitam confugito, ac ad ineffabilem gloriam illam: ita enim, & hanc conculcabis, & illam apprehendes facilè, veraque libertate frueris, ac æternis bonis: quæ nobis omnibus contingat

F †se ipsa simul confirmare solent. 1. Re. 18 b †budę. ἐὰν μὴ legit. ἐὰν μὲν pro Nam si bonus fuerit, nullus inuidet laudato, sed si mul laudat. si verò talis non sit, quidcru ciaris? &c.

G Esa. 40. b & 1. Pet. 1. d

H

I

tingat gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul Spiritui Sancto nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxv.

IN quo autem quis audet, in insipientia loquor, audeo & ego.] Vide iterum recusantem, & deprecatione utentem ac præcastigatione, tametsi iam multa id genus dixisset. Vtinam sustineretis me paulisper in insipientia. Et iterum, ne quis me putet insipientem esse. Quòd si minus, uel vt insipientē accipite, q̄ loquor non secundū dominum, sed quasi in insipientia: quoniam multi gloriantur secūdum carnem, & ego gloriabor. Et hìc iterū, In quo autem quis audet, in insipientia loquor, audeo & ego. Dicit etiam insipientiam, audere de seipso magna loqui, etiam vbi necessitas postulat, multùm nos vt hoc fugiamus eruditēs. Nā si postquā omnia fecerimus, debemus nos pro inutilibus habere: ubi autem nulla cā impulerit, qua uenia dignus erit, qui seipsum extollit & gloriatur? Propter hoc & Pharisæo acciderunt ea, quæ euenerunt, nempe, q̄ in portu naufragium fecit, eo q̄ impegit in hunc Scopulum. Et idcirco Paulus magna in necessitate recusabat, & subinde inculcabat memorijs, insipientiam esse, sic agere, tandemque necessitatis defensione p̄missa, audet ac dicit: [Hebræi sunt, & ego.] Non enim omnes Hebræi Israelitæ sunt, quia & Ammonitę & Moabitę Hebræi sunt. Ideo subdit, exponens nobilitatem, ac dicit: [Semen Abrahæ sunt, & ego.] De Isaac loquitur, [Ministri Christi sunt: insipiens loquor, plus ego:] Non contentus priori deptecatione, sed etiam hìc iterum eadem vtitur dicēs, * insipiēs loquor,] plus ego: id est, superior illis sum, ac melior: licèt autem manifesta haberet eminētiæ suæ argumenta, attamen insipientiam etiam sic, rem vocat, quamuis quum Pseudoapostoli essent, non opus erat hac excellentiæ comparatione: poterat enim simpliciter negare, illos esse ministros. Negatat sanè istuc ipsum dicens, Pseudoapostoli, operarij dolosi, persona assumpta Apostolorum Christi: nunc autem, istud non sic facit. Transit.n. sermo, ut inquirat. Nullus autem vbi inquisitio nōdum facta est, simpliciter sententiam fert, sed primum comparatione posita, negationem solidam esse re ipsa declarat. Aliter etiam dicere licet, q̄ mentem illorum ponat, & non suam sententiam, Ministri Christi sunt: & dicens, pus ego, proponit cōparationē, & ostēdit, quomodò non asserens loquatur, sed re ipsa argumentum proferens, characterem ac votā Apostolatus conseruat, relictisq; * signis omnib.] à tentationibus incipit sic dicens: [In laboribus abundantiùs, in plagis excellentiùs:] q̄ illo maius est: plus enim est uerberari ac flagellari. [In carceribus abundantius:] & hoc loco iterum augmentum. [In mortibus frequenter:] quotidie.n. (inquit) morior: hoc autem loco etiam facto. Sæpius.n. in pericula morti vicinus uenit: [A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi.] Quare una minus? lex erat vetus, ignominiosum fieri eum qui supra quadraginta accepisset: ne igitur percutientis impetus, supra numerū plagas inferens, ignominia notaret, decreuerūt vna minus inferri, vt licèt uerberans multiplicet, ne supra quadraginta excedat, sed intra constitutum numerū maneat, verberatusq; ignominia non notetur. [Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci.] Et quid hoc ad euangelium? Quia longa itinera & transmarina perfecit. [Noctem ac diem in profundo egi:] Dicunt alii, in medio mari: alii quod uerius dictum ut, supernatasse: nam illud, neq; ut miraculū magnum, neq; ut naufragio maius posuisset, si solum in medio mari fuisset nauigās. [In periculis fluminum.] Cogebatur.n. & flumina traijcere. [Periculis latronum, periculis in ciuitate, periculis in solitudine.] Vbiq; mihi certamina proposita erant, in regionib. in prouinciis, in ciuitatibus, in solitudinib. [Periculis ex gentibus, periculis ex falsis fratribus.] Vide quale belli genus: non.n. soli hostes, sed & qui * fraternitatem] simulant, imperebat, multaq; opus habebat constantia, ac prudentia. [In labore & molestia.] Pericula labores, labores pericula excipiebant uicissim, ac subinde, & ne parum quidem respirare sinebant. [In itineribus sæpius, in fame ac siti & nuditate, præter ea, quę extrinsecus sunt.] Plura tñ omissa sunt, q̄ enumerata: immò neq; quę enumerata, quanta sint, ostensa sunt: neq; enim per species enumerauit, sed potius, prout

Hic supra. a ibidē. d

L

1. Cor. 15. d

Deut. 25. a

Lu. 17. c

K

M

Hic supra. c

prout numerus breuior, faciliusq; teneri poterat, recensuit, ter & ter dicēs, & semel: de aliis non similiter, eo quòd sæpe sustinuit. Et nō dicit, quæ ex illis sequuta sunt, vtpote quantos conuerterit, sed sola ea quę passus est, pro prædicatione: simulq; & modestia vtitur, & ostendit, q̄ licèt nihil præter laborem habuerit, mercedes sint perfectæ. [Incumbens mihi quotidiana cura:] tumultus, turbationes, obsidiones populorum, vrbium insidiæ. Ipsum enim maximè impugnabant Iudæi, quoniā maximè omnium illos confundebat, & maximum insaniæ argumentum videbatur, q̄ tam repētè se auerterat: unde græui bello eum vrgebant, sui, alieni, & hypocritæ, & ubique fluctus, ac præcipitia, in orbe habitabili & nō habitabili: in terra & mari, intus & foris: & neque necessario cibo abundabat, neque tenui amictu tegebatur, sed luctator ille orbis, nudus luctabatur, & esuriens pugillabat, tantum aberat, ne opibus cumulandis inhiaret, neq; hoc ægrè ferebat, sed gratias pro his habebat agonothetæ. [Solicitudo omnium ecclesiarum.] Hoc autē caput omnium, q̄ & anima discerpebatur, & mens dilacerabatur. Si enim nihil extrinsecus accidisset, satis bellorum intus erat, fluctus reciproci, cumuli curarum, prælia cogitationum. Nam si qui uni soli domui præest ac ministros habet, & dispensatores ac curatores, sæpe præ curis neque respirat, tametsi intra domum nemo obturbet: qui autem non unus domus, sed ciuitatum ac populorum & gentium, & totius orbis curam gerit, & pro tantis negociis, & tot inuadentibus, solus existens, ac tanta ferens, & tam solicitus, vt pater pro filiis, cogita quid sustinuerit? Nam ne dicas, Quid quòd solicitus fuit? sed solicitus fuit simpliciter: addit etiam magnitudinē curæ dicens, [Quis infirmatur, & non infirmus sum?] Non dixit, non communico mœstitiæ, sed quasi in ipsa passione essem, & in ipsa infirmitate, sic conturbor & commoueor. [Quis offenditur, & ego non uror?] Vide quanta excellentia doloris? quomodo apparet ustionem nominans? accendor, vror (inquit) q̄ certè omnium maximum est. Nam illa quidem licèt sint violenta, recedunt tamen statim, & voluptatem habent immarcessibilem. Hoc autem erat quod tribulabat ipsum, & angebat, ac saucabat eius mētem, quòd in singulis infirmis hæc pateretur, quicunque illi essent. Non enim de maioribus quidem dicebat, minores autem despiciebat, sed etiam abiectum inter necessarios ponebat. Ideo dicebat, Quis infirmatur, quisquis fuerit: & quasi ipse esset ecclesia, quæ in toto orbe, sic in singulis dolebat membris. [Si gloriari oportet de his quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.] Vides q̄ nusquam à signis, sed ubique à persequutionibus & tentationibus gloriatur. Hoc enim (inquit) infirmitatis, & uariū & multiplex bellum indicat. Etenim Iudæi, & Gentes contra ipsum stabant, & falsi fratres ipsum impugnabant, & fratres infirmi illum contristabant, & qui scādalizabantur. Vndequaque illi turbationes atq; commotiones, à suis, ab alienis. Hic apostolicus est character, per hæc contexitur euāgelium. [Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, quòd non mentior. Præfectus Aretæ regis obseruabat Damascenorum ciuitatem, ut apprehenderet me.] Quid nam hìc affirmatur & asseritur, quum nihil tale antea fecerit? fortè quòd hoc antiquius erat ac minus notum: illa autem, & aliis nota, solicitudo ecclesiarum, & alia omnia. Vide igitur quantum bellum, siquidem propter illum ciuitatem obseruabat. Quando autē bellum dico, zelum dico Pauli: nam nisi vehementiam spirasset, non in tantam insaniam Præfectum succendisset. Hæc sunt Apostolicæ animæ, tanta pati, & minimè succumbere, sed generose ferre omnia, quę accidunt, simulque cedere periculis, & temerè se non ingerere. Vide ergo hìc quomodo voluerit obsidionem effugere, [per feneſtram demissus in sporta.] Nam licèt desideraret hinc emigrare, attamen & hominum amabat salutem idcirco sæpe etiā talia struebat, seruans seipsum prædicationi, & non detrectabat etiam humanis uti inuentis, quando exigebat tempus, ita erat prudens ac uigil: nam † hìc] quidem ineſfugibilia mala erant, gratia sola habebat opus, † alibi] par illius humeris tentatio, multa & à se excogitat, & hoc loco iterum Deo totū imputans: & quasi flamma inextinguibilis ignis, si in mare lapsa, multis opprimentib. fluctib. mergitur, & iterū fulgida ascēdit: sic sanè & beatus Paulus, nūc quidē periclitans obscurabat, nūc pericula trāsiens clarior redibat patiēdo uictor. Ista est.

A

B

C

Acto. 9. a

D

† vbi
† ubi ut-
rò.

Morale.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

est enim uerè fulgida uictoria, hoc ecclesiæ trophæum: sic diabolus configitur nobis malè afflictis: nobis enim afflictis capitur, & patitur ipse, quòd nos pati uoluit, id quòd & Paulo contigit. Nam quò magis Satan pericula multiplicabat, hoc magis uincebatur: non enim unum genus tentationum adornabat, sed multa & uaria: nam, alia laborem, alia timorem, alia tristitiam, alia dolorem, alia curam, alia confusionem, alia omnia simul habebant:
E attamen in omnibus uincebat, & quasi miles unus habens totum orbem militantem contra se, in medijs hostiũ uersetur agminibus, nihilque graue patiatur: ita & Paulus. Solus inter Barbaros, inter Gentes. ubique terrarum, ubique marium apparebat, & inuictus manebat. Et quasi flamma in calamos, & fœnum incidens in suam naturam, quæ uruntur transfert: sic & iste omnes inuadens, omnia ad ueritatem trãsferebat, sicut torrens, qui omnia corripit, & impedimenta reuellit: & sicut athleta quidam, ipse luctans, currens, & pugilem agens, uel miles muros oppugnans, in campo prælians, & in nauibus belligerans: ita omne genus pugnæ tractabat, & ignem inspirabat, & omnibus inaccessus erat, uno corpore orbem comprehendens, una lingua omnes euertens. Non sic multæ tu-
Iosu. 10 c bæ in Hierichuntinorum ciuitatis lapides irruebant & destruebant illos, ut illius uox resonans Diabolica in humum trahebat subsidia, & aduersarios ad se transfe-
Ibidẽ. d 1. Reg. 17. f rebat: & quando collegit captiuorũ multitudinem, ipse illos iterũ armauit, & suum exercitum facere cœpit, perque illos mirè
F uincebat. Dauid Goliath uno solo lapide deiiciebat: at si Pauli præclara opera scrutatus fueris, pueri fuerit opus illud, & quãtum inter militem ac pastorem distat, tantum uidebis discrimen. Hic enim non lapidem mittens deiecit Goliath, sed solum loquens omnem diaboli destruxit flammam: sicut leo rugiens, & flammam delingua emitteus, ira omnibus intolerabilis: & ubique assiliebat continuò, currebat ad hos, ueniebat ad illos, assistebat illis, irrumpebat ad alios, insiliens uento uelocior, & quasi unã domum uel nauẽ unã, totum orbem gubernans, eos qui mergebantur sursum trahens, & qui turbabantur, ac cadebant confirmans, nautis impetraus, in puppi sedens, proram obseruans, rudentes extendens, remum apprehendẽs, uelum trahẽs, in cœlum suspiciẽs, omnia ipse existens, & nauta, & gubernator, & prorę director, & uelum, & nauem, & omnia ferens, ut omnium mala soluat. Cõsidera aũt, sustinuit naufragiũ, ut naufragiũ totius orbis auferret: noctem ac diem in profundo fecit, ut à profundo erroris extraheret: in molestiis fuit, ut labor ãtes refocillaret: uerbera sustinuit, ut à Diabolo percussos sanaret: in carceribus conuersatus est, ut in carcere, & tenebris sedentes, in lucem produ-
G ceret: in mortibus sæpe, ut à grauibus mortibus liberaret. Quinquies quadraginta minus vna accepit, ut illos hæc faciẽtes à Diaboli flagello liberaret. Virgis cæsus est, ut sub virgam & baculũ Christi mitteret. Lapidatus est, ut ab insensibilibus lapidibus liberaret. In solitudine fuit, ut à solitudine liberaret. In itineribus, ut sisteret errantes, & viam in cœlum ferentem aperiret. In ciuitatibus periclitatus est, ut supernam ciuitatem ostenderet. In fame & siti, ut auferret grauiorem famem. In nuditate, ut turpiter agentes stola Christi indueret. In commotione turbæ, ut à circunstantia Dæmonum abduceret. Arsit, ut extingueret ignea tela Diaboli. Per fenestram de muro demissus est, ut eos qui humi erant, inde sursum transmitteret. Adhuc igitur loquemur, neq; scientes ea, quæ scilicet Paulus passumus est, adhuc pecuniarũ recordabimur? adhuc vxoris, & ciuitatis, libertatisque, illũ hanc vitã millies contemnere videntes? Martyr semel moritur: at beatus ille uno corpore, & una anima tot pericula sustinuit, quæ poterant etiam adamantinam animam conturbare: & quæ scilicet
H omnes tot corporibus sancti, passi sunt, hæc ille in vno omnia tulit, in orbem quasi in stadiũ ingressus, & omnibus uestibus exutus, adeò fortis stat. Cognoscebat enim pugnantes secũ Dæmones. Ideo & clarus ista tim abinitio apparuit, ab ipsa repaguli porta, & vsq; ad finẽ perseuerauit, immo & proximè braniũ maior fuit persecutio. Et hoc sanè mirabile, & talia patiẽs ac faciẽs, valde modestè agere sciebat. Etenim in necessitatem narrationis suorum præclarorum operum perductus, statim omnia pertransiit, tametsi libros innumeros implesset: siquidem singula voluisset latius narrare,

& ecclesias

& ecclesias dixisset, p quibus anxius erat, si carceres, & quæ in illis ab se bene gesta, si alias quotidianas solicitudines, & insidias, sed noluit. Hæc igitur & nos scientes, discamus modestè agere, & nunquam † in diutijs. & diutiùs]gloriari, neque in alijs huius vitæ rebus, sed in contumelijs propter Christum, & in his quando necesse fuerit: quòd si nihil est quòd vrget, neque horum memores simus, ne extollamur, sed solorum peccatorum: sic enim & ab illis facilè liberabimur, & Deum propitium habebimus, futuramque assequemur vitam: quæ nobis omnibus eueniat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri ac Spiritui sancto gloria nunc & semper, & in secula seculorum, I Amen.

Homilia xxvi.

Ca. 12. GLoriari sanè non expedit mihi, veniã enim ad visiones & reuelatiões dñi.] Quid sibi hoc vult, quòd tot ac tantis dictis, gloriari sanè (inquit) non expedit mihi, quasi nihil dixisset? Non quasi nihil dixisset, sed quoniam aliud gloriationis genus ingressurus erat, quòd mercedem quidem tantam non habet, clarius autem plerisque videtur ostendi, non his qui diligenter inquirunt: dicit, Gloriari sanè non expedit mihi. Magnæ enim gloriationes illæ, quas scilicet enumerauit, ab afflictionibus erant. Habet & alias, quas dicat, nempe reuelationes, & arcana sacramenta. Et cuius gratia (inquit) nõ expedit? Vt ne in superbiam efferatur, dicit. Quid loqueris? nisi dixisses illas, nescisses eas? At non similiter extollimur ipsi scientes eas, & in alios efferentes. Neque bonorum operum natura facit extolli, sed multorũ testimonium & scientia. Vnde propter hoc dicit: Gloriari non expedit mihi, ne maiorem de me opinionem audientibus ingeram: nam illi quidem Pseudoapostoli, etiã ea quæ non erant de se ipsis dicebant: hic K etiã obtiçet ea, quæ fecerat, tametsi rãta vrgeret necessitas, dicitq;, Nõ expedit mihi. Doceo oẽs abundantibus argumẽtis, hoc fugiẽdũ. Nullũ enim lucrũ, sed potius dãnum res hæc affert, nisi necessaria quædã sit occasio & vtilis, quæ in hoc inducat. Vt igitur dixit pericula, afflictiones, insidias, tristitias, & naufragia, ad aliud gloriationis genus transit dicens: [Noui hominem ante annos quatuordecim, an in corpore nescio, an extra corpus nescio, Deus nouit, raptum fuisse * huiusmodi vsque ad tertium cœlum. Et noui raptum fuisse in paradisum, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio,] & audisse arcana verba, quæ fas non sit hominibus loqui: pro huiusmodi gloriabor, de meipso verò non gloriabor.] Magna quidem hæc reuelatio: non sola autem facta fuit, sed etiam aliæ multæ: ipse verò vnam ex multis ponit. Quòd enim multæ fuerunt, audi quid dicat, Excellentia reuelationũ, Hic if. vt ne extollar. Iam dixerit quispiam, Si oc. b cultare voluit, omnino ænigma afferendum non erat, neque tale quiddam dicendũ: sin dicere voluit, manifestè dicendum. Quare igitur neque manifestè dixit, neq; siluit? vt & hoc loco ostendat, quòd inuitus ad hoc perueniat: propter hoc etiam tẽpus posuit, quatuordecim annorum. Neq; L enim obiter illius meminit, sed ostendẽs, quòd qui tanto tempore se à dicendo continuit, non iam effaretur, nisi magna esset necessitas: filu isset tamen nisi fratres pereũtes vidisset. Quòd si ab initio talis erat Paulus, vt tantam assequeretur reuelationem: quando nondũ tanta bona opera habuit, cogita qualis in quatuordecim annis factus sit. Vide item quanta etiam in hoc modestia sit vsus: nam alia quidem dicit, alia autem se ignorare fatetur: nam raptũ quidem se esse dicit, siue in corpore, siue non in corpore, id se ignorare dicit: quanuis sufficiebat dicere de raptu, & hoc silere, sed per modestiam, etiam hoc addit. Quid igitur? mens ne rapta est ac anima, corpus verò mortuum mansit? num corpus raptum est? Sed non est dicendum. Nam quum Paulus, qui tot ac talia arcana consequutus ignorarit, multò magis nos. Etenim quòd in paradiso quidem fuerit, sciebat: & quòd in tertio cœlo fuerit, non ignorabat: modum autem haud sciebat manifestè. Con Sup. 11. sidera & aliunde. quàm sit à fastu alie- d nus. De Damascenorum enim ciuitate confirmabat sermonem, hìc autem M non item: neque enim istud agere volebat, sed dicere, & insinuare solùm. Ideo & addit dicens: Pro huiusmodi gloriabor. Neq; hoc manifestabat, quòd alius

quispiam

UNIVERSIDAD DE MURCIA

quispiam fuerit raptus, sed sicut permittebatur, ac possibile erat, & loqui & reticere manifestum de seipso sermonem, sic illum figurabat. Qualis enim esset consequentia, de seipso differentem, alium proferre in medium? quamobrem hoc posuisset? Non enim † erat dicere, raptum esse, & scio raptum: & gloriabor pro me ipso, & pro tali gloriabor. Si autem dixerit quispiam, Et quomodo potuit absque corpore rapi? dicã, quomodo potuit cum corpore rapi? etenim si rationem relicta fide consulueris, hoc quàm illud difficilius. Quare autẽ raptus est? vt mihi videtur, ne haberet aliis Apostolis minor, quoniam illi simul fuerant cum Christo, propter hoc in gloriam raptus est, hoc est in Paradisum. Nam loci illius nomẽ vbiq; noscitur. Idcirco & Christus dicebat: Hodie mecum eris in Paradiso. Pro hoc tali gloriabor. Cuius gratia? nã si raptus alius, quid tu gloriaris? Vnde manifestũ, quòd de seipso hæc dicebat. Quòd autem adiecit, Pro meipso autem nõ gloriabor: nihil aliud dicit, quàm quòd nisi sit necessitas, nihil tale dicerem simpliciter ac temerè: uel adumbrãs iterũ dixerat, quantùm licebat. nam quòd pro illo ipso omnis sermo fuerit, etiam sequentia declarant. adiecit enim dicens: [Si autem voluero gloriari, non eo insipiens, veritatẽ enim dicam.] Quomodo igitur antea dicebas, Vtinã sustineretis me pauliper insipientia: & Quòd loquor, non secundùm Dominũ loquor, quasi in insipientia: hic autem, Si autem & gloriari voluero, nõ ero insipiẽs? non secundùm hoc quòd glorior, sed secũdùm hoc quòd mentior. Si enim gloriari insipientia sit, quantò magis mẽtiri? ✠ Itaque secundùm hoc dicit,] Non ero insipiẽs, eapropter etiam addidit: [Veritatem enim dico. Sed parco, ne quis de me cogitet, supra id quod videt, vel audit quid de me.] Ista est manifesta causa. Etenim & Deos illos putauerũt propter signorum magnitudinem. Nam sicut in elementis Deus fecit duplicia & infirma & præclara, hæc quidem vt prædicent suam potentiam, illa verò vt prohibeant hominum errorem: sic vtique & hoc loco. Admirabiles erant & infirmi, sicque operibus ipsis erudiebant infideles: nam si admirabiles solùm mãsissent, & nullum infirmitatis indicium præ se tulissent, sermone multos adduxissent, vt de se maiora, quàm veritas ferebat, suspicati essent: & non solum nihil perfecissent, sed & contraria facta essent, eo quòd deprecationes quę per sermones fiunt, maiorem declarassent humilitatem, magisq; illos reddidissent admirabiles, & idcirco re ipsa manifestabatur illorum infirmitas. Viderit hoc quis & in hominibus veteris legis. Erat enim & Helias admirabilis, sed aliquãdo ob formidinem reprehensus est. Et Moses magnus erat, sed & hic ob eandem animi affectionem, fugam inijt. Hæc autem patiebantur, Deo derelinquente, & redargui sinente humanam naturam. Nam quum postquam eduxit illos, dicebant: Vbi est Moses? si & induxisset, quid non dixisset? Idcirco & hìc noster dicit, Parco ne quis cogitet: non dixit, dicat: sed vt neque cogitet aliquid vltra meam dignitatem: & ita etiam hinc manifestum, quòd de seipso omnem sermonem habet. Vnde & incipiens dicebat, Gloriari autem non expedit mihi. Non dixisset hæc, si de alio sermonem habuisset. * Quare enim non expedit de alio gloriari? Sed his ipse est qui his dignus fuerat habitus. Ideoque adiecit: [Et ne excellentia reuelationum supramodum efferret, datus est mihi stimulus per carnem, nuncius satanæ, vt me colaphis cædat.] Quid ais? qui regnum & gehennam præ desiderio Christi nihili faceret honorem qui à multitudine defertur, magni æstimabat, ita vt efferretur & assiduo freno opus haberet? non enim dixi, qui colaphis cæciderit: sed qui colaphis cædat. Et quis hoc dixerit? quid igitur dicit? Posteaquam aperuerimus quisnam sit stimulus, & quis item Satanæ nuncius: tunc hoc quoque dicemus. Quidam capitis dolorem à Diabolo immissum hìc Paulum significare dixerunt. Sed absit. Minimè enim Pauli corpus Diaboli manibus deditum fuit: quandoquidem & Diabolus ipse Pauli simplici mandato obtemperauit, ac leges ipsi limitesque præfixit, quum ei fornicarium in carnis perniciem tradidit, quos ille prætergredi non est ausus. Quid ergo sibi vult? Satan Hebræorum lingua aduersarius dicitur: & Regnorum tertio, aduersarios ita vocauit scriptura: & de Salomone loquens, ait, Non erat Satan in diebus ipsius: hoc est, aduersarius oppugna-

B

Exo. 2. c

Hic su. a

Hic in exemplari Basiliẽsi multa deerãt, quæ ex Veronẽsi additasunt.

1. Co. 5. a

3. Reg. 11. a

Exo. 2. d

Luc. 23. e

Sup. 11. a

Ibidẽ. d

† Itaque secundũ hoc dicit.

oppugnaret, aut molestus esset. Itaque quod dicit hunc habet sensum: Deus prædicationem liberius progredi non est passus, fastum nostrum comprimens: sed aduersarijs nostri inuadendi potestatē fecit. D Siquidem hoc vt fastum deprimeret, idoneum erat. Ille autē capitis dolor non itē. 2. Tim. 4. c Nuncium igitur satanæ dicit Alexādrum, fabrum illum ærarium, Himenæū, & Philetum, omnes qui verbo aduersarentur, om- Ibi. 2. c nes qui cum ipso contenderent, bellumq; gererent, qui in carcerem conijcerent, qui verberarent, qui abducerent, quoniam Satanæ opera faciebant. Igitur quemadmodum diaboli filios Iudæos appellat, qui illius opera imitabantur: sic & nuncium Satanæ vocat, quemuis aduersarium. Proinde hoc dicit: Datus est mihi stimulus, vt me colaphis cædat, non tāquam Deo istiusmodi homines amante, absit, non puniente neq; cruciante, sed ad tempus sinente ac permittente. [Super hoc ter dñm rogaui:] hoc est, sæpenumero. Et magnæ erat humilitatis, non occultare quod ferendis insidijs non esset par, q; laboraret, atque vt liberaretur, precibus opus esset. [Et dixit mihi, sufficit tibi gratia mea. nam uirtus mea in infirmitate perficitur:] hoc est, sufficit tibi quòd mortuos excitas, quòd cæcos curas, quod leprosos mundas, quod alia miracula facis. Ne quæras securitatem à periculis liberam, & vt sine molestijs prædices. Sed ægro deiectoq; es animo? caue hoc meæ imbecillitatis esse putes, quòd multos habeas insidiantes, cædentes, vexantes & flagellantes: hoc enim ipsum E meam declarat virtutē. Nam virtus mea, inquit, in infirmitate perficitur, quando persecutionem patientes superatis persequentes, quando vexati vincitis vexantes, quando victi, ijs qui vos cædunt superiores euadatis. Ne quæras igitur superuacua. Videsne, quomodo aliam causam ipse proferat, aliam Deus? Siquidem ipse dicit, ne efferat, datus est mihi stimulus per carnem: Deum verò dixisse, ait, vt suam declaret potestatem hoc se permittere. Non igitur tantùm rem superuacuam perobscuret. Nam illud, [sufficit tibi,] alterius accessione hil opus esse significat, sed omnia esse suis numeris absoluta & perfecta. Quare vel hinc perspicuum est, quòd non de capitis dolore loquatur. Siquidem morbo laborantes haud prædicabant: non enim prædicare poterant ægroti: sed quando vexati, ac persecutionem passi, omnes superarent. Itaque posteaquā ista audiui, inquit: [Libentissimè igitur gloriabor in infirmitatibus meis.] Ne enim animo concidant, quum Pseudoapostoli ob res diuersus, atq; istis contrarias gloriarentur, F hi verò in persecutionibus versarentur: ostendit se ob id clariorem euadere, sicque virtutem Dei magis relucere, atque hæc digna esse ob quæ meritò quis gloriari possit. Propterea dicit: [Libentissimè igitur gloriabor.] Non cum animi dolore hæc dixi, quæ recēsui, aut hoc quòd nunc dixi, quòd datus sit mihi stimulus: sed glorians ac maiorem virtutem mihi concilians. Idcirco etiam adiungit: [Vt inhabiter in me virtus Christi.] Hic & aliud quiddam innuit: nimirum quantò plus ingruat tentationum, tantò magis augeri gratiam, esseq; diuturniorem. [Quamobrē mihi placeo in infirmitatibus multis.] Qualibus quæso? [In contumelijs, in persecutionibus, in necessitatibus, in anxietatibus.] Vides qui nunc clarissimè hoc aperuerit? Enarrans enim infirmitatis genus, non dixit febres aut periodum aliquā huiusmodi, aut aliam infirmitatē corporalem: sed, contumelias, persecutiones, angustias. Vides animum æquum & beneuolum? expetebat vt à molestis liberaretur. Cæterùm vbi diuino responso doctus est, hoc fieri nō conuenire, non solum nō despondit animum voto non potitus, sed etiam lætatus est. Propterea dicebat, mihi placeo, gaudeo, cupio cōtumeliam & persecutionem pati, ac pro Christo angustijs G præmi. Hæc autem dicebat, tùm illos deprimens, tùm horum spiritus attollens, ne ob Pauli afflictiones pudefierent. Materiam enim & causam huiusmodi res præbet, quò alijs omnibus clariores euadamus. Deinde aliam quoque causam ponit: [Quum enim infirmor, tunc robustus sum.] Quid admiraris, si Dei uirtus eo rerum statu declaratur, ego etiam tunc robustus sum? eo enim potissimùm tempore gratia accedit. Nam quemadmodum abundant afflictiones ipsius, sic abundat & consolatio nostra. Vbi afflictio, ibi & consolatio: vbi consolatio, ibi & gratia.

Quando

Quando igitur in carcerem coniectus est, tunc admiranda illa gesit. Quando naufragium passus est, atque in barbaram regionem iectus: tunc maximè inclaruit.

Morale.

Quando ad tribunal vinctus accessit, tunc & iudicem vicit. Sic & in ueteri testamento contingebat: in tentationibus iusti florebant. Sic tres illi pueri, sic Daniel & Moses & Ioseph. Omnes hinc clari, & magnis coronis digni iudicati sunt. Tunc. n. & anima purgatur, quum propter Deum affligitur: tunc maiori fruitur auxilio, quũ amphore eget subsidio, gratiamque mere-
H tur copiosiorem. Quin & ante præmia à Deo proposita, magna bona consequitur, dum interim sapiens redditur. Siquidem fastum detrahit, ac socordiam omnem extirpat afflictio, & ad tolerantiam exercet: quàm sint viles res humanæ detegit, ac multam adfert sapientiam. Huic enim cedunt omnes animi motus concitati, inuidia, æmulatio, concupiscentia, pecuniarum potentatus, corporum amor, arrogantia, fastus, ira, omne denique huiusmodi morborum agmen. Quòd si in rebus ipsis cernere lubet, & uirum seorsim, & integrũ populum tibi ostẽdere potero, qui partim in afflictione versatus sit, partim solutum quoddam & liberius vitæ genus sit nactus, atque docere quantum hinc lucri exoriatur, quãta socordia illinc. Etenim Hebræo-
Exo. 1. c rum populus quum malis affligebatur, exagitabaturque: suspirabat, ac Deum precabatur, & magnum sibi fauorem cœlitus cõciliabat: quum verò increassatus est, resiliit.
Ionæ 1. & seq. Rursum Niniuitæ quando securitate fruebantur, ita Deum exacerbarunt, vt minaretur totam se funditus ciuitatem euersurum: quum uerò ad prædicationem illam humiliati sunt, plenam demonstrarũt philosophiam. Porrò si uirum aliquem sepa-
I ratim intueri velis, Salomonem mihi considerato. Is enim quum curis an geretur, ac perturbaretur: de gentis illius perturba
3. Re. 3. & 9. a tione consilium iniens, visione illa dignus est habitus. Cæterum quando deliciis in-
Ibi. 11. b dulsit in ipsum uitiorum omnium baratrum delapsus est. Quid autem huius pater? quando nam suspiciendus erat & ad-
2. Reg. 13. d mirabilis? nonne quando tentationibus exercebatur? Absalon uerò, nonne quan-
Ibi. 15. a diu patrem fugeret, moderatè se gerebat, vbi autem reuersus est, tyranni animum induit, ac parricida factus est? Porrò quid Iob? Nam hic quidem clarus etiam extra afflictionẽ fuit, clarior tñ post afflictionem extitit. Et quid attinet prisca & vetera cõmemorare? Si quispiam enim q̃ nobis hisce temporibus acciderunt expẽdat: cõspiciet quantũ sit afflictionis lucrum. Nunc enim pace fruentes, supini & desides facti sumus, diffluximus, innumeris ecclesiã malis impleuimus. Quando verò agitabamur, temperatiores, mansuetiores, meliores, & in hisce cœtibus eramus ad auscultandum promptiores, & alacriores. Quippe q̃ auro ignis, hoc animabus afflictio: sordes purgans, puros reddens, splendidos efficies & hilares: hæc. n. in regnum introducit, illa in gehennam. Propterea lata quidẽ est alte K
ra, angustaverò altera. Vnde & ipse dicebat, Ioã. 16.
In mundo tribulationem habebitis: tanquam magnum aliq̃ bonum, q̃ nos com- g
prehenderet. Proinde si discipulus es, angustam & afflictam ingredere: ne molestè feras, neq; fastidias. Siquidem etiam si hac ratione non affligaris: alia tamen ex causa, eaq; inutili, affligi omnino est necesse. Nam & inuidus, & pecuniarum auidus, ac meretricis amore flagrans, & inanis gloriæ cupidus, tum deniq; quiuis alius qui praua sectatur: multas sustinet molestias & afflictiones, ac ijs qui lugent, nihilo minus affligitur. Quòd si non lachrymatur neque luget, præ pudore fit & stupore. Nam si ipsius animum perspexeris, infinitis fluctibus exundantem conspicies. Quum igitur, siue hanc, siue illam sectemur vitæ rationem, afflictiones perpeti fit necesse: quare hanc non eligimus, quæ cum afflictione innumeras adfert coronas. Etenim sanctos omnes sic ad regnũ adduxit Deus per afflictiones & angustias: simul & illos iuuans, & alijs interim consulens, ne maiorem quàm par esset, de ipsis opinionem conciperent. Sic enim initio idololatriæ inualuerunt, quum homines L
supra dignitatem admirationi essent. Hac ratione Alexandrum decimum tertium Romanorum senatus vt Deus esset, finxit. hic enim ea præditus erat authoritate, vt suffragijs Deos crearet, approbaretq;. Quũ igitur facta Christi omnia renunciata essent, per nuncios rogauit prouinciæ præses, num illis videretur ipsum quoq; suis

suffragijs

suffragijs creare Deum. Illi uerò non annuerunt, irascentes, & indignantes, quòd ante ipsorum calculum, & sententiam crucifixi virtus inclarescens uniuersum terrarũ orbem ad sui cultum attraxisset. Hoc autem diuino consilio administrabatur, ipsis etiam inuitis: ne ex humano suffragio Christi diuinitas prædicaretur: neve vnus esse ex multis ipse existimaretur, qui ab illis creati essent. Siquidem & pugiles suis legibus in deorum numerum referebant: immò & Adriani amores ac delicias. Vnde & vrbi Antinoi nomen inditũ est. Nam quum mors naturam mortalem esse testetur, aliam diabolus viam adinuenit, animę immortalitatem cui ingenti admixta adulatione plurimos in impietatem abduxit. Et malitiam quęso considera. Quando nos de ipsa rectè commodeque sentimus, nostrum euertit sermonem: ipsam verò quando ut noceat vult adstruere, magno eam studio confirmat. Nam si dicat quispiam, Qui fieri potest vt deus sit Alexander, nontalis (inquit) est anima. nunc scilicet de immortalitate uerba facis ac philosopharis, vt à summo Deo abducas? Verùm vbi nos maximum hoc Dei donum prædicamus, humilibus, & abiectis hominibus, brutisque animantibus nihilomelius affectis, & decepti sint, persuadere conaris. Et si dicamus crucifixum uiuere, risus protinus: quàmuis clamet uniuersus terrarum orbis & olim, & nunc, tunc quidem per signa, nunc uerò per eos, qui mundum ad Christum cõuerterunt, non enim hominis mortui sunt ista adeò præclarè gesta. Cæterum si quis uiuere Alexandrum dixerit, credis: quum tamen nullum huius rei proferre possis argumentum. Immò, ais, multa enim & magna dum uiueret, præclarè fecit. Siquidem nationes, & urbes subegit, in bellis multis ac pugnis superior euasit, ac trophæa erexit. Si igitur ego, quod ille viuus ne cogitarit quidem, nec alius quispiam ex omni hominum memoria, ostendero: aliamne quę res resurrectionis demonstrationem? Nam quòd uiuus quispiam qui rex sit, & exercitus habeat, bella prosperè fœliciterque conficiat & uincat: nihil mirum, supraque vulgi opinionem, neque nouum. At post crucem & sepulturam tanta passim terra, marique gessisse, id demum maximè stupendum, ac diuinam & arcanam declarat potentiam. Alexander post mortem suam dissipatum regnum, ac funditus euersum non reduxit: qui enim potuisset mortuus? Christus uerò, tunc potissimum quum mortuus esset. Et quid de ipso Christo loquor, quum suis quoque discipulis, ut post mortem celebres essent & clari, largitus sit? Vbi est, dic quæso, Alexandri sepulchrum? mihi ostendito, ac diem quo mortuus est dicito. Seruorum autem Christi splendida sunt sepulchra, quæ vrbem maximè regiam occupauerũt: & dies perspicui sunt, diem festum terrarum orbi facientes. Ad hæc, Sepulchrum illius, uel familiares ac domestici ignorant: huius autem etiam Barbari sciunt. Quin sepulchra seruorum crucifixi, regijs aulis sunt splendidiora, non ædificiorum amplitudine, ac splendore (hac etenim parte excellunt) sed quòd multò amplius est, conuenientium studio. Nam & ipse ille purpura indutus, peregrè proficiscitur sepulchra illa complexurus, & fastu posito consistit sanctos rogans, vt sibi apud Deum patrocinentur, & tabrnaculorum artificem ac piscatorem patronos etiam mortuos precatur ipse diadema gestans. Audebisne igitur, dic quęso, horum dominum dicere mortuum cuius famuli etiam mortui huius mundi regum sunt patroni? Atque id cernat quis non Romę tantùm fieri, sed etiam Constantinopoli. Nam & hic Constantinum illum magnum, magno se honore affecturum existimauit filius, si in uestibulis collocaret piscatoris. Et quòd in regiis ianitores sunt regibus, id in sepulchro ✠ reges sunt piscatoribus. Et illi quidem ueluti ipsius loci Domini intus habitant: hi uerò tanquàm accolæ, ac uicini præclarè secum agi putant, si ianua ipsis assignetur vestibularis: per hæc infidelibus planum facientes, maiorem in resurrectione futuram piscatorum excellentiam. Si enim hìc ad eum modum excellant in sepulchris, multò magis in resurrectione: atque immutata est status, ac dignitatis ratio. Reges quidem seruorum, ac domesticorum subeunt officium, subditi autem regum induunt dignitatem, immò uerò etiam clariorem. Et quòd istud citra adulationem dicatur, ipsa declarat veritas. Nam ab illis etiam isti clariores euaserunt. multò enim quàm

M Quòd Antinous Adriani amasius in Deũ sit cõsecratus, ex coq; Ægypti ciuitas nomen acceperit, uide Suidam, & Diuum Hiero. in locum Esaiæ, ca. ij. Et pueris alienis adhæserunt,

A

B

Inuocatio sanctorum.

✠ Græc⁹ codex habebat τουτὸ ἐν τῶ σώματι οἱ βασιλεῖς τοῖς βασιλεῦσι sed legẽdum arbitror τοῦ τὸ ἐνῶσιν ματι οἱ βασιλεῖς τοῖς ἀλλοσι

alia

C alia illa regum sepulchra, ista sunt veneranda magis. Siquidem illic, multa solitudo, hìc celebritas multa. Quòd si velis, cum regijs aulis hæc sepulchra comparare, rursum & hìc ipsa excellunt. Illic enim, qui alios magno cum fastu submoueant multi: hìc multi qui uocant & attrahunt, diuites, pauperes: uiros, mulieres: seruos, liberos. Illic metus multus: hìc ineffabilis voluptas. Sed suaue spectaculum, regem aureis amictum uestibus, coronaque ornatum conspicere, tum adstantes imperatores, duces, centuriones, tribunos, præfectos. Sed hæc sunt adeò uenerandà magis ac stupenda, vt illa cum his collata fabulam ac res ludicras existimes. Nam simulatque limina conscenderis, protinus locus ipse mentem in cœlum transmittit ad supernum regem, ad angelorum exercitum, ad thronum excelsum, ad gloriam illam inaccessem: atque hìc in terrestri dominio principis potestati subiacet, ut subditorum quosdam soluat, alios autem vinciat. At sanctorum ossa non hanc habent potestatem miserabilem & abiectam, sed il
D lam multò maiorem. Dæmones enim sistunt, ac torquent, & à uinculis illis acerbissimis uinctos liberant. Quid hoc tribunali terribilius, quum nullus videatur, nullus immineat dæmonis lateribus: clamores, dilacerationes, flagella, tormenta, dæmone non ferente admirandam illam virtutem? Et qui corpora gestarunt, incorporeas superant potestates. Puluis, ossa, denique cineres inuisibiles illas affligunt naturas. Propterea sanè ut regias aulas conspiciat, nemo vnquam peregrè proficisci sustineat. Atqui huius spectaculi gratia, reges multi sæpius peregrinati sunt. futuri enim iudicij uestigia, & signa nobis exhibent sanctorum martyria: quum Dæmones flagellentur, homines affligantur, & liberentur. Vidisti sanctorum uirtutem etiam mortuorum? Vidisti peccatorum imbecillitatem etiam viuentium? Quare ut huiusmodi obtineas, uitia fugito, & omni studio uirtutem sectare. Si enim talia sunt præsentia, cogita qualia erunt futura: atque huic amori assiduè deditus, amplectere vitam æternam: quam nos omnes assequi contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

E

Homilia xxvij.

FActus sum insipiens gloriando, uos me coegistis. ego.n. debueram à uobis commendari.] Absoluto de proprijs laudib. sermone: eo non contetus, rursum excusat, & veniam dictis deprecatur, necessitatis esse dicens, quòd facit non consilij. Attamen licet etiam vrgeat necessitas, insipientem se uocat. Initiò quidem dicebat, tanquam insipientem suscipite me. &, tanquam in insipientia. Nunc uerò hac dictione, tanquam ablata, insipientè se uocat. Postquam enim confirmauit per prædicta, quæ uoluit, magna cum fiducia deinceps, ac liberè huiusmodi reprehèdit delictum: omnes docens, ne quis vnquam, ne proposita quidem necessitate, seipsum laudet, quum causa etiam oblata insipientem seipsum uocet Paulus. Deinde dictorum culpam non in Pseudoapostolos, sed in discipulos omnem conuertit. Vos.n. (inquit) me coegistis. Si enim gloriarentur illi, neque id uos in errorem adduceret, aut perniciem: nequaquam sic adductus fuissem, vt in hosce sermones delaberet. Sed cùm totam corrumperent ecclesiam uestram spectans vtilitatem, insipiès fieri coactus sum. Nec dixit, metui, ne principatũ apud vos adepti sua dogmata disseminarent, sed istud quidem superiùs posuit dicens, Timeo ne sicut serpens Euam decepit, ita corrumpantur sensus uestri, ad eum modum hìc non loquitur, sed liberius, ac maiori cum authoritate, sumpta ex antè dictis fiducia. Ego.n. debui à vobis commendari. Deinde & causam ponit. non dicit rursus ipsas reuelationes, neque signa solùm, sed etiam tentationes. [Nulla.n. in re inferior fui summis apostolis.] Vide quo pacto rursum hoc quoq; in loco maiori cum authoritate loquatur. Priùs.n. dixerat, Existimo me nihilo inferiorè fuisse: hìc uerò pronunciatiuè: sic quod dixi, post probationes magna cum fiducia deinceps loquitur. Neque sic tñ à † modo, aut à suo more discedit. ueluti.n. magni quippiam locutus, atque sui rationem transcendens, cp cum apostolis se numerarit: ita rursum mitigat & addit, dicès: [Etsi nihil sum, signa apostoli pacta sunt inter uos. Ne hoc spectes (inquit) num uilis sim, & pusillus, sed an

Sup. 11. d

Ibidē.

F

Sup. 11. a

Ibidē. b

† modestia.

sed an non ea sis consecutus quę ab Apostolo consequi oportuit. Nec dixit, uilis, sed quod minus est, nihil. Nam quæ inde prouenit utilitas, quòd magnus sis, si nulli prosis? Sicuti videlicet periti medici nullus est usus, si laborantium neminem sanet. ne igitur (inquit) istud expendas, quòd nihil sum G sed illud consideres, & commodorum, (quę vos accipere oportuit) nullum omiserim: sed ego Apostolatus mei experimentum dederim. Proinde nil uerbis meis fuit op⁹. Porrò hæc dicebat non commendari cupiens (quo pacto enim id faceret, qui præ desiderio Christi cęlum paruipenderet) sed illorum salutis appetens. Deinde ne dicant quid ad nos, si nulla in re inferior fueris eximiis Apostolis, propterea adiecit: [Perfecta sunt inter uos Apostoli signa in omni patientia, & signis, & prodigiis.] Papę quam præclarè factorum pelagus paucis verbis prætercurrit. Ac uide quodnam primũ ponat, ipsam patientiam. Istud enim est Apostoli indiciũ, ferre omnia generosè. hoc paucis unica dictione exposuit. Signa uerò quæ ipsius industria non erant facta, pluribus expressit. Cogita enim, quot carceres, quot plagas, quot pericula, quod insidias, quot tentationum fluctus, quod bella intestina externa, quot dolores, quot denique impetus. hic patientiæ nomine significauerit, rursum per signa, quot excitatos mortuos, quot cæcos curatos, quot leprosos mũ H datos, quot dæmones expulsos. Hæc audiẽtes, facta nostra concisè narrare discamus, si quando ad ea narranda adigamur: quòd & ipse fecit. Deinde ne aliqui dicant, etiãsi magnus ac multa sis operatus, non tanta tamen, quanta in aliis ecclesiis fecerint Apostoli, subiunxit: [Nam quid est in quo fuistis inferiores cæteris ecclesiis?] Non minorem (inquit) quam alii gratiam consecuti estis. Sed fortasse dicet quispiam, Quid ita tandem omissa in Pseudoapostolos pugna, ad Apostolos sermonem conuertit? Ex abũdanti ipsorum sensus excitare uolens, & ostendere se non illis modò præstantiorem, uerum ne magnis quidem Apostolis inferiorem esse, idcirco, quum de illis uerba fecit, ait, magis ego. Quum uerò Apostolis se comparat, satis esse dicit, quòd inferior nõ fuit, etiam si plus quàm ipsi laborauerit. Hinc porrò ostendit, & Apostolos iniuria afficiant, quum cum, qui illis par sit, Pseudoapostolis post habeant. [Nisi quòd ipse ego non fuerim uobis onerosus.] Multa cum acerbitate rursum obiurgationem posuit. & quod sequitur acerbius est: [Condonate mihi iniuriam hanc.] Attamen acerbitas ista dilectionis uerba, & laudem illorum cõtinet. siquidem iniuriam suam existimarent, quòd ab ipsis aliquid sumere atque hinc ali non sustineret. Si hoc (inquit) accusatis non dixit, malè accusatis: sed multa cum lenitate, ueniam peto, condonate mihi hoc peccatum. Ac uide prudentiam: quoniam quidem istud subinde agitatum, dedecus ac probrum ipsis adferebat, continenter illud mitigat: ✠ nam superius quidem dicens, Est ueritas Christi in me, quia gloriatio mea ista non rumpetur. Deinde iterum, Non diligo uos? Deus nouit, sed ut auferam occasionem eorum, qui uolunt occasionem, &, Vt in quo gloriãtur, inueniantur sicut & nos. Et in priore, Quæ igitur mea est merces? ut Euangelizans sine sumptu ponam Euangelium. Et hìc, cõdonate mihi offensionem hanc. Vbique enim † fugit gloriam, quia] propter infirmitatem illorum non accipit, & hoc loco nõ est asper. Vnde hìc sic dicit, Si hoc delictũ esse putatis, ueniam peto. Hæc autem dicebat percutiens, & curãs. Enimuero ne hoc dixeris, Si percutere uis, quid excusas? si sanare, quid percutis? Hoc enim sapientiæ est, & secare & obligare uulnus. Deinde ne uideatur [gloriosus, & licèt prius dixerit, continuò idem tractat, eo quòd non acceperit. Nam] curat quidem istud, & in priore dicens: Non scripsi autem uobis, ut sic fiat in me: melius enim mihi mori, quam K ut gloriationem meam quis euacuet. Dulcius autem * hoc loco] & blandius. Quõ? [Ecce tertia uice nunc promptus sum uenire ad uos, & non grauabo uos: non.n. qro ea quæ uestra sunt, sed uos. Non.n. debent filii parentibus thesauros reponere, sed parentes filij.] Quòd autem dicit, hunc sensum habet: Non quia non accipio, propterea non adero, sed & secundò inisi, & paratus sum tertiò uenire, & non grauabo uos. Et causa iusta, Non.n. dixit, quia contemptibiles estis, quia uerberamini, quia infirmi estis: sed quid? Non enim quæro uestra, sed uos: maiora inquiro, animas pro opibus, salutem pro auro. Præterea quia suspicabant adhuc, quasi egrè erga se afficerentur

I Hactenus ex Veronẽ si exemplari Græco, quæ in Basilien si deerant, addita sũt.

Sup. 11. c.

Ibid.

Ibid.

1. Cor. 9. c.

† Cauet ne ostendat, & ✠ istud assiduè tractare ut aliqd accipiat Ibid.

retur, ideo & causam ponit. Qm̃ enim verimile erat dicere illos. Non enim licet, & nos habere, & nostra, addit cum multa gratia defensionem illorũ, dicens.] Non enim oportet filios paretibus thesauros reponere, sed parentes filijs.] Pro præceptoribus & discipulis, parentes ac filios ponens, & ostendens: q̃ rem debitam faciat, id q̃ non
L erat ex debito: non enim sic præcepit Christus, sed parcens illis hæc dicit. Propterea & amplius, quidda ĩ medio interponit. Nõ enim dixit solùm, q̃ non debẽt filij thesauros ponere, sed q̃ & debent parentes hoc facere. Igitur [indulgendum erit illis.] Ego
† quãdo quidem date oporteat, ego libẽtissimè. verò libentissim [impendam, & expendar pro animabus vestris.] Nam parentes quidẽ filijs thesaurizare lex naturæ præcipit. Ego aute non solùm hoc facio, sed & meipsum addo. Et ista excellentia est, nõ solũ nõ accipere, sed & addere, nõ simpliciter, sed cum magna liberalitate, idque ex ma-
† expendar. gna penuria. Nam q̃ dicit, † expendere,] insinuantis est. Si & ipsam carne insumere oporteat, non parcã propter vestrã salutem vnde additur cum improperatione & charitate. [Licèt amplius vos diligam, minus diligar.] Et hæc facio, inquit, pro his qui diliguntur, & * non] diligunt similiter. Cõsidera igitur, quot gradus commemorat. Licebat accipere, ipse aũt non accipiebat. Ecce primum, opus bonum. & quamuis inopia premeretur: ecce ſm. & illis prædicans: en tertiũ. & impendit: ecce quartũ. & non simpliciter adijcit, sed & cum incremento: ecce quintũ. & non solùm pecuniã, sed & seipsum: en sextum. & his qui non valde diligebant ipsum: ecce septimum. & his qui valde diligebantur: ecce octauum.

Morale.

M Hunc sanè & nos imitemur: nã magnũ quidem crimen est etiam non diligere: maius autẽ crimen fit, quãdo quis diligitur, & non diligit: nam qui diligit diligetem, nihil amplius habet telonarijs: at si neque hoc habes, bestijs inferior fueris. Quid dicis homo? Non diligis diligentem, & cuius gratia vives? Vbi autẽ posthac proderis, & ad quæ negocia idoneus? Num ad ciuilia? Num ad priuata? Minimè: nihil enim inutilius viro, qui amore caret. Nam id vitij solent odisse & latrones, & homicidæ, & parietum perfractores. & communicato solo tale, mensæq; participes facti, mores mutauerunt. Tu verò, non salis duntaxat, sed & verborum & rerum particeps, & ingrederis simul ac egrederis, non amas? Et illi quidem fœdè amantes totas substantias in mulieres impudicas profundunt: tu autem ita frigidus es ac fœdus, infirmusq; ac imbellis, vt vel sine sumptu amorem non suscipias, qui honestissimus esset. Et quis, inquit, erit sic miser? Et quis sic efferus, vt auersetur, & odio habeat amantem. Tu quidem bene facis, quòd non credis tam absurdam rem, ego verò si monstrauero multos esse tales, quomodò posthac confusionem non portabimus? Quando enim delictum traducis, quando A
alium maledicentem audis, & non excusas, quando clarescenti inuides: qualis est ista amicitia? Quamuis nec hoc amicitiam monstrare sufficiat, si non inuideas: sicut neque si non aperto bello impugnes ac hostis sis: sed amico assistere, ac suppetias afferre decet. Qm̃ autem cuncta facis & dicis, quibus proximus humilietur, quid ista anima miserius? Heri & pridie amicus & loquebaris cum illo, fortassis etiam comedebas repetè quoniam vidisti membrũ tuum magis honestatum, abiecta amicitiæ persona, hostilem induisti, imò insaniam. Insania enim manifesta est, alienis bonis cruciari. Hoc.n. rabidorum canum, & insanientium hoĩum est. Nã sicut illi, in omnium insiliunt facies inuidia exacerbati. Melius esset habere serpentem in visceribus sese voluntatem, quàm liuorem intus depascentem: nam illum sæpe pharmacorum vsu cuomi contingit, & alimento mitigari. Liuor aũt non voluitur in vi- B
sceribus, sed in aĩæ sinu versatur, affectioq; est difficilè curabilis. Et serpens quidem quum mus sit, appositio alimento humana corpora non contingit. Liuor autem, licèt plurima illi edulia proponas, illam deuorat animam, vndequàque mordens, discrumpens, distrahens, neque inuenire potes vllam medicinam, per quam à suo furore liberetur. Nunquid vna infœlicitate eius qui bene agebat melius habet, imò neque sic: nam licèt ille æger sit, alium tamen videns bene habentem illis doloribus obnoxius est, & vbique vulnera, vbiq; plagæ. Neque vllus est qui super terram habitat, & non videt clarescere quosdam. Adeoque excellens est morbus, vt licèt quis se domi-

domi includat, priſcis tamen viris olim mortuis inuideat. Et ſeculares quidem viros hæc pati, graue quidem eſt, veruntamen non ita graue: quantò magis cenſendum, & hi qui à turbis ſemoti huic malo ſunt obnoxij? hoc omnibus grauius eſt. Et voluiſſem quidem tacere, ſed ſiquidem ſilentium, rem ipſam minùs pudendam faceret, vtile foret tacere: at licèt ego ſileam, res tamen lingua mea fortius clamabit. Damnũ enim, nullum à verbis meis erit, quaſi euulgent vobis mala, lucrum autem fortaſſis & vtilitas quędam. Hic enim morbus & eccleſiam inuaſit, & hoc eſt quod omnia ſurſum ac deorſum conuertit, corporisq; C compagem diſcidit, & ſtamus alter contra alterum, inuidia nos armante. Idcirco valde diſtorta eſt rerum facies. Si enim omnibus ædificantibus vix ſtabunt qui docentur, quando omnes deſtruemus, quis tandem erit finis? Quid facis homo? non cenſes ferendum quòd ea quæ proximi ſunt deſtruantur? Nonne tua prius quàm quæ illius ſunt, infirma facis? Non vides extructores domuum, agricolas, quomodò omtadidẽ. nes + quidem] currunt, & ille quidem effodit, alius verò plantauit, alius autem radicem purgauit, alius item rigauit quod plantatum, alius ſepſit ac muniuit, alius iumenta abegit, & omnes ad vnum reſpiciunt, plantæ ſcilicet conſeruationem? Hìc autem non ſic, ſed planto quidem ego, turbat verò alius ac diſſipat. Sine ſaltem bene firmari vt robuſtior fiat, & inſidias ferre valeat: non meum opus perdis, ſed tuum deſtruis: ego plantaui, te autem oportebat rigare. Si igitur turbaris, & radicem euulſeris: non habebis quòd tu riges. Si vides clareſcere plantantem, ne timeas. Neque ego quid ſum, neque tu, neque enim plantans, neque rigans eſt aliquid. Vnius eſt opus Dei, atque ita cum illo pugnat, qui planta reuellit. Excitemur igitur aliquando, vigilemus: non timeo externum bellũ, quan D tùm pugnam domeſticam. Quoniam & radix, quando benè compacta fuerit in terra, nihil à ventis patietur, licèt concutiatur: ſi autem illam intus vermes deuorent, etiam nullo turbante cadet. Vſquequò ſicut tereb dines eccleſiæ radicem vorabimus? etenim à terra tales naſcuntur cogitationes, imò non à terra, ſed à ſtercore, cuius mater pucredo eſt: & non deſiſtimus à contemptibili cura mulierum? Simus aliqñ viri fortes, ſimus athletæ virtutum, repellamus magnam malorum horum corruptionem. Nã ſicut corpus mortuum, eccleſiæ video multitudinem nunc abiectam. Et quemadmodum in corpore recens mortuo, eſt videre oculos, manus, pedes, ceruicem & caput, ſed nullum membrum facit quòd debet: ita & hìc, omnes fideles præſentes, ſed non eſt efficax fides. Feruorẽ enim extinximus, & corpus Chriſti mortuum fecimus. Si autem horribile quòd dictum eſt, multò horribiliùs quando opera ipſa videntur. Nomina enim fratrum habemus, opera autẽ hoſtium: & membra omnes dicimus, & ſicut beſtiæ diſſidemus. Hæc noſtra non dico ut euulgem, ſed vt admoneam & ceſſetur. Ingreſſus eſt quis in domum, honorem obtinuit, decet vt gratias agas Deo, quod membrum tuum honoratur, & Deus glorificatur: tu autem contrarium facis, malè loqueris honeſtato, & ita vtroſque ſubneruas: nam & te quoque confundis. Quare miſer & ærumnoſe? Audiſti laudari fratrem à viris vel à mulieribus, * & dolore affectus es:] adde laudibus, & ſic teipſum laudabis. Sin laudem corruperis, priùs † teipſum malum dixiſti,] ſuſpectus factus, illum magis extollis: quando audis laudari, eſto eorum quæ dicuntur particeps, etſi non vita ac virtute], ſaltem congratulando illius bonis. Laudauit aliquem, admirare etiam tu: ſic & te laudabit ille, vt bonum & æquum. Ne timeas, quòd tuas laudes deſtruas alterum laudans. Id enim accuſando fieret: contentioſum enim eſt hominum genus, & quando viderit te maledicentem, auget encomia. Hac ratione accuſatores torquere volens, teipſum etiã apud alios accuſa. Vidiſti quantæ fœditatis authores * nobiſipſis] facti ſumus, quomodò perdimus gregem, ac diſcerpimus? Fiamus aliquando membra, fiamus vnum corpus, & qui laudatur, is quidem repellat laudes, & eas in fratrem conuertat: qui autem de alio audit, collætetur, ſic noſipſos congregemus, & caput nobis conciliemus. Si autem ſeparati fuerimus, F ẽt illius ſubſidio deſtituemur, quo abſente, corpus magnum accipiet damnum, quòd ſupernè non conſtringitur. Ne igitur hoc fiat, inuidia & liuore pulſo, multorum opinionem non curantes, charitatem & con-

† de teipſo] mè locutus es.

cordiam amplexemur, & futura bona consequemur quæ nobis omnibus eueniant, gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri ac Spiritui sancto gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxviij.

SEd est, ego non grauaui vos, sed quum essem astutus, dolo uos cepi. Nam per quemquam eorum, quos misi ad uos, circumueni uos? * Rogaui Titum, & misi cũ illo fratrem. Nunquid Titus uos circunuenit? nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne ijsdem uestigijs?] Verba hæc admodum obscurè dicta sunt à Paulo, sed nõ frustra, neque temerè. Nã qm̃ de pecuniis sermo, & pp illos est defensio, meritò adũbrata sunt dicta. G Quid igitur est q̃ ait, dicẽdo: Non accepi, sed paratus sum & addere & insumere? & multa de hoc etiam in priore & in ista epistola dicta sunt: nunc aliud qd dicit, quasi ex oppositione sermonẽ inducens, & prẽueniendo soluens. Quòd autem dicit, hunc sensum habet. Ego quidem uos non circunueni. Posset autem quis dicere, Fortassis ipse quidem nõ accepit, quum esset uersutus: sed subornarim missos à me, ut meo nomine aliquid à uobis acciperẽt, & per illos ipse acceperim, ut uidear accepisse, per alios accipiens, nõ per me ipsum. Sed neque hoc poterit quis dicere, etiã uobis restibus. Idcirco per interrogationẽ prę mittit sermonem dicens: [Obsecraui Titũ, & cum illo misi fratrem. Nunquid uos fraudauit Titus? An non ipse sicut ego ambulauit?] hoc est, neque ipse accepit. Vidisti quã tum diligentiæ incrementum? non solum seipsum ab accipiendo purum seruare, sed etiam eos qui à se mittebãtur, sic instituit, ut ne paruam quidem, carpere uolentibus Gen. 14 d ansam det. Hoc multò maiùs erat eo q̃ fecerat Patriarcha: nam ille quidem à uictoria rediens rege dante spolia non accipiebat, præter ea quæ illi comederant, hic aũt necessario alimẽto neque ipse usus est, neque socios uti permisit, ut impudentium H ora magis obturaret. Idcirco neq; affirmat, neque dicit, q̃ neque illi acceperint, sed q̃ hoc multò maiùs erat, ipse Corinthios testes adducit, quòd ipsi nihil acceperint, ut ne ipse sibi uideretur testis esse, sed illorũ sententiam citat. Id quòd solemus in ualde manifestis, & in his pro quibus audemus aliquid. Dicite (inquit) nunquid aliquis eorum qui à nobis missi sunt, fraudauit uos? non dixit, nunquis accepit aliquid à uobis, sed rem uocat fraudem, carpens illos & ostendens, quòd ab inuoluntarijs accipere fraus est. Et non dixit, Num Titus: sed dixit, Num aliquis: neque enim hoc poteritis dicere (inquit) q̃ alius quidem non accepit, alius uerò accepit: nullus enim accepit. Rogaui Titum: & hoc seuerè dicit. Non enim dixit, Misi Titum, sed rogaui, ostendens q̃ etiamsi accepisset, iustè accepisset, & sic quoque purus mansisset. Vnde iterum interrogat dicens: Nunquid uos fraudauit Titus? Nonne eodem spiritu ambulabamus? Quid est, eodem spiritu? Gratiæ totum tribuit, & ostendit q̃ tota hæc laus non à nostris laboribus, sed à spiritus dono bonum opus sit & à gratia. Etenim maxima erat gratia, inopia pressos & esurientes nihil accipere propter docendorũ I ædificationem. Nonne ijsdem uestigijs, hoc est, nè parum quidem ab hac diligẽtia recesserunt, sed eandem seruarunt regulã? [Rursum arbitramini quòd nos uobis excusemus?] Vidisti quomodò ubique metuit ne adulationis suspicionem admittat? Vidisti sapientiam apostolicam, quomodò Supr. f. continuè istud ponit? Etenim antea dixerat, Non iterum nosipsos commẽdamus, b sed dantes uobis occasionem gloriationis: Ibid. f. & in procœmio epistolæ, Num opus habemus commendaticijs epistolis? [Omnia a autem ad uestram ædificationem.] Iterum illos curat, & nõ manifestè dicit, q̃ propter infirmitatem uestram non accipimus, sed ut ædificemus uos. Manifestiùs quidem q̃ priùs dicens, & contegens id quòd dolebat non seuerè. Non enim dixit, propter infirmitatem uestram, sed ut ædificemini. [Metuo enim ne fortè ueniens, non quales uolo inueniam uos, & ego inueniar uobis qualem * non] uelitis.] Dicturus magnum & molestum quiddam, ea propter & defensionem ponit dicẽdo, quòd omnia pro uestra ędificatione: & apponendo, meruo, quòd aspetiùs dicendum præmitigat. Hoc enim iam non erat peruicaciæ, neque authoritatis doctoris, sed curæ paternæ: K † dubi- quando eos qui peccarunt correcturus, tant. metuit ac tremit. Sed neque sic desinit, neque pronunciat, sed ✠ cedens,] inquit, ne fortè

fortè veniens non quales volos inueniam: non dixit, virtute præditos: sed, non quales volo, per oīa amicitiæ nomina declarans. Et quid dicit, inueniã? significat præter expectationem. Sicut igitur inueniar à vobis. Non enim voluntas est, sed necessitas, quę ex vobis originem habet. Vnde dicit, Inueniam qualem nolitis. Hìc non dixit, qualem nolim: sed quod vehementiùs, qualem nolitis. Cæterũ voluntas illius erat, non † prauа] quidem, voluntas tamen erat. Poterat enim † verum] dicere, qualem nolim, & sic monstrare charitatem: sed non vult audito rem perturbare, imò etiam aspexior sermo sic factus est, nũc etiam magis verberauit, & mansuetiorem sese exhibuit. Hoc enim sapiẽtiæ illius proprium est, vt mansuetiùs percutiat & ꝓfundiùs secet. Porrò quoniã obscuriùs dixerat, detegit istud dicens: [Ne fortè sint contentiones, æmulationes, iræ, obtrectationes, susurri, tumores.] Et quod primum posituros erat, hoc postea ponit: nam contra ipsum efferebantur. Vt igitur non videatur primum sua quærere, commune ponit primùm. Hęc enim omnia ab inuidia prodierunt, calumniæ, accusationes, dissidia. Nam inuidia quasi radix quædam mala, iram, vituperationem, insolentiam, aliaq; omnia mala peperit, & ex illis maiora incrementa sumit. [Ne iterum veniẽs me humiliet, Deus meus apud vos.] Iterum & hisce perstringit. Sufficiebant enim priora (inquit) quòd & incipiens dicebat, parcens vobis, non iam veni Corinthum. Vidisti quomodo & indignationem monstrat, & amoris indulgentiam? Quid est aũt, humiliet? etenim gloria est, punire, improperare, pœnas exigere, locum iudicis occupare: sed hoc humilitatem vocat, adeò abfuit ab humilitate illa ꝓ aduentus corporis infirmus, & sermo contemptus, quia perpetuò voluisset sic placidus esse, & contrarium deprecabatur: & dicit in processu illud manifestiùs, humilitatemque potissimùm putat, in tantam incidere puniẽdi necessitatem. Et cuius gratia non dicit ne veniens humilier: sed, ne venientem me humiliet Deus? Quia nisi per illum non aduertissem, non curassem. Neque enim quasi potestatem habens & ferox pęnam exigo, sed propter illius præceptum. Sanè superiùs quidem istud ponit dicens: Inueniar qualem non vultis. Hìc autem

† præcipua.
† rursum.

L

Supr. 1. d

& mansuetiùs ac mitiùs loquitur, dicens: [Lugeam multos eorum qui peccauerunt, non simpliciter qui peccauerunt, sed qui non egerunt pœnitentiam.] Et non dixit, omnes: sed multos, quos nec ipsos manifestos facit, dans etiam hinc ad pœnitentiam reditum, declaransq; pœnitentiam posse neglecta emendare: non pœnitentes luget, sed ꝓ incurabiliter infirmi sint, & vulneribus saucij maneant. Cogita igitur Apostoli virtutem, quum sibiipsi nihil mali conscius sit, pro alienis malis luget, & pro his quę ab aliis neglecta sunt, humiliatur. Hoc enim potissimum doctoris est, sic cõdolere discipulorum calamitatibus, & lugere ac deplorare subditorum vulnera. Deinde dicit & speciem peccati, [In libidine & immunditia quam patrarunt.] Etiam hoc loco scortationem obscuriùs insinuat. At siquis diligenter inquisierit, inueniat hoc nomine etiam omne genus peccati vocari: nam licèt per excellentiam scortator & adulter vocetur immundus, attamẽ etiam alia peccata immunditiam faciunt in anima. Propter hoc certè & Christus Iudæos immundos vocat, nõ solam scortationem illis improperans, sed & alia flagitia. Vnde dicit, fecisse illos † immunda] ea quæ foris sunt, & ꝓ non ea quæ ingrediuntur coinquinãt hominem, sed ea quæ egrediuntur. Et † alibi, dictus est immundus, omnis immũdus corde.] Nihil enim virtute puriùs, nihil malitia impuriùs. Nam illa quidem Sole fulgidior, hæc verò luto fœtidior. Idque testantur etiam hi qui in luto volutantur, & qui in tenebris versantur, quando. s. quis illos vel parum respicere fecerit. Etenim quandiu suo more egerint, affectionibus ebrii, quasi in tenebris versantes, magna cũ turpitudine fœdè iacent, & nec sentiunt quidem satis vbi sint. Vbi verò viderint aliquem virtute præditum se redarguentem, vel etiam comparantem solum, tunc manifestiùs suam miseriam dignoscunt, quasi fulgore immisso: sic & suam fœditatẽ emẽdant & confecios erubescunt, licèt ille quidem seruus sit, & ipse liber, & ipse quidem rex, ille aũt subditus. Sic Helia viso, Achab confundebatur, & quamuis ille nihil adhuc dixisset, solo tamen aspectu illius cõfusus, & silente accusatore, condemnantem se tulit sententiam, loquens sicut hi qui capti sunt ac dicens: Inuenisti me inimice

M

Mora-
le.

† mũda.
Matth.
15.b
A

Mar. 7.
c

† alibi
dictum
est, im-
mũdus
apud
domi-
nũ om-
nis qui
elato est
corde.

3. Reg.
21.f

mice meus. Sic multa libertate cum tyran-
B no illo Helias tunc loquebatur. Sic Hero-
des ægrè ferens confusionem ex reprehen-
sionibus manifestius indicauit, voce lin-
guæ propheticę magis & clarius fulgente.
Cõiecit in carcerem Ioannẽ, quasi nudus,
Mar. 6. & lumen extinguere attentans, vt iterum
c in tenebris sit, imò ipse quidem nõ est au-
✠ sub sus extinguere, sed quasi † scabellum] in
modiũ. domo posuit. Misera autem & infelix illa
hoc facere compulit. Atqui neque sic obue
lare potuerunt reprehensionem, sed magis
accenderunt. Interrogãtes enim, quare Ioã
nes in carcerem coniectus est, causam didi
cerunt, & omnes qui post ea secula, in terra
mariq; habitant, & qui tunc fuerunt, &
qui nunc sunt, & qui erunt rursùs manife-
stè scient malam istam tragœdiam, tàm li-
bidinis, quàm cędis illorum: neque vllum
tempus memoriam horum delere poterit.
Tanta res est virtus, sic immortalem habet
memoriam, sic etiam solis verbis sibi ad-
uersantes perstringit. Quare coniecit il-
lum in carcerẽ? quare non contempsit? Nũ
quid ad tribunal illum tracturus erat? num
adulterij pœnam exegit? Nonne reprehen
sio in solis verbis erat? Quid igitur timet
ac tremit? Nonne verba erant ac reprehen
sio nuda? imò * magis quàm] res morde-
C bat. Non duxit ad tribunal, sed traxit ad
aliud, nempe conscientiæ tribunal, & om-
nes constituit illi iudices, qui in mente il-
lius sententiam ferre poterant. Hanc cau-
sam tremebat tyrannus, virtutis facem nõ
ferens. Vidisti magnam virtutem? vinctum
tyranno clariorem fecit, & hunc ille me-
uit ac tremit. Sed ipse quidem ligauit so-
lùm. Polluta autem illa etiam ad cædem
✠ in hũc impulit, tametsi † in hoc maius illi cri-
crimen men erat.] Neque enim tunc ad illam vt
magis. corriperet, iuerat, & occurrendo dixerat,
verge- Quare cohabitas tyranno? non quoniam
bat. reprehensione carebat: nequaquam, sed
hinc totum corrigere, volebat. Idcirco
reprehendit illum, neque illum austeriùs.
Non enim dixit, sceleste, pollute, & præua-
✠ Dei le ricator ac prophane, conculcasti † Christi
gem. legem,] contempsisti, quæ statuta sunt, po-
tentiam tuam legem fecisti: nihil horum,
Matth. sed etiam in reprehensione apparuit multa
14. a & mansuetudo viri ac mititas. Dixit enim,
Mar. 6. Non licet tibi habere vxorẽ Philippi fra-
c tris tui: erat enim magis verbum docentis,
quàm reprehendentis: erudientis, q̃ punien-
tis: instituentis, q̃ traducentis: corrigentis,
quàm insultantis. Sed hoc est q̃ dixi, Furi
lux inimica est: molestus est iustus peccan-
tibus etiam solùm apparens: grauis etiam,
si vel spectetur. Non enim ferunt illius ra-
dios, sicut nec Solis iubar, qui oculorum
morbo tenẽtur. Quin grauis est multis ma
lis, etiamsi audiatur solùm. Idcirco & pol- D
luta ac sceleста illa doctrix filiæ, imò filiæ
trucidatrix, quãuis neq; vidisset illum, ne-
que audiuisset illius vocem, ad cædem inci
tat: ac facit, vt quam ad molliciem educa-
rat, ea ad homicidium properaret. Ita illũ
valdè timebat. Et quid dicit? Da mihi in pa
tina hìc caput Ioannis Baptistæ. Quò te
fers præceps misera & calamitiosa? Nun-
quid adest accusator? Nunquid obturbare
videtur? Alij dicebant, Grauis nobis est ad
videndum: illa etiam ait, vt audiatur. Ideo
dicit, Da mihi caput Ioannis. Quin & in
carcere est propter te, & catena circunliga-
tur, & licet tibi sic insolenter agere in amo
re ac dicere, Sic deuinxi regem, q̃ neque
publicè reprehensus dimisit ac recessit ab † aufe-
amore, neque adulterium † amisit,] sed re- rit.
prehendentem vinxit. Quid insanis & ra-
bida es, habens & reprehensa adulterum?
Quare mensam furiarum inquiris, & cru-
delium Dæmonum instruis conuiuium?
Vidisti, quàm contemptibilis, quàm metí- † malí-
culosa, quàm minimè virilis res sit ✠ inui- tia?
dia?] Quomodò q̃n maximè inualescit, tũc
infirmior fit. Et enim ista nõ sit turbabatur
antequam Ioannem in carcerem cõiecis-
set, sicut detento illo turbatur. Et addit, Da
mihi hìc in patina caput Ioannis. Et qua-
re hic? Ne obumbretur (inquit) inuidia, ne
eripiant illum quidam à periculo. Et qua-
re non totũ mortuum requiris, sed caput?
Caput quòd contristauit, linguamq; hanc E
silentem videre desidero. At secus euenit:
nam ò misera & ærumnosa, vt abscecta est,
clarius postea clamauit. Nam tunc quidẽ
in Iudæa solùm clamabat, nunc autem ad
fines terræ venit, & vbicunque in ecclesiã
ingrederis, siue Maurorum, siue Persarum,
siue etiam Britannicarum insularum, au-
dis clamantem Ioannem, Non licet tibi
habere vxorem Philippi fratris tui. Verùm
ista nihil sciens sapiẽter agere, vrget & im-
pellit stultum tyrannum ad homicidium,
timens, ne fortè pęniteat.

Morale.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Morale.

Tu autem discę iterum etiam hinc uirtutis robur, neq; inclusum, neque ligatum ✠etiam, siętem ferre] iustū. Vidisti quàm immunda? nam pro cibis humanis, caput ī patiua affert. Quid pollutiùs? quid scelestius? quid imprudentiùs puella illa? Quā emisit uocem in theatro Diaboli, & in cō uiuio Dæmonum? Vidisti linguam & linguam, illam afferre remedium, hanc venenum & instruentem mensam cōuiuii Diabolici. Cuius gratia non iussit in cōuiuio intus occidi, & maior illi fuisset voluptas? Timebat ne præsens visus, omnes suo aspectu mutaret, ob sermonis fiduciā. Propter hoc caput requirit, clarum ✠fornicationis] triumphum statuere uolens, deditq; matri suæ. Vidisti saltatriculæ prędia? uidisti spolia Diabolicarum insidiarum? Non caput Ioannis dico, sed ipsum cohabitantē. Nā si quis diligenter inquirat, contra regē erit triumphus: & quæ uicerat, uicta est: & cui caput desectum, coronatus, ac laudabatur etiam post mortem, uehementiùs concutiens eorum qui peccarent conscientiam ac mentem. Et ꝙ non rethoricando hęc dicam, ipsum audi Herodem, qui ubi Christi miracula audiuit, dicebat, Hic est Ioannes, ipse excitatus est ex mortuis, & ꝓpter hoc operantur in illo uirtutes: adeò uiretscentem habebat metum, & perpetuum cer tamen, & neq; conscientiæ poterat abiicere formidinem, sed mansit iudex ille incorruptus, constringens illum & quotidie pę nam cædis exigens. Hæc scientes ne timeamus, ꝙ mala patimur, sed ꝙ malè facimus. Nam illud quidem uincere est, hoc autem uinci. Vnde & Paulus dicebat, Quare non magis iniuriam patimini? imò uos iniuriā facitis & damno afficitis, idq; fratres. Nam dum mala patimur, expectamus coronas, brauia, celebritatem: quòd etiam in omnibus Sanctis uidere licet, quoniā omnes sic coronati sunt, sic celebrati sunt: sic & nos hanc incendamus uiam, & oremus quidem, ne intremus tentationem: si autē aduenerit, magna feramus constantia, cum gruam alacritatem declarantes, ut futurorum bonorum compotes fiamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo prtri ac Sancto spiritui, gloria, &c.

✠ & silē tē ferr.

F

Mat. 14 a
Mar. 6. b &
Luc. 9. a

1. Cor. 6 b

G

Homilia xxix.

TErtia uice nunc ueniam ad uos: in ore duorum testium & trium stabit omne uerbum.] Ex multis quidem etiam aliis locis, sed & ex hoc potissimum uidere licet insignem Pauli & sapientiam, & dilectionem. Quàm potens. n. & frequens in ꝓmissionibus, quàm tardus & cunctabūdus est in punitionibus. Non. n. statim peccantes puniuit, sed denuncians semel ac iterū: & neque sic prævaricantes punit, sed iterū denunciat, dicens: Tertia uice nunc uenio ad uos. Et antequam adero, iterum scribo. Deinde ne mora ignauiam operetur, uide quomodo etiam hoc corrigat, subinde interminans; intentansq; plagam ac dicens: Si iterum uenero, non parcam: &, ne fortè ueniens lugeam multos. Hæc autem facit & dicit, Dominum omnium etiam sic imitans. Quoniam & Deus quidem frequēter minatur & sæpe denunciat, non autem crebrò punit & cruciat: idipsum etiam ipse facit. Eapropter etiam antea dicebat, Parcēs uobis non iam ueni in Corinthum. Quid est, parcens uobis? Ne inueniam peccātes, & emendationem respuentes, inferam supplicium & pœnam & hic: Tertia uice nūc ueniam ad uos, in ore duum testiū, & triū stabit omne uerbum. Non scriptum scripto coniungit, quòd & alibi fecit dicens: Qui adhæret scorto, unum corpus est: Erunt. n. inquit in carnē unam: tametsi hoc de legitimo coniugio dictum esset: sed abusus est dicto hoc, in hoc utiliter, ita ut magis terreat: quòd certè & hoc loco facit ✝pœnarum loco suum aduentum] ponens & denunciationes. Quòd autem dicit, hoc sibi uult: Semel dixi ac iterum, quando aderam, dico & nunc per litteras, & si quidē audietis, ex mea sententia facietis. Sin eritis inobedientes, necessarium deinde, ut statuantur ea quæ dicta sunt, & inferatur pœna. Ideo dicit, [Prædixi & prædico ut p̄ sens secundò, & absens nunc scribo, his q̄ antea peccarunt, & reliquis omnibus, ꝙ si uenero iterum, non parcam.] Si enim in ore duum testium & trium stabit omne verbum: affui secundò & dixi: dico autem & nunc per epistolam: necesse est deinde libere loqui uerum. Ne. n. putes minus habere literas quàm p̄ntiam: nam quemadmodū p̄ns dicebam, ita & absens nunc scribo. Vi-

Cap. 13.

H Sup. 12. g

Ibid. 1 d

1. Cor. 6 d

✝ testimoniorū loco suos ad uentus.

I

disti paternam curam? vidisti doctrinā prouidentia dignam? * neque siluit, neque puniuit.] quin & prædicit sæpius & perpetuò minatur, & remoratur, * supplicium] etsi manserint incorrigibiles, minatur tunc illos experturos pœnam. Quid autem prædixisti præsens, & absens scribis? [Si denuò venero, non parcam.] Quoniam priùs monstrarit q̄ non possit † cogi vt hoc faciat,] & rem hanc vocarit luctum & humiliationem. Ne fortassis enim (inquit) cùm venero ego, Deus me humiliet apud vos, & lugeam multos, ex his qui priùs peccarunt, & pœnitentiam nō egerūt: rationemq; reddiderit illis, & q̄ semel ac iterùm & tertiò prædixerit, & q̄ omnia fecerit, ac conatus fuerit, impedire pœnam, ac metu verborum meliores reddere: tunc rādem graue & valde horrendum hoc verbum posuit dicens, Si venero denuò, non parcam: non dixit, K puniam & exigam pœnam, sed verbis admodum paternis, etiam ipsam pœnam posuit, monstrans sua viscera, & cōdolentem illis mentem, propter quòd semper parcēs differebat. Deinde vt ne etiam nunc putēt, q̄ iterū differat & simpliciter minetur verbis, ppter hoc & antea dixit, In ore duùm vel trium testium stabit omne verbum, &, Si venero denuò, non parcam, Quòd autē dicit, hunc sensum habet: Non vltra differam si incorrigibiles inuenero, quod absit: sed planè intentabo pœnas, & persequar id quòd dixi. Deinde cum multa ita seruētique indignatione ad subsannantes se tanquam infirmum, & aduentum suum irridētes ac dicentes, aduentus ille inefficax est, & sermo friuolus, quasi his respondens dicit: [Quandoquidem experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christi.] Nam hoc & illud perstringens ac carpens dixit. Quòd autē dixit, hoc est: Q̄m vultis probare, nū in me Christus habitet, & correctiones exigitis, & propterea me irrideris quasi vilem & contemptibilem, quasi hac virtute destitutū: scitote q̄ non sumus destituti si exhibueritis occasionem: q̄ absit. Quid igitur, dic obsecro, Num pp hoc punis q̄ experimentum quęsierunt? Non dicit: nā si hoc quæsiuissēt, principiò statim peccantes punijsset, & non distulisset. L Quòd autem hoc non quærat, pergens manifestiùs ostēdit, ac dicit: [Precor autem vt ne quid mali faciatis, non quò nos probati appareamus, sed vos probati sitis: nos verò * veluti] reprobi simus.] Non igitur tāquam causam reddens hoc ponit, sed magis succensens, imò perstringens se contēnentes. Nam ego qui dē (inquit) nolim vobis id experimenti dare: si aūt vos dederitis causam & volueritis me prouocare, scietis reipsa. Et vide vt one rosum facit sermonē: non enim dicit, quādoquidem experimētum mei quæritis: sed eius qui in me loquitur Christi: monstrans q̄ in illum peccarunt: & non simpliciter dixit, eius qui inhabitat, sed, qui loquitur, offendens spiritualia esse verba: † quę si illius virtutem non indicent,] neque puniat, (deinde enim à seipso sermonem illuc trāstulit, terribiliores minas faciens,) non pp infirmitatem, potens enim erat, sed pp longanimitatem. Ne igitur patientiam illius infirmitatem quis putet. Quid enim miraris, si non aggreditur nunc vt puniat peccātes, neq; exigat penā, sed patiens est ac longanimis, cum & ipse se crucifigi scilicet sustinuerit, tantaq; passus non puniuerit? Idcirco & subdidit: [Qui erga vos non est infirmus, sed potens est in vobis: nam quamuis crucifixus fuit ex infirmitate, viuit tn ex potentia Dei.] Multa obscuritatem habent verba hæc, & infirmiores turbant, eà propter operæpretiū fuerit ea manifestiùs explanare, & dictionis illius circa quam est obscuritas exponere. significata, ita vt ne minimis quidem offendatur. Quid igitur hoc quòd dictum, & quid indicat? Infirmitatis nomen, & in quo significato dictū est, discere necessarium. Vna enim dictio, sed multa eius significata sunt: nam & corporis aduersa valetudo infirmitas dicitur. Vnde & in Euangelio dictum, Ecce quem diligis, infirmus est, de Sancto Lazaro: & ipse dicebat, Infirmitas ista non est ad mortem. Et de Epaphra Paulus, Et enim infirmus fuit ferè vsq; ad ad mortem, sed Deus misertus est illius. Et de Timotheo, vino modico vtere propter stomachum tuum, & frequētes infirmitates tuas. Hæc enim omnia corporalē infirmitatem significāt. Dicitur item infirmitas, non esse solidatum in fide simpliciter, neq; perfectum esse. Et hoc significās Paulus dicebat, Infirmum autem in fide suscipere. Et iterum, Ille quidem credit, vt manducet omnia: alius autem infirmus olera comedit, infirmum in fide significans. Ecce duo significata infirmitatis. Est

† hoc sacere nisi cogat. Sup. 12. g

† Si verò ipse virtute non indicet,

M

Io. 11. d

Philip. 2.

1. Tim. 5. d

Ro. 14. a

Ibid.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

A fis. Est & aliud tertium significatum infirmitatis. Quale hoc? persecutiones, insidiæ, Sup. 12. c insultus, tentationes, adductiones ad tribunal. Et hoc manifestãs Paulus, pro hoc ter dominum rogaui, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur. Quid est, in infirmitate? in persequutionibus, in periculis, in tẽtationibus, in insidiis, in morbus. Et hoc manifestans dicebat, propterea glorior in infirmitate. Deinde ostendens quam dicat in Ibi. 11. g, & 12 c firmitatem: non febrem dicit, non ambiguam fidem. Sed quid? si contumeliis, in Ibi. 11. c persequutionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, ut inhabitet in me uirtus Christi. Quando enim infirmus sum, tunc potens sum: hoc est, quãdo persequutionem patior, quando expelIbidem lor, insidiis impetor, tunc potens sum, tum magis ualeo, & superior sum insidiantib. gratia uberiùs in me inhabitante. Sanè secundum hoc tertium, Paulus infirmitatẽ hoc loco posuit. & quòd dicit, hunc sensũ habet: ut iterum refutet, quòd & antea dicebam, quia contemptibilis esse uidebatur non enim uolebat gloriari, neque id quòd erat esse uideri, B neque ostentare potentiã qua prædítus erat, ut puniat & uindicet, unde & contemptior esse putabatur. Igitur quoniam hoc putantes in magna ignauia & stupore erant, nec a peccatis resipiscebant, accepta occasione opportuna, etiã de his magna austeritate differit, ostendens, quòd non per infirmitatem hoc faciat, sed ob longanimitatem. Deinde, id quod dixi, ab ipso transferens in Christum sermo intendit rimorem, & anget minas: uult autẽ dicere, Non enim licèt puniam, & castigẽ peccantes, ego sum qui punio & castigo. Est qui in me habitat ipse Christus: si autẽ non creditis hoc, sed uultis experimẽtum accipere; re ipsa eius qui in me habitat, scietis statim. Neque enim infirmus est erga uos, sed potens est, quamuis ubique potens sit: nam siue infideles uoluerit punire, siue Dæmones, siue quibuis, potens est. Et propter quid appositum, erga uos? Quid igitur nulit additio? Verbum est, quo multum inhortatur illos ex his quæ olim exPotentiam declarat, quòd debeatis corrigi 1.Co.5. d quòd & alibi dicebat, Quid autem ad me, etiam exteros iudicare? Nam ab exteris, inquit, pœnam sumet in die iudicii: a uobis autem nunc, ut ab illo supplicio liberer. C Attamẽ uide quomodo hoc cum magna cura & dilectione factum, eo feruore dicit, ut & metum ponat, inquiens: [Qui nõ infirmus est erga uos, sed potẽs est in uobis. Etenim, licèt crucifixus sit ex infirmitate, uiuit tamen potentia Dei.] Quid est, licèt crucifixus sit ex infirmitate? Etenim licèt uoluerit, inquit, hoc sustinere quòd infirmitatis esse uidetur, sed propterea suã potentiam imminuere noluit. Maner. n. eadem, & inexpugnabilis, & nihil lædítur a facto hoc quod infirmitatis esse putatur: sed istucipsum maximè illius ostendit potentiam, ep & talia sustinuit, & suam uirtutem non mutilauit. Ne igitur te offendat infirmitatis uerbum. Quoniam & alio loco dicit, Quod stultum Dei, sapientius hominibus est: & quod infirmum Dei, potentiùs est homin ib. quamuis Deus nihil stultum, uel infirmum habeat, sed crucem sic uocauit, iuxta infidelium suspicionem de ea loquens. Audi igitur illum seipsum interpretantem: Verbum. n. crucis, his quidẽ qui pereunt, stultitia est: nobis uerò qui seruamur, uirtus Dei est. Et iterum: Nos autẽ prædicamus Christum, crucifixum, Iudæis quidem offendiculum, gẽtibus autem stultitiam, illis autem qui uocati sunt cum Iudæis tum gentibus Christum Dei uirtutẽ ac Dei sapientiam. Et iterum: Animalis autem homo non percipit ea, quæ spiritus sunt. Stultitia enim illi est. Vide quomodo ubique infidelium errorem interpretatur stultitiam, etiam crucem infirmitatẽ existimantium. Ita etiam hoc loco infirmitatem dicit, non quæ erat, sed quæ ab infidelibus esse putabatur. Non hoc igitur dicit, qui cum infirmus esset, crucifixus est. absit: nam quòd omnino potuisset non crucifigi ostendens, alibi prosternit hos, qui capere conabantur, ita ut supini caderent: alibi radios è corpore emittit transfiguratus, alibi ficulneam arefecit, & oculos eorum qui ad se uenichant excæcat, & innumera alia fecit. Quid igitur est, quòd dicit, ex infirmitate licèt crucifixus sit, periculum & insidias ferens (nã admisiam infirmitatem pericula & insidias uocari) attamen nullum damnũ sensit. Hæc autem dicebat in seipsum exemplum trãsferens. Nam quoniam uidebant se in persequu-

1.Co.1 c

Ibidem

Ibidẽ. d Ibi. 2. d D

Io. 17. b Matth. 17. a Ibid. 1 a b

quutione esse, vexari, contemni, & non ulciscebantur se, nec euadebant, docens illos, ꝙ neque ipsi per infirmitatem hæc patiebantur, ob hoc, quòd non possunt euadere, transfert sermonem ad Dominum: Quia & ipse, inquit, crucifixus est, ligatus est, innumera passus est, & non euasit, sed
E manſit ſuſtinens ea, quæ infirmitatis esse putabantur, & hac ratione potentiam suã declarans, ꝙ etiam nec euadens nec se vlci scens, nihil omnino damni acceperit. Vitam igitur non remorata est crux, nec resurrectionem impediuit, sed & resurrexit, & uiuit. Quando autem crucem audis & vitam, de dispensatione accipe sermonẽ. De illa enim omnis sermo ille. Quòd autem, inquit, ex potentia Dei, dicit non ꝙ ipse infirmus sit ad uiuificandam carnem,
Ioan. 12 d sed quòd eadem sit illi cum patre. Dicens enim, Ex potentia Dei, non ꝙ infirmus sit
Ibid. 16 b sed ex potentia sua dixit. Quòd & ipse illã resuscitarit & conseruet, audi ipsum dicen
Ibid. 17. b tem, Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus suscitabo illud. Quòd si autem patris esse dicit, quod suum est, ne turberis. Omnia enim quæ patris mei, mea sunt, inquit, Et iterum: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Igitur quemadmodum ille crucifixus nihil damni passus est, inquit, sic neque nos qui in persecutione sumus, & infestamur. Idcirco & addit, [Etenim & nos infirmi sumus in illo, sed uiuemus in illo ex
F potentia Dei.] Quid est, infirmi sumus in illo? Persecutionem patimur, vexamur, extrema patimur. Sed quid est, in illo? Propter prædicationem, inquit, & fidem quæ in illum. Quòd si dura & grauia sustinemus propter illum, manifestum quòd, & præclarè habituri sumus. Ideo & subdit, [Sed seruamur cum illo ex potentia Dei. Vos ipsos tẽtate, num sitis in fide, vosipsos probate. An nõ cognoscitis vosipsos, quòd Christus in uobis est? nisi aliquatenus reꝓbi sitis: spero autem vos cognituros, quòd nos non simus reprobi.] Nam quoniam ꝓ prædicta ostendit, quòd quamuis non,
†iuadat ✠ euadat,] non quasi nõ habens in se Christum, sed imitans longanimitatem illius, qui crucifixus, & non se vltus est. Iterũ aliter istucipsum operatur, & maiore abundãtia a discipulis sermonem conficit. Quid enim dicam de me doctore, inquit, cui tãta sura est, & cui concreditus totus orbis, & qui tanta feci signa: vos.n. ipsos si uolueritis discutere, qui in discipulorum ordine estis, videbitis quòd & ī uobis Christus. Si autem in uobis, multò magis in magistro. Nam si fidem habetis, & in vobis est Christus: nam qui tunc credebant, miracula operabantur. Proinde & subdidit: Vosipsos tentate, num sitis in fide, vosipsos probate. An non cognoscitis vosipsos, quòd Christus in vobis? nisi aliquatenus reprobi sitis. Si autem invobis, multò magis in magistro. Cæterum mihi videtur hic fidem dicere illam, quæ miraculorum est. Nam si G
habetis fidem illam, Christus in vobis est, nisi aliquatenus reprobi facti sitis. Vidisti quomodo iterum terret, & abundanter ostendit apud se esse Christum. Hoc enim loco uidetur mihi etiam ad vitã illos incitare. Nam quoniam non sufficit fides ad conciliandam sibi spiritualem efficaciam, dixit autem, Si estis in fide, Christum* habete in uobisipsis. Contingit autem multos esse ab hac efficacia uacuos, licèt fidem habeant, soluens dubium, inquit, nisi aliqua ex parte reprobi sitis, & habetis vitã corruptam: Spes verò mihi est uos cognituros, ꝙ nos non simus reprobi. Consequẽter erat dicendum, Si autem uos reprobi facti estis, sed non nos. At non sic dicit, ut ne plagam inferat, obliquè istud insinuat, neq; affirmans & dicens: Reprobi estis: neque per interrogationem pronuncians & dicens: Si autem uos reprobi? sed illo ipso per interrogationem omisso, & obscure in se ostendit addens, Spero aũt uos cognituros ꝙ nos nõ simus reprobi.* Rursum hic minæ multæ, terror magnus. Quandoquidem, inquit, hinc per nostram in vos animaduersionem experimẽtum sumere uultis, id perfacilè uobis planum faciemus. H
Cæterũ ad eum modum non loquitur, sed maiori cum grauitate ac minis grauioribus. Spero aũt uos cognituros, ꝙ nõ simus reprobi.] Nam oportebat quidem ẽt absq; hoc scire, vos, inquit, scitis, & ꝙ Christum hẽmus in nobis loquentem & operantem. Qm̃ aũt & reipsa uultis accipere experimẽtum, scitote ꝙ non sumus reprobi. Deinde quoniam minas intentauit, & pœnas iã ad fores adduxit, & in timore constituit illos, & expectare fecit pœnam: vide quõ ite rum dulciorem reddit sermonẽ, & mitigat timorem, & ostẽdit se ab ambitione alie-

num

UNIVERSIDAD DE MURCIA

num,discipulorumq; curam gerẽtem,animo erectum, & cõsilio prudentem,uanãq; gloriam aspernantẽ. Hæc enim omnia ostendit in his,quæ subdit dicens:[Precor ãt Deum,ut ne quid mali faciatis,* non quò nos approbati appareamus,] sed uos quod bonum est faciatis,nos autem quasi reprobi simus.Non enim possumus aliquid contra ueritatem,sed pro ueritate. Gaudemus enim nos,cùm nos infirmi fuerimus, vos autem potentes sitis:hoc autem insuper p̃camur uestram integritatem.] Quid huic animæ comparabitur? contemnebatur, respuebatur,illudebatur,subsannabatur,quasi uilis,quasi contemptibilis, quasi arrogatus,quasi glorioſus in uerbis quidem,re autem ipsa neq; paruã virtutis suæ uim ostentans,non solum differt,neq; solùm cessat, sed & precatur, ne detur sibi talis occasio. Precor.n.(inquit)ne faciatis malè quippiã, non vt nos probati uideamur, sed ut uos quod bonum est,faciatis,nos aũt quasi reprobri simus.Quid est quod dicit? Obsecro Deum (inquit) & oro, ut nullũ inueniã incorrectum, nullum inueniã non pœnitentẽ, imò neq; hoc solùm, sed neq; inueniã initium peccati:dicit enim. Ne quid mali faciatis:si autẽ peccaueritis,pœniteatis & p̃occupetis vos emendando,oẽmq; repellite irã: neq; enim hoc studeo, ut sic † reprobi simus,sed planè contrariũ,ut ne uos reprobi appareatis.] Nã si manseritis(inquit)sine pœnitentia peccantes,necessarium erit, ut puniamus & castigemus, ✠ & exerceamus corpora nostra:]quod & in Sapphira,ac Mago factum est, & demus experimentũ uirtutis:non autẽ precamur hoc, sed contrariũ,ut neq; uos sic probati appareamus, hoc est, ne sic experimentum declaremus potentiæ nostræ in puniendis vobis, & castigandis peccatoribus, incurabiliterq; laborantibus.Sed quid? vt vos quod bonum est faciatis,hoc precamur,vt semper uirtutem operimini, semper corrigamini, nos verò quasi reprobi simus, non declarantes nostram punitiuã uim:& non dixit,reprobi: non enim futurus erat reprobus, licèt non puniſſet, sed propter istud ipsum magis probatus.Quasi dicat,quamuis nõnullis suspicentur nos,quia non ostẽtamus nostram potentiam,esse contemptibiles,& ea destitutos,nihil hoc nobis curæ est. Satius enim,vt tales ab illis habeamur, quàm si plagis potentiã, quam dedit nobis Deus, †consilio minus recto] declararemus.Non enim possumus contra veritatem, sed pro veritate:ut enim non uideatur, illis condonare,hoc.n.est animi a uana gloria alieni, sed q̃ faciat id quod rei postulabat natura, hoc subdidit dicens:Non.n.possumus contra veritatem.Nam si inueniemus (inquit) uos probè agentes & repellentes peccata p̃ pœnitentiam,ac fiduciam erga Deũ habẽtes,neq; poterimus,etiamsi uellemus,in posterum punire:sed etiãsi attentaremus,non cooperaturus esset Deus. In hoc.n. nobis dedit potentiam, ut sententiã ueram feramus & iustam, non à veritate uel paululũ diuersam.Vidisti qũo ubiq; sermonem facit minimè molestum, & minarum asperitatem mitigat. sicut hoc satagebat, ita & mentem suam illis,quãt esse addictam:propterea etiam subdidit dicens: [Gaudemus cum nos infirmi fuerimus, uos autem uali di sitis. Hoc autem insuper precamur uestram integritatẽ.] Minimè enim (inquit) poterimus aliquid contra veritatem, hoc est punire uos benè agentes: & quia nõ possumus,propter hoc nolumus,sed contrariũ cõcupiscimus: quin & propter istucipsum maximè gaudemus, q̃ nõ inuenimus vos tales,qui occasionem nobis exhibeatis, ut nostram quæ in puniendo est potentiam ostendamus,licèt talia facientes nos claros & probatos & potentes declararemus: sed contrarium uolumus,nempe,vt uos probati & irreprehensibiles sitis, & nos nunquã inde gloriã lucrifaciamus. Ideo dicit, Gaudemus.n.quando nos infirmi sumus.Quid est,infirmi sumus? quando existimamur infirmi,non q̃ simus infirmi.Sic.n.putabant inimici,cum iam facultatem puniendi nõ manifestaret: attamen gaudemus quando sic conuersamini,q̃ non datis occasionem nobis castigandi uos, q̃ nobis dulce est ac gratum, quando sic existimamur infirmi, modò ut uos irreprehensibiles sitis: unde addit,Vos autem ualidi sitis,hoc est,probati,& uirtutibus conspicui: & nõ solùm volumus hæc, sed etiam precamur ut uos sitis ita irreprehensibiles,absoluti,nullamq; nobis dantes occasionem.

Morale.

Hæc paterna uiscera, discipulorũ salutẽ suæ gloriæ præferebant.Hoc aĩæ fuerit vanæ gloriæ expertis. Tunc certè uirtus maximè

† probati sim⁹, sed planè contrarium ut nos probati appareamus.

† mutilemus corpora uestra. Act. 5.a & 8.b.

† in obstinatos

L

M

K

ximè à corporis liberat vinculis, & à terra in cœlum sublimem esse facit, si pura sit à vana gloria, quemadmodum hæc admissa in plurima inducit peccata. Fieri.n. non potest, ut qui non est purus à vana gloria, sublimis, magnus & strenuus fiat, sed necesse est ut humi repat, & † magis corrumpit sibi seruientem tam polluta domina quouis Barbaro crudelior.] Quid.n. illa ferocius fuerit, quàm si ei maximè seruitur? tunc.n. maximè ferocit, quãuis hoc neque bestiæ efferæ solent, quæ multo ministerio mansuescunt: contrà, vanæ gloriæ cupiditas, qũ contemnitur, mansuescit: qñ autem colitur, effertur, & se armat contra se colentem. Hanc quum colerent Iudæi, graui supplicio affecti sunt: hanc cùm despicerẽt discipuli, coronati sunt. Et quid dico supplicia & coronas? Nam si illam respuere, maximè facit apparere claros, & videbis etiã hìc eos qui illam colunt, damnum: eos uerò qui contemnunt, utilitatem accipere. Nam discipuli qui illam contempsere, (nihil.n. prohibet iterum eodem uti exemplo & quæ Dei erant prætulere, clariores Sole fulserunt, immortalem adepti memoriam, etiam post mortem. Iudæi verò qui ab illa victi, sine ciuitate, sine domo, sine honore, exules, & instabiles facti sunt, vilesq; ac cõtemptissimi. Et tu quoq; si uis gloria fulgere, gloriam contemnet sin gloriam sectaberis, gloria excides. Si autem placet, hũc sermonem & in secularibus reb. approbabimus. Quos.n. maximè scommatis incessimus? Nonne eos qui illius cupidi sunt? †Quid? nonne qui hac destituti sunt, inqs plurimos habent vituperatores, & ab omnib. contemnuntur?] Quos autem admiramur, dicoro? Nonne eos qui illam maximè contemnunt? Igitur hi sunt, qui glorificantur. Quemadmodum.n. dies est, non qui multis, sed qui nullo egentis gloriosus est, non is qui gloriæ amans est, sed illius contemptor. Vmbra.n. gloriæ est ista gloria: nullus.n. panem uidens pictum, etiamsi multùm a fame uexetur, pictuã attinget. Igitur neq; tu umbras sectare, vmbra enim gloriæ hæc est, non gloria. Et vt discas, q hæc sic se habeant: illud cogita, quando res ab hominibus vituperatur, quando omnibus fugienda esse uidetur, etiam illis, qui ipsam desiderant, quando confunditur qui vocatur illud habens, uel habere desiderãs.

¶ multa corrumpat qui eam polluæ & quouis Barbaro crudeliori dominæ seruiat.

A

¶ Igitur ea maximè isti destituũtur, qui plurimos habẽt uituperatores, & ab oĩbus contemnuntur.

B

Vnde igitur desiderium istud, dicis, & quomodo nascitur hæc affectio? A pusillanimitate. Non enim oportet solum uituperari, sed & emendari à mente imperfecta, a sensu puerili. Desinamus igitur esse pueri, & fiamus uiri, & ubique ueritatem, non umbras sectemur, & in diuitiis, & in uoluptatibus, & in deliciis, & in gloria, & in potentia, & cessabit morbus hic, multaque alia: umbram.n. sequi insanientis est. Vnde & Paulus dicebat, Resipiscite iustè, & non peccate. Est.n. & alia insania grauior ea, quæ à Dæmonibus est, vel ex curis. Illa.n. ueniam accipit, hæc autem excusatione caret, qñ ipsa aĩa corrupta fuerit, & non rectum iudicium illius periit. Et instrumentum alterius insaniæ est corporalis passio: istam aũt insaniam operatur animus. Quemadmodum.n. febres illæ graviores & incurabiles, quæ solida corpora inuadunt, latentq; in neruis & absconditæ sunt in uenis: ita certè & ista insania, quoniam intus in mente delitescit, corrumpens & lædens illã. Quo enim non est manifesta & clara insania, & oĩ insania grauior passio, insanientes quidem semper contemnere, ingerere autem se summo cum studio semper his, qui pereunt. Dic.n. obsecro, si quis ventum sectaretur, vel cohibere attentaret: nonne diceremus illum insanire? Quid aũt est tenere vmbram neglecta ueritate? si quis mulierẽ suam odio habeat, umbram autẽ eius amplectatur: uel filium auersetur, & umbram iterum illius diligat: quæreres ne aliud insaniæ certius indicium? huiusmodi sunt & hi qui ad præsentia stupent. Etenim omnia, vmbra, etiamsi gloriam dicas, etiamsi potentiam, etiamsi bonam existimationẽ, etiamsi diuitias, etiamsi delicias, uel quicquid in hac uita est. Ea propter & prophetа dicebat, In imagine pertransit homo, verumtamen frustra conturbatur. Et iterum, Dies nostri quasi vmbra declinauerunt. Et alibi fumum & florem graminis uocat res humanas: non autem † diuitias] solum uocat umbram, sed & tristia etiamsi mortem dicas uel infirmitatem, uel paupertatem, vel quicquid aliud. Qualia igitur manentia, & iucunda, & aspera? Regnum æternum, & gehenna perpetua, neque enim uermis morietur, neque ignis extinguetur, & resurgunt hi in vitam æternam, & illi in supplicium sempiternum:

1. Cor. 15. c.

C

Psal. 38 b

† suauia.

Esa. 66. & Mar. 9. g

D num. Vt igitur hoc effugiamus, & illa frua mur: relicta vmbra, apprehendamus veras res omni studio. Ita enim assequemur regnum cœlorum: quod nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi, per quē & cum quo patri gloria simul cum Sancto Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxx.

PRopter hoc hæc absens scribo, vt præsens ne austeritate vtar, iuxta potestatē quam dedit mihi dominus in ædificationem, & non in destructionem.] Perstringit illos uehementiùs disserens, & maximè ad finem epistolæ. Etenim antea dicebat, Ipse autem ego Paulus obsecro uos, per mansuetudinem & lenitatem Christi, qui iuxta faciem quidem humilis inter uos, absens confido de vobis: oro autem ne præsens audeam, ea fiducia qua existimor audax fuisse in quosdam, qui putant nos ueluti ſm carnē ambulātes, & in promptu habentes vindicare oīum inobedientiam, qñ completa fuerit uestra obedientia. Et metuo ne fortè ueniens non tales inueniam, quales uelim, & ego ne inueniar à uobis, qualē me non vultis. Et iterum, Ne forte cū uenero, me humiliet Deus meus erga uos: & lugeam multos ex his qui antea peccarunt, & pœnitentiam non egerunt super libidine & immūditia quā patrarunt. Et post hæc, Prædixi & prædico sicut præsens secūdò, & absens nunc scribo: q̄ si uenero denuò, non parcā, quandoquidem experimētum quæritis eius qui in me loquitur Christi. Igitur qm̄ hęc & multa alia dixit terrēs, inhortans, approbās,] perstringens, excusans, de omnibus (inquit) propter hoc hæc absens scribo, ne præsens austeritate vtar. Vellem enim literis insitam esse austeritatem, & non ipsis operibus. Vellē uehementes esse epistolas, ut maneant minæ, & in opus non exeant. Iterum, & in hac defensione terribiliorem facit sermonem, & ostendens q̄ non ipse sit qui puniturus, sed Deus. Adiecit enim. Secundum potestatem quam dedit mihi Dñs. Et iterū ostendit, q̄ nō cupit potestatem in illis puniendis abuti adjiciens. Non in destructionem, sed ædificationem. Et insinuauit quidem hoc nūc quod dixi, & reliquit illis expendendum, si incorrigibiles manserint quid futurum. Et hoc iterum ædificatio est, eos qui sic affecti fuerint punire. Etenim sic habet, & ipse hoc sciuit, & operibus mōstrauit. [Quod superest fratres, & gaudete, & integri estote, consolationem habete, idem sapite, in pace agite, & Deus charitatis ac pacis erit vobiscum.] Quid est, quod superest fratres gaudete? Contristasti, terruisti, in angustia cōstituisti, tremere fecisti & timere, & quomodò iubes gaudere? Dicere vult, Si res uestræ successerint, ut à me impletæ sunt, nihil est, quod gaudiū prohibeat. Ego enim feci omnia quæ mea sunt, longanimis fui, distuli, non execui, obsecraui, consului, terrui, minatus sum, ut omnibus modis cogerem uos ad pœnitentiæ fructum: reliquum est, ut & uos quod uestrum est agatis, & sic immarcessibile sit gaudium uestrum. [Integri estote.] Quid est, integri estote? Perfecti sitit, implete quæ desunt. [Consolationem accipite.] Quoniam & multæ fuerunt tentationes & magna pericula (inquit) consolationem accipite, & à uobis mutuum & à nobis, & à mutatione in meliùs. Si enim à conscientia sit gaudium, & perfecti estote, nihil enim deficit ad gaudium & consolationem: nihil enim sic facit consolationē, ut puta conscientia, etiamsi innumeræ afflictiones ac tentationes. [Idem sapite, in pace agite.] Quod & in priore epistola ex proœmiis auditum est. Contingit enim idē sapere, & non agere pacificè, qñ in dogmatis conueniunt quidam, dissident aūt aliàs inter se. Verum utraque Paulus exigit, [Et Deus charitatis ac pacis erit uobiscū.] Nō enim solùm admonet & cōsulit, sed etiam bene precatur: nam uel hoc precatur, uel futurum prædicit, imò utraq;. Si enim hęc feceritis, (inquit) Quid? si idem sapueritis, & pacificè uixeritis, erit etiam Deus uobiscum: dilectionis enim Deus est & pacis, illisq; gaudet ac lætatur. Hinc uobis & pax à dilectione illius, hinc malorū oīum sublatio: ista orbem seruauit, ista diuturnum bellum soluit, ista cœlo terram coniunxit, ista homines Angelos fecit, istam igitur & nos imitemur. Innumerabilium.n. bonorum mater est dilectio, per istā saluati sumus, p istā ineffabilia bona oīa assequimur. Deinde reducens illos ad hanc, inquit, [Salutate uos iuuicē in osculo sancto.] Quid est sancto? non subdolo, non ficto, sicut Iudas Christū osculatus est: pp hoc enim osculum

Sup. 10. a
Ibid. 12. g
E
Ibidem
Hic su.
F
G
1. Cor. 1 b
Mar. 14 c

oſculum datum, vt charitatis fiat ſymbolum, ut accendat affectionem, vt ſic mutuum diligamus, tanquam fratres, fratres, tanquam filij patres, tanquam patres filios, imò & multò magis. Nam illa quidem eſt naturæ affectio, hæc aũt ſpiritualis gratiæ.

H Sic aĩæ inter ſe colligantur. Propter hoc & ex peregrinatione redeuntes, oſculis excipimus mutuis, conuenientibus animabus. Hoc.n. membrum eſt, quòd animam nobis prædicat. De oſculo autem illo ſancto licet alium quoq; ſermonem dicere. Qua-

Sup. 6.d lem nam? * Templum Chriſti ſumus.] gitur veſtibula templi & ingreſſum oſculamur, mutuum oſculando. Nonne videtis, quot etiam veſtibula templi huius oſculãtur, illi quidem flectentes, alij autem manu contingentes, & ori manum admouentes per has etiam ianuas ac portas, & ingreſſus eſt, & ingreditur ad nos Chriſtus, quando cõicamus. Scitis, qui myſteriorum eſtis participes quid dicatur: etenim non vulgarem honorem conſequutum eſt os noſtrũ, accipiens corpus dominicum, propter hoc maximè hìc oſculamur. Audiant qui fœda loquuntur, qui conuicia proferunt, & horreſcant, & tale os polluunt: * audiant qui fœdè oſculantur.] Audi qualia doceat te p os tuum Deus, & cuſtodi immaculatum, diſſere de futura vita, de reſurrectione, de immortalitate, quòd mors non ſit mors, & alia innumera arcana. Nam quemadmodum ad adytum equo oracula dantur, venit ad os ſacerdotis initiandus. Audiamus quę.ſ. ſunt horroris plena. Etenim per diderat ſuam vitam ex progenitoribus, & venit illam reparaturus, & rogaturus cũ illam inueniat ac reparet: deinde rãdet illi Deus, cũ inueniat: & fit os illud propitiatorio terribilius. Nã illud quidem propitia-

I torių nullo modo talem emittebat vocẽ, ſed de multò minoribus loquebatur rebus, de bello ac pace quæ ſubtus eſt. Hoc autẽ oĩa de cœlo & futura vita, & rebus nouis, mentemq; tranſcendentibus. Dicens autẽ, Salutate vos mutuum in oſculo ſancto, adiecit: [Salutant vos ſancti omnes.] Et

†hoc ad ſcripſit. hinc dans illis bonam ſpem. ✠ hoc adhortatus eſt,] pro oſculo per ſalutationem illos copulans: nam ab illo ore cuius oſculum, procedunt & verba. Vides quomodo oẽs cogit, & eos qui procul diſtãt corpore, & qui propè? illos quidẽ per oſculum, hos verò per literas. [Gratia Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & dilectio Dei, & communicatio Sancti ſpiritus cum oĩbus vobis.] Quoniã coniunxit illos inter ſe per ſalutationes & oſcula: iterum ad preces deflectit ſermonẽ, magna diligentia illos etiam Deo coniungens. Vbi nunc ſunt qui dicunt, quia Spiritusſanctus in epiſtolarum prœmiis nõ eſt ſimul ordinatus, ideo non eſt eiuſdem eſſentiæ? Ecce enim nunc cum patre ac filio illum connumerat. Cæterùm præter hoc li ceret etiam illud dicere, & Coloſſenſibus Coloſ.1. a per epiſtolam ſcribit & dicit, Gratia vobis pax à Deo patre noſtro: filium ſilens, & nõ K addẽs ſicut in aliis epiſtolis: & Dño noſtro Ieſu Chriſto. Igitur neq; filius erit eiuſdẽ eſſentiæ, eadem ratione: ſed hoc extremæ dementię eſt. Nam iſtud maximè oſtendit eſſe eiuſdẽ eſſentiæ, & diuersè Paulus hoc Ro.1. vtitur; & id non per ſolam coniectura eſſe 1.Cor.1. dictum, audi quomodo filij & ſpiritus meminit, & patrem obticet. Corinthijs.n. ſcri- a.& bens, dicit: Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati 1.Cor.6 eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in nomine Domini Ieſu, & ĩ ſpiritu Dei noſtri. Quid igitur dic oro? Non baptizati fuerunt in patrem illi? Quare igitur non dixit, abluti eſtis in nomine patris? Quia ſine diſcrimine, nunc huius nunc illius meminit hypoſtaſis, & inuenies hunc morem in epiſtolis ſæpius. Ro. 12. Etenim Romanis ſcribens, inquit, Obſe- a cro igitur vos per miſerationes Dei quãuis filij ſint miſerationes: obſecro autem vos per charitatem ſpiritus, quamuis patris ſit charitas. Quare non meminit in miſeratio L nibus filij, & in charitate patris? quia quaſi manifeſta & confeſſa ſiluit. Inuenietur aũt & dona illa iterum mutato ordine narrare. Nam cũ dixiſſet, Gratia Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Spiritusſancti, alibi dicit communionem filij & charitatem ſpiritus. Obſecro enim vos, inquit, † charitatem. per ✠ communicationem] ſpiritus. Et Co 1.Cor.1 rinth. ijs dicit, Fidelis Deus, per quem b. vocati eſtis in communionem filij illius. † ea in Sic ea quæ Trinitatis, indiuiſa ſunt: & cuuẽta eſt. ius ſpiritus eſt communio, ✠ is inuentus eſt] eſſe filij, & filij eſt gratia, & patris & Spiritusſancti: Gratia enim nobis à Deo patre. Et alibi cum multa illius genera percenſuiſſet, ſubdidit: Omnia autem hęc operatur vnus & idem ſpiritus, diuidens ſeorſim cuique vt uult. Et hæc dico, non con- 1.Cor. 12.b

fundens

fundens hypostases absit, sed sciens ēt, quid his proprium sit, quidve hæc discernat, & essentiæ vnitatem. Perseueranter igitur & horum dogmatum euidentiam habeam⁹, & Dei dilectionē nobis conciliemus. Prius enim nos, qui odio habebamus, dilexit: & qui inimici eramus, conciliauit. Vltra aūt diligētes diligere vult. Perseueranter igit̄ diligamus illū, ita vt & ab illo diligamur: M nam cū à potētibus hominibus diligimur, terrori sum⁹ oībus: multò magis si a Deo, etiamsi oporteat diuitias, vel corpora, vel animam ipsam pro hac dilectione dare, ne parcamus. Non enim sufficit verbis dicere, q̄ diligimus: sed oportet etiam operibus declarare. Neq; enim ille verbis solis, sed & re ipsa ostendit dilectionem. Ostende igit & tu operibus, & facito quę illi probantur: sic enim & ipse iterum lucrum habebis: nam ille nullarum nostrarum rerum eget, quod & maximè synceræ dilectionis est, quòd vt diligatur à nobis, quamuis nullis Deuter. egeat, neque in suum usum sua conuertat, 10. c faciat oīa. Ideo & Moses dicebat, Quid enim quærit dñs Deus à vobis, quā vt diligatis ipsum, & vt paratus sit ambulare post illū? & ita quando ille iubet se diligi, tunc maximè ostendit q̄ te diligit. Nihil enim ita nostram salutem conseruat, atq; illum diligere. Sanè vide, qūo præcepta illius ad Matth. nostram quietem, & salutem, & gloriam 5. a componit. Etenim quando dicit, Beati mū di corde, Beati misericordes, Beati mites, Beati pauperes spiritu, Beati pacifici, ip A se quidem nihil inde lucri percipit: nos au Ibid. tē honestos faciens ac componens hæc pci 25. c pit. Et quando dicit, Esurrui, nō egens nostro ministerio, sed te exercens ad misericordiā sic præcipit. Poterat enim etiā absque te pauperem pascere, sed thesaurum ubi donans maximum, hæc imperauit. Nam si Sol, qui creatura est, non eget nostris oculis, & licèt nemo ipsum videat, manet tamen in sua claritate: nos autem qui radijs illius fruimur, vtiliratem percipim⁹: multo magis de Deo sic loqui conuenit. Vt autem & aliunde scias quantùm inter Deum & nos distet, num quantùm inter culices & nos? multò magis manifestum, modoq; immenso. Si igitur nos vanæ gloriæ studiosi & superbi non egemus culicū ministerio, vel gloria: quanto magis Deus, qui est à passione & indigentia alienus, tantùm nobis fruitur, quātùm beneficijs fruimur, quantùm nostræ salut̄ & delicijs conducit? Eapropter & sæpius relictis ijs quæ sua sunt, tua q̄rit. Siquis enim, inquit, vxorem habet infidelem, & illi probatur habitare cum ea, ne relinquat illam: qui autem 1. Cor. dimittit vxorem nisi pp fornicationem, fa 7. c cit illā adulteram fieri. Vidisti indicibilem Matth. † dilectionem?] Si sit scortum, inquit, mu- 5. e lier, non compello, vt cohabites. Si aūt infi- †bonitatem? delis, non prohibeo. Iterū si contristauerit B te aliquis, præcipio illi, vt relicta oblatione mea, ad te quē contristauit, currat. Si.n. Matth. obtuleris donum tuum, īquit, & illic recor- 5. c datus fueris, q̄ frater tuus habet aliquid cō tra te, relinque donū tuū ante altare, & vade, primùmq; recōciliare fratri tuo, & tūc veniens offer donum tuum. Quid autē parabola eius qui oīa decoxerat, nonne hoc ostendit? Qñ enim amisit multa talēta, mi- Matth. sertus est eius & dimisit: qñ aūt ille cētum 18. c denarios à conseruo repetijt, & malum vocauit, & supplicio tradidit. Sic multa & tua Ibid. d quiete illi cura est. In vxorem iusti Barbarus peccaturus erat, & dicit, † peperci tibi † custo- qđ in me peccasti.] Apostolos persequebat diui te Paulus, & dicit ad illum, Quid me pseque ne pec- ris? Alij esurijunt, & dicit se esurisse, & nu- cares in dum obambulasse, & hospitē fuisse, volēs te me. admonere & excitare hac tōne ad eleemo Ge. 20. synæ curā. Cogitantes igitur quantam per Act. 9. a omnia declarauit & declarat charitatem, Matth. certiores nos per seipsum reddere dignat⁹, 25. q̄ nam scilicet sit maximum bonorum ca C put, & mentis lumē, virtutisq; doctrina, & ad optimam vitam instituendam, & quòd omnia faciat ꝓpter nos, & Filium dederit & regnum cœlorum promiserit, & ad ineffabilia bona nos vocarit, vitamque beatissimam nobis præparauit, omnia faciamus, & dicamus, ita vt & digni appareamus dilectione illius, & assequamur futura bona. Quibus frui nobis omnibus concedatur gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri ac Spiritui sancto gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

FINIS.

D. IO.

D. IOAN. CHRYSOST.

In hoc Apostoli dictum, Vtinam toleraſſetis paululum quiddam inſipientiæ meæ Homilia.

2. Cor. 11.a

OMNEIS equidem amo ſanctos, maximè verò Sanctum Paulum, vas electionis, tubam cœleſtem, ſponſæ Chriſti ducem, ac prònubum. Id q; propterea dixi, & amorē in medium produxi, vt vos illectamenti amoris participes facerem. Quandoquidem externo amore ſuccumbētes, fateri palàm propriè diſpudet, tanquam deterritos tùm ſui pudore, tùm audientium periculo. Atque hunc nr̄am amantes nunquā tacent, quia ſibi atq; auditoribus iuxta proſunt tā honeſta profeſſione. Nam amor ille vitio dat, hic laudi. Ille morbus animi probris obiectus, hic animæ lætitia eſt & exultatio mundus q; indicibilis: ille bellum in amātium cogitationem inuehit, hic bello (ſi quod fuerit) eiecto, pacem copioſam ſubſtituit. Et amore quidem vulgari, non modò E nihil accreſcit emolumenti, ſed ingentem quoque rei familiaris iacturam facit, inanem ſumptum, vitæque internecionem, adeoq; ædium è fundo ſubuerſionem. Ex honeſto autem, qui ſpectat animorum decorem, multæ opes bonorum operum, magnaq; uirtutum ſuppellex exiſtit. Præterea bonam corporis formam adamantes, inhiantesque ad ſplendorem faciei, turpes ſunt & in elegantis formæ, neque ad mutā dam deformitatem quicquam ex concupiſcentia lucrantur, quin ſemper in peiorem, abiectioremq; oris habitum abeunt. Cæterùm in hoc amore penitùs eſt contrarium: quicunque amat animam ſanctam, formoſam, claram, pulchramque, etiam ſi ipſe eſt turpis, ingratique aſpectus: imò ſi omnium fœdiſſimus, modò perduret in amore ſanctorum, continuò talis erit, qualis eſt quem amat. Etenim diuinæ id benignitatis argumentum eſt, quòd corp⁹ deforme & mutilum nequeat emendari: anima verò turpis & manca, in priſtinam lucem & decorem facilè reformatur. Nam ex bonitate vultus nihil emo F lumenti, ex pulchritudine autem animæ tanta licet bona lucrari, quanta congruè poſſidet, qui Deum habet amatorem. Audi enim, inquit, filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populi tui & domus patris tui, & concupiſcet rex pulchritudinem tuam. Pulchritudinem hìc eam dicit, quæ eſt ſecundum animam: cuiuſmodi virtute & pietate contigit. Qua de cauſa, cum tantum ſit lucrum ſanctorum amatoribus, operæ pretium facimus, ſi communi amore amplectamur ſanctum tam eximium; idq; cupidiſſimè. Nam ſi animam noſtrā amor ille vel ſemel ſubiens, in ea lucidam excitauerit flammam: quicquid ſenticoſum, quicquid ſaxoſum, & aſperum, & inſenſatum offendit, in cogitatione noſtra totum exponit, aut certè promitigat, & animam noſtram in decliuem fundum, lætumque aruum purgat, aptamque reddit diuino ſemini ſuſcipiendo. Et nemo dicat, quòd nunc, neque adſit Paulus, neque oculis noſtris videatur: & quonam modo contingere queat, vt id quod nunquam vidimus, amemus. Nihil enim hoc eſt impedimenti, quando & abſentem amplectimur, & inuiſum diligimus, potiſſimùm cuius virtutis agnoſcimus argumenta, tam magna, tamque egregia, in omnibus vbique terrarum G eccleſijs. Nempe impietatem diſſipatam, malam vitam in meliorem verſam, errantes in viam reductos: intemperantium ſacra, vt Bacchanalia & id genus exploſa: abdicata templa, obmuteſcentes Dæmones. Vniuerſa hæc tam admiranda linguæ Paulinæ potentia, inſpirata gratia Dei confecit, claramque flammam pietatis vbique gentium accendit. Cum quibus doctoribus & ſanctas huius epiſtolas habemus, quæ nobis characterem beatæ animæ diligenter inſculpunt. Quemadmodum ergo cum Paulo in præſentia conſtituto diſſerere animus eſſet: ſic cum alacritate nos obſequentes eius literis præbeamus, quæ intus dicta ſunt, explicemus. Diſcamus quid nam ſit, quod exclamauit hodie, dicens: Vtinam toleraſſetis parum quiddam inſipientiæ meæ, quin me ſuſtinuiſtis: æmulor enim vos Dei æmulatione. Quid ais Paule? qui diſcipulis legem præſcribens, In ſapientia, inquis, ambulare erga extraneos: qui dicis, Sermo veſter ſemper in gratia ſit ſale conditus, vt ſciatis quomodò oporteat vos vnicuique reſpondere: qui præ-

Pſal. 44.

2. Cor. 11.a

Coloſ. 4.a

caris

caris omnibus vt ſapientia ſpiritali adimpleantur, ipſe exclamas, Vtinam toleraſſetis paululùm quiddam inſipientiæ meæ.
H Nũ ſatis tibi dixiſſe, fuit, aliquod inſipiẽtiæ meæ verbum? Ad diſcipulos etiã illud exponis, neq; ad diſcipulos tantũ exponis, immo omnibus hominibus, quotquot cũ illis fuerunt, per epiſtolam notum facis. Animaduerte quàm non oporteat, quæ dicuntur ſimpliciter percurrere, ſed vnumquodlibet accuratè diſquirere. Illud enim quum legitur ſimpliciter, offendit auditores: peruerſtigatũ verò eximiã aperit Pauli ſapientiã admirandã prudentiam, curam indicibilem. At quid tandem id eſt, quòd dicitur? Pſeudoapoſtoli frequentes apud Corinthios agebant, qui prẽconio Chriſti deprauato, etiam accuſati Pauli opinionẽ eruere, quam de ipſo diſcipuli cõceperãt, Seu per cuniculos tentarunt, eumque per
2.Cor. 2. d Ironiam falſo dictis arrodentes, ſuperbiæ detulerunt: aduerſus illos bona pars, vt videtur epiſtolæ pertinet. Quemadmodum
Ibid. 11. b quum dicit: Non ſumus ſicut reliqui, venditantes verbum Dei: & rurſum dicens, Sic
Ibidem c me ſeruaui, ne cui eſſem oneroſus: & addit, cõſilium ſemper fuiſſe, vt hanc legem
I immotam ſeruet. Nam eſt veritas (inquit) in me Chriſti, ꝙ hæc mea gloriatio non interrumpetur in me, in regionibus Achaiæ. Quando reddit cauſam, ſceleratos iſtos
Ibidem tacitè notat, ſic dicens: Quapropter, an ꝙ nõ diligam vos? Deus nouit. Verùm quod facio, idem & faciam, vt amputem occaſionem ijs, qui cupiunt occaſionem. Et anteà diſcipulos cohortatur, ne committant, vt eis neceſſariò potentiam ſuam de-
2. Cor. 10. a claret dicens: Rogo autem vos, ne præſens audeam ea fiducia, qua exiſtimor audax fuiſſe in quoſdam, qui putant nos veluti ſecundum carnem ambulare. Nam ſic illi maledici, de quibus hæc dicit, omnia rememorabant per Ironiam eum acerbius vellicantes: quòd videlicet epiſtolę Pauli magnum præ ſe ferant tumorem & verborum arrogantiam: ipſe verò, nihil ſit, exiguus, abiectus. Poſtea quàm igitur hoc loco traducitur, quaſi in nullo ſit numero,
Ibi. 11. b quaſiq; indignus ſit, de quo ratio habeatur, ſicut iterum explicans Pſeudoapoſtolis, Num illud, inquit, peccaui, quòd meipſum humiliarim, vt vos exaltarẽ? Et iſtud obiectum crimen diluens: Quales (inquit)

ſumus ſermone per epiſtolas cùm abſumus, tales ſumus & cùm adſumus facto. 1.Co. 10. c
Quando itaque multi fuerant apud illos Pſeudoapoſtoli, quos & operarios doloſos nominat, ſic dicens: Si quidem iſtiuſmodi Pſeudoapoſtoli, operarij doloſi ſũt, K
ſumpta perſona Apoſtolorum Chriſti. Atque haud mirum, quando quidem ipſe Ibi. 11. a
Satanas transformatur in Angelum lucis: non magnũ eſt igitur, ſi & miniſtri illius, perſonam in ſe transferunt, quaſi ſint miniſtri iuſtitiæ. Qua de cauſa, quum iſti cõtumelias infinitas in hunc dicunt, damnoque afficiunt diſcipulos: quò perperã perſuaſi, minus idoneam de eo exiſtimationem habere queant, deinceps neceſſe habet in magnificam, tamen veram laudum ſuarum recordationem deſcendere. Neq; enim conſultum fuit in reliquum tempus tacuiſſe. Cæterùm quia pugnas ſuas nobis erat memoraturus, & reuelariones quas vidit, & labores quos pertulit, oſtenſurus omnibus, quàm inuitus, quàmve coactus id faciat: quanquam neceſſitatem vidit ineuitabilem, tamen inſipientiæ quiddã vocat, ſic dicens, Vtinam toleraſſetis quiddã inſipientiæ meæ, Facturus, (inquit,) ſum rem abſurdam & ſtultam, me ipſe celebrabo & extollam. Verùm ego prędicationis huiuſmodi propriæ cauſa non ſum, ſed illi potiùs, qui eò me detruſerunt: propterea vos adhortor, perferatis me illis cauſam reddentem. Num perſpicuè vides prudentiã Pauli? Etenim dicẽs: Vtinã toleraſſetis L
paululũ quiddã inſipientiæ meę, quin immo ſuſtinete me: nam zelotypus ſum erga vos Dei zelo: nõ cõtinuò perrexit ad narrationem laudum, ſed interim iterum interſerit verba quædam, & in hunc propemodum dicit. Iterum dico, ne quis me putet inſipientem, alioqui & vt inſipien- 2.Cor.
tẽ accipite me. At ne ſic quidẽ attigit nar- 11. d
rationẽ, ſed iterũ dicit: Quod dico, nõ di- Ibidem
co ſm Dñm, ſed velut in inſipiẽtia, in hoc argumẽto gloriationis. Sed ne tũ qdẽ audet ingredi, tot verbis ſeu in præfidium p̃miſſis. Quin iterũ repoſit⁹ pludit & dicit:
Qñquidẽ multi gloriantur ſm carnem, & Ibidẽ.
ego gloriabor: libẽter. n. ſuffertis inſipientes, cùm ſitis ſapiẽtes. Mox iterũ recuſat & cũctatur, pauciſq; interpoſitis addit: Sed in Ibidẽ. c
quocunq; audet aliquis ĩ inſipiẽtia loquor audeo & ego. Cũ demum latiſſima excu-

satione, præmitigationeque præaudita, tẽtauit aggredi laudum suarum enarrationem. Et quemadmodum equus præcipitiũ aliquod, præruptumque cliuum trãsiturus se colligit, quasi hunc uno saltu exuperaturus foret: verum profundum despicienshiarum subiacere, obstupescit metũ, contrahiturque, deinde quum sentit equitem uehementius urgere, rursum aggreditur, idemque quod antea perfert, necessitatẽ, & vim indicans, subsistit aliquãdiu, hinnitũ mussitans super oram foueæ, resumpto tandẽ animo se ultro fidenter adigit: Sic & beatus Paulus ueluti se daturus in præceps, in laudum suarum recitationem, semel atque iterum, ac tertiò, & subinde sæpius retrocedit, sic dicens: Vtinam toleraßetis paululum quiddam insipientię meæ. Et rursum: Ne quis me putet insipientem esse, alioqui & ut insipientem accipite me. &, Quod dico, non dico secundùm Dominum, sed velut in insipientia, in hoc argumento gloriationis. Et rursum: Quandoquidem multi gloriantur secundùm carnem, & ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes, cùm sitis sapientes. Et rursum: In quocunque audet aliquis, in insipientia loquor, audeo & ego. Et quum se millies insipiẽtem nominasset & stultum, uix tandem audet in proprias laudes descendere. Hebræi sũt, & ego: Israelitæ sunt, & ego: semen Abrahæ sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego.

Pathos a humili. M Ibid. A 2. Cor. 12. c

At nondum sibi excidit, sed iterum præmolit hoc pacto: Delirans, inquit, loquor plus ego. Neque hic desinit, nam absoluto laudum suarum catalogo, factus sum, inquit, insipiens gloriando, uos me cogitis. Ecquid non dixit, Pseudoapostoli me coegerunt: sed uos me cogitis? Quoniam illorum, inquit, rationem non habui. Vestra ferme fuerunt sana & sobria, nisi fuissetis auersi, nisi retulissetis pedem. Quòd si nos semper maledictis impetissent, illorum uirulentiam nihil nobis accreuisset detrimẽti. Verum quia cognoui dissipatum esse ouile, discipulosque deficere, experiũdę rei, & arduæ & perquàm molestæ animum insumpsi, adeoque coactus sum desipere, mea recensendo encomia, propter uos uestramque salutem. Ea sanctis consuetudo, quòd perperam fecerunt, repandunt quotidie, deplorant, omnibusque ob oculos ponunt: quautem ingenuum & eximium, abscondũt, & obliuione transmittunt. Talis est hic Sanctus noster, peccata sua uel nemine impellente perpetuò uersat, excantatque. Siquidem aliquando dicit: Christus Iesus uenit in hunc mundum, ut seruaret peccatores, quorum primus ego sum. Aliquando verò: Gratiam habeo in eo, qui me confortat Christo, quòd fidelem me arbitratus est, ponendo in ministerium. Item prius fui contumelioßus, persecutor, & iniurius, sed cõmiseration em sum cõsecutus, quia ignorans feci in infidelitate. Et rursum: Postremò omnium tanquam putamento apparuit &, Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum idoneus nominari Apostolus, quandoquidem sum ecclesiam persecutus. Et rursum: Mihi minimo omniũ Sanctorum data est hæc gratia. Non Apostolorum tantùm, sed generatim omnium fidelium, postremum se asserit, ita dicens: Mihi minimo omnium Sanctorum data est gratia hæc. Neque se dignum dicit gratia, qua est seruatus: Christus, inquit, Iesus in mundum uenit, vt peccatores saluos faceret, quorum primus sum ego. Animaduerte quam causam salutis acceptę reddit. Nam dicit, ideo misericordiam sum adeptus, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem longanimitatem, ad exprimẽdum exemplar iis qui crediturí essent in se, in uitam æternam. Nullo pacto suam asserit dignitatem & meritum, ne ullus peccator in malitia, quantumlibet confirmatus, deinceps animum abiiciat, etiamsi bellum Christo fecit: quando Paulum uidet postremum omnium, quo posterior non erat alius quisquam, qui in facie Deo restitit, liberè seruatum. Quandoquidem Christus dicit: Quoniam uas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regib. Ille uerò ne tantulum quidem ex tantis præconiis intumuit, se miserum pertinaciter contendit. Post tantam gratiam, post tam eximia uirtutis opera, post præclaram dicendi libertatem, primum se peccatorem nominat. Et propter ea se affirmat misericordiam consecutum, ne quisquam, neq; in extremam malitiã delapsus desperare queat, modo rem spectet, & in hunc exhibitam clementiã. Itaque præter necessitatem excantat quotidie in omnibus epistolis, se notatione atra describens: palamq; faciens, non solùm eius æta-

1. Tim. 1. b
Phil. 4. c
B 1. Tim. 1. c
1. Cor. 15. b
Ibid.
Ephe. 3. b
C
Act. 9. d

ætatis hominibus, sed & omnibus posteris. Præconia vel vrgente necessitate gratus, vel potius refugit enarrare. Nam sæpenumero eam rem insipientiam nominat, atque admirandam, diuinamque illam reuelationem multo tempore subticuit: quam non paulò antè, neque anno altero, aut tertio, aut decimo, sed aliquantò superioribus vidit. Quamobrem nunc tempus nominatim apponit, sic dicens: Scio hominem ante annos quatuordecim raptum vsque in tertium cœlum, vt tu discas, quòd ne tum quidem dixisset, nisi multam vidisset necessitatem imminere. Nam si animo sedisset proprias aliquandò prædicare laudes, factam visionem tam obstupendam continuò prodidisset, aut primo, aut secundo, aut tertio anno, modò ad annum quartum decimum tacitò suppressit. Neque cuiquam aperuit, præterquam vnis Corinthiis: & tum potissimum, quando falsos, mendacesque Apostolos suboriri vidit, ni mirum vt ostenderet, ne tum quidem fuisse animum dicendi, si nũ obseruasset luem illam pessimam in Discipulos grassari. At nos non item. Contraria ratione prorsus nitimur. ne vnius quidem diei, qua peccauimus, tenemus memoriam: imò referentibus indignamur, grauiterque succensemus, & perquàm molestè suscipimus, conuicii loco ducimus, mille contumeliis retaliamur. Cæterùm si quid benefecimus, quantulumcunque fuerit, latissimè prosequimur: recensentibus illud habemus gratiam, eos putamus amicos nobis. Sed & Christus diuersum præcepit, benefactorum obliuionem, memoriam peccatorum. Quòd nobis clarum effecit in hoc, quòd discipulos adhortatur, dicens: Quando omnia feceritis, dicite inutiles serui sumus. Et in parabola Pharisæi, cui publicanum præposuit. Quemadmodum enim illum delictorum memoria iustificauit, ita hunc memoria suorum operum destruxit. Quarum rerum Deus Judæos admonet, sic dicens? Ego sum is, qui extinguit iniquitates tuas, & non meminero, tu verò memineris. Talis erat Apostolis consuetudo, talis Prophetis, atque iustis omnibus, quapropter Dauid peccati sui perpetuò meminit, virtutis nunquam, nisi compulsus necessitate. Quando Barbaricum bellũ Iudæam vexabant, omniaq; periculis plena videbantur, cùm esset adhuc iuuenis, & rei bellicæ imperitus, omissis ouibus in exercitum profectus, omnes animo deiectos conspexit, obstupefactosque metu ac trementes, nihil quod est humanæ fragilitatis persensit, neque formidolosum reddidit suæ humilitatis cognitio: quum fide omnibus, quæ videntur exuperatis, ad regem cœlorum suscipiens, multam animo alacritatem concepit, non solùm milites, sed & fratres accessit, seque eos ex præsente periculo promisit in securitatem vindicaturum. Cumque fratres quod dictũ erat, risissent, vt qui Deum à quo inunctus fuit, ac generosum animum ignorabant, adeò redundantem cœlesti Philosophia, illis omissis ad alios diuertit. Tandem ad regem perductus, quem præ timore propè mortuum inuenit: principiò illum solatus, consilium atque animum reddit, sic dicens: Nec concidat cor domini mei intra se, quia seruus tuus abibit expugnaturus istum. Rex verò, cùm non fidem haberet tantis pollicitis: abire (inquit) non poteris, admodum puer es, & ille vir bellicosus, & per omnem vitam exercitus. Dauid in ancipiti constitutus, necesse habuit recensere sua præconia. Quàm autem inuitus id fecerit, ex prioribus apparet. Nam de præclarè à se gestis ne tantillum quidẽ narrauit, neque fratribus, neque militibus, neque regi ipsi, quoad eum non adhibentem fidem promissis ipsius vidit, tum angustia pressum, tum negantem facultatem cum illo congrediendi. Quid enim præterea faciundum fuit? tacendænè virtutes? At nequaquam ei concredita fuisset belli summa, neque defensio periculi iam tum imminentis obtigisset. Qua de causa quatenus oportuit, obtexit silẽtium: inuitante autem, ac efflagitante temporis ratione ad dicendum, consilium diuersum iniit, dixitque ad regem: Pastor eram seruus tuus in ouili patris, & quando venit leo, aut vrsus, & rapuit ouem ex grege, à tergo aggressum perterrefeci, corripui prædam ex ore, & comprehendi guttur, & interfeci eum: & leonem & vrsum percussit seruus tuus, & erit alienigena iste, & incircuncisus sicut vnum ex illis. Nũ vides quo pacto declarauit, quanam gratia laudes proprias percensuerit? Tum sanè rex in reliquum tempus assumpta fiducia, iussit vt

1. Cor. 12. a D

Luc. 17 c

Ibi. 18. c

Esa. 43. d

r. Reg. 17. d F

Ibid. d

Ibidẽ. G

abiret: atque abiuit, & in acie victor euasit. Quòd si laudes suas refugisset proferre, neutiquam eum rex ad singulare certamen idoneum putasset, & parum idoneum existimatum in aciem descendere qui dimisisset? Cæterùm eo non dimisso, præclarum facinus fuisset impeditum: quo impedito, neque Dei gloria tum illustrata fuisset, neque ciuitas euitasset incumbens periculum. Ergo ne tot absurda committantur, neve tanta ministerii magnitudo secludatur, necesse fuit ipsi Dauid suas referre laudes. Quemadmodum enim tacere nouit, quando nulla vigebat necessitas: ita & dicere nouit, quum instare multam vim perpendit. At non in hoc tantùm,
H sed in altero etiam, nempe Samuele videre licet modestiæ rationem. Etenim ille tot annos præfectus populo Iudaico, iuxta id quòd Deus tum disposuerat, nihil tamen vnquam de se eximium prædicauit, tametsi vberrimam si amasset, gloriæ materiam habuit: vtpotè laudabilem à puero educationem, sanctam in templo conuersationem, & amplissimam ab incunabulis prophetiam. Ad hæc tot bella, victoriam toties nactam, non tam armis, quàm beneuolentia, & fauore Dei. Nihil horum superioribus annis, vt de se confiteretur, imperauit vsus. Cæterùm vbi abdicatam rempublicam alteri curandam cedere parabat, tum inuitauit occasio ad laudes suas latè recitandas. Itaque coacta populi totius concione, præsente Saul
1. Reg. in hunc fermè modum locutus est: Ecce
12. a vocem vestram audiui & constitui regem super vos, & senui: & ecce ego conuersatus sum coram vobis ex adolescentia mea, vsque in hunc diem iudicati estis à me coràm Domino, & coràm Christo eius. Cuius vitulum accepi? aut cuius asinum accepi? quem vestrum Imperio depressi? cui vestrum vim feci? aut ex cuius manibus corripui hostiam aut calceum, & abscondi
I oculos meos ab ipso? Dicite aduersum me, & reddam vobis. Aduerte quanta necessitas huiusmodi dicendi. Magna nimirum & vehemens. Quandoquidem daturus erat illis principem Saul, in suam ipsius excusationem docere hunc intendens, quo nam pacto Imperium sit gerendum, & quàm vigilanter curioseque pro subditis excubandum, eos qui nuper admodum ipsum iudicem recusarunt, philosophiæ suæ testes facit. Neque tamen eo tempore, quo præfuit magistratui, quoue ipsius dicto audierunt, ne cui videantur ceu timidi, metuque perterriti, quæ non fuerunt, affirmasse testimonio. Verùm præfectura iam tum præterita, mutataque in successorem prouincia gubernandi, vbi in reliquum tempus nihil periculi manebat accusatorem, tum demum apud eos iustitiam suam contestatur. Alius fortè iniuriæ memor, quam à Iudæis accepisset, neutiquam exoptaret post se principem mansuetum exoriri ac moderatum. Idque non omnino propter memoriam iniuriæ, sed vt ipse queat amplius commendari. Siquidem grauis iste morbus magistratibus infestus est, vt post se administrationem rerum suscepturos, peruersos esse, ac sceleratos præcentur. Nam qui sunt generosi, magnique animi, in clariorem K
splendorem se existimant euasuros, quum eiusmodi non fuerunt, qui in principatu sequuntur. Qui tantùm vmbræ sunt, corruptique moris, arbitrantur malitiam successoris ipsis in prætextum flagitiorum fore. Atqui non sic beatus ille Samuel orauit, expetiuitque votis summam rerum in eximium quendam traducere. Vsq; adeò affectu charitatis tenebatur, vsque adeò mundus fuit & alienus ab inuidia, longeq; semotus à vanitate & opinione sui. Quia salutem hominum duntaxat spectauit, illis gubernatorem ad sui expressit imitationem, in ea oratione, qua de gestis suis rationem dedit. Nam quum ignarum sciret, odiosumque regem adhortari, qui omnia coram erat auditurus, atque illi seu formam præscribere reipublicæ: quàm scilicet mansuetus esse debeat, quàm moderatus, quàm procul à munerum corruptione, vt nemini vim inferat, vt nemini sit iniustus, neque diuitiis congerendis studeat: rursum tacendo cunctus populus in prædam traditus fuisset: prætextu excusationis, vtrunque periculum declinauit. Illum docuit cuiusmodi gubernatorem esse conueniat, simulque vitauit odium doctrinæ. Siquidem videtur cir- L
ca res suas occupatus, instruit tamen & præscribit, quanto studio, quaue via, subditorum cõmodis aduigilare par sit. Tu interim expende, quàm accuratè seipse purum decla-

declarat ab omni delicto. Non enim dicit, neque agrum alcui ex uobis, neque argentum abstuli: sed (quòd omnium vilissimũ est) dicit, nempe ne calceum quidem. Mox alteram ipsius, eximiamque nobis virtutẽ aperit: plerique enim principes, dum furto plebem expoliant, mansueti sunt & moderati & suaues, non ex animo, sed propter necessitatem conscientiæ, adempta eis per futurum dicẽdi libertate. Si muneribus ac cipiendis abstinent, onerosi grauesq; sunt, quanquã non ex animo abstinent. Eo nanque ingenio existimationem captãt, quasi ex proposito sint puri. Adeoque in vnum pariter vtrunque sępenumero confluit & quam facillimè, vt idem sit ex æquo sæuus atque furax. Sanctus ille contendit se ambobus his malis eminere, nõ minus ab industria compilandæ plebis, quam ab ira remotissimus, cũ dicit: Cuius vitulum sumpsi? nec desinit quin mox subiungit, aut quem ex uobis potentia supergressi, aut in vincula perpetua conieci, hoc est afflictionibus extinxi? Quod autem dicit, huiusmodi quiddam est: nemo illud aduersum me dicere poterit, cùm nihil penitus acceperi. Quando verò nihil accepi, consequens esset, me fuisse intolerabilem, difficilem, atrocem, ac inhumanum: eoque subnectit. Aut quẽ ex uobis imperio depressi? At quid illi respondebunt? Non oppressisti nos, neque uinculis intrusisti, neque vnquam ex manibus nostris quicquã accepisti: & quòd discas, quòd regem illorum instructurus, illa sit præfatus, subiecit: testis Dominus, & testis vnctus eius, quinimmo vobis idem est manifestum. Atque ostendit, quam iucunda testificatio: illum enim testem nominauit, qui arcana cogitationum perspexit, quòd est mundæ conscientiæ probamentum, quia nemo prorsus nemo qui sanus, quique mente non excidit, testẽ Deũ euocat, nisi omnibus modis sibi confidat. Testificantibus itaque illis, de his quæ modò narrauerat, aliam virtutem ingerit, veterum memoriam refricat, & eorum quę gesta sunt apud Aegyptũ, prefecturę Dei, ac bellorum, quæ secuta sunt. Rememorat pugnam sub se pugnatam, insperatamque victoriam. Deducit quomodo sæpenumero propter peccata tradit sunt hostibus, inuocatoque Deo, ab eis rursum liberati. Veteribus noua committens, Misit (inquit) Dominus Hieroboam & Barach Iephthę, ipsumque Samuelem, & eripuit circumundiq; ex manu inimicorum vestrorum, magnaque fiducia domos vestras incoluistis. Num vides quemadmodum est cõsuetudo sanctis, propria benefacta pertinaciter contegere, nisi dum ad explanãdum necessitas imperiosior impellit? Ideoque Paulus huc spectãs, vtq; accuratè didicerat, quàm molestum, odiosumque sit, audite de se magnificentius loquentem dixit, Vtinam tolerassetis meæ insipientiæ paululum quiddam. Neque ait, vtinam tolerassetis insipiẽtiam meam: sed paululum quiddam. Quãdoquidem necessitas non fuit, vt se largiùs profunderet in encomiorum suorum narrationem, breuibus ea peruolitauit, idque propter illos & ipsorum salutem. Quemadmodum enim suas recitare virtutes, extremæ videtur dementiæ, si nulla superest necessitas: ita necessitate violenter incũbente propellenteque proditio est ea tacere, quæ quis studiosè perfecit. At Paulus præsentem considerans necessitatem, adhuc subcunctatur, insipientiæ negocium nominat: quò tu discas eius prudentiam, sapientiam & securissimam cautionem. Nam cùm dicit, quòd loquor secundùm Dominum, aduectit, argumento gloriationis. Ne putes (inquit) ista me generatim differere. Itaque in hoc eum laudo maximè & admiror, pronuncioque sapientissimum, quòd rem stultam existimauit sese prædicare & extollere. Quòd si ille cùm necessitatem adesse videt, appellauit hoc insipientiam: qua venia, qua excusatione digni sunt, qui de se præter necessitatem eximia iactant, aut alijs vt ipsos apud auditores efferant iniungunt? Ergo cùm illa cognoscimus, quæ dicta sunt, nõ tantùm verbis commendemus, sed imitemur, & assequi contendamus, obliti virtutum, tenacem vitiorum memoriam foueamus, quò mediocribus consentire possimus, in futurum protendere, brauium apprehẽdere supremæ vocationis. Quòd omnibus nobis obueniat ex charitate & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui simul atque patri & Sancto Spiritui sit gloria, potentia, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

FINI

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEP. CONSTANTINOPOLITANI,

ENARRATIO IN EPISTOLAM

ad Galatas.

PAulus apostolus, non ab hominibus, neque per homines, sed per Iesum Christum, & Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis, & omnes qui mecum sunt fratres, ecclesijs Galatiæ, Gratia uobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo.] Proœmium multa vehementia, magnoque spiritu plenum est: nec proœmium modò, verùm etiam tota, vt ita dicam, epistola. Etenim tùm placidè, leniterque loqui discipulis, quùm opus est acrimonia, non doctoris, sed corruptoris potius fuerit & hostis. Hanc ob causam & Dominus, quum multa placidè mansuetèque locutus sit discipulis, nonnunquam tamẽ & austeriorem adhibuit orationem, nunc quidem illos beatos prædicans, & collaudans, nunc rursus increpans & obiurgans. Itaq; quum Petro dixisset: Beatus es Simon Bar Iona, promisisset que futurum, vt ecclesiæ fundamenta super illius professionem iaceret, haud multò pòst dicit eidem: Vade post me satana, scandalum es mihi. Et alibi rursus: Adhuc & uos sine intellectu estis? Tantumque terroris illis iniecit, vt Ioannes dicat, quòd videntes eum, cum muliere Samaritana colloquẽtem, de cibo quidem commonuerint: cæterùm nemo fuerit ausus dicere: quid quæris, aut quid loqueris cum ista? Hæc edoctus Paulus, ac præceptoris sui vestigiis ingrediens, variè sermonem ad discipulorum vtilitatem attemperat, nunc quidem vrens ac secans, nunc rursum mitiora admouens remedia. Et Corinthiis quidem dicebat: Quid vultis? vt in virga veniam ad uos, an in charitate & spiritu lenitatis? Porrò Galatis ita loquitur: O stulti Galatæ. Neque verò semel duntaxat, sed bis vsus est hac obiurgatione. Quin & sub finem epistolæ, taxans illos dixit: Ne quis mihi faceſſat negocium. Cæterùm hic acerbiratem denuò mitigat, quum ait: Filioli mei, quos iterum parturio; aliisque multis consimilibus verbis: Cæterùm hãc epistolam esse plenam vehementiæ, cuiuis perspicuũ est, vel ex ipso statim lectionis ingressu. Sed aperiendum est, quid Apostolum prouocarit in discipulos. Neque enim id pusillum fuit, neque parui momenti: alioqui nec ipse tam acerbè fuisset in eos inuectus. Siquidem quibuslibet de causis irritari, hominis est pusillanimis, morosi, miserique: quemadmodum ex aduerso, in grauibus causis supinum ac negligentem esse, viri est inertis ac somniculosi. At huiusmodi nequaquam erat Paulus. Quod igitur erat peccatum, quo sic commotus erat? profectò magnum erat, & supra modũ graue, quodque illos omnes abalienabat à Christo, quemadmodum ipse in progressu sermonis declarat, dicens: Ecce ego Paulus dico vobis, quòd si circuncidamini, Christus nihil uobis profuturus est. Ac rursum: Quicunque in lege iustificamini, à gratia excidistis. Quid igitur tandem hoc erat? Nam apertiùs explanandum est. Qui ex Iudæis crediderant, partim occupati per suasione Iudaismi, partim inanis gloriæ siti temulenti, dum sibi doctorum cupiũt parare dignitatem, authoritatemque, profecti ad Galatas docuerunt illis opus esse circunciſione, seruanda sabbata, & nouilunia, nec tolerandum esse Paulum, qui harum rerum tolleret obseruationes. Nã Petrus, & Iacobus, ac Ioannes hæc (vt aiebant) non prohibebant, quum essent inter Apostolos primę dignitatis, quumq; cum Christo fuissent versati. Ac re vera non prohibebant. Cæterùm id faciebant, non quòd ita faciendum esse decerneret, sed vt eorum, qui ex Iudæis crediderant, imbecillitati morem gererent. At Paulus qui gentibus prædicandi munus susceperat, nihil opus habebat hac obsecundatione. Nam quum versaretur in Iudæa, ad eundem modum & ipse morem gessit Iudæis. Verùm impostores quidam non explican-

Vehemẽtior Paulus aduersus Galatas.

B

Seueritas lenitate tẽperãda.

Mat. 16. c

Ibidẽ. d

Ibid. 15. b

Ioã. 4. a d

1. Co. 4. d

C

Inf. 3. a

Ibi. vlt. d

Ibi. 4. c

Paulus cur iratus Galatis.

Inf. 5. a

Ibidem

D

Argumẽtum epistolæ

explicantes causas, ob quas tùm hìc tùm illi Iudæis mortem gererent, arte fallebãt simpliciores huiusmodi sermonibus: Non est ferendus Paulus. Nam hic herì ac nudiustertius exortus est: at Petrus & qui cũ
E illo sunt, primi sunt Apostolorum. Tũ hic quidem discipulus fuit Apostolorum, illi verò Iesu Christi. Præterea hic solus est, illi multi & ecclesiæ columnæ. Denique & simulationis calumniam Paulo intendebant dicentes: Hic ipse qui tollit circunci sionem, alibi visus est iis vti, quæ damnat, aliter vobis, aliter aliis prædicãs. Proinde quũ cerneret totam Galatarũ gentem inflãmatam, ac periculosum incẽdium aduersus illorum ecclesiam excitatũ esse, iamq; domum labefactã, periclitari: ne corrueret,
Inf. 4.c partim ira iusta eõmotus, partim immẽso animi dolore correptus (nã & hoc declarauit dicens: Cupiebam nũc esse apud vos & mutare vocem meã) scribit epistolam ad uniuersos, ad ista respondens, & ad hoc ipsis protinus exordiis tendit, uidelicet qđ ii qui suffossis cuniculis ipsius existimationem apud Galatas subuertere conabãtur, dicebant, alios esse Discipulos ipsius Christi, hunc Apostolorum dumtaxat fuisse Discipulum. Et hanc ob causam sic orsus est: [Paulus Apostolus non ab hominibus,
F neq; per homines.] Prædicabant enim quẽadmodum iam cœperam dicere impostores illi, quòd Paulus Apostolorum omniũ postremus esset, quòdque ab illis edoctus esset: Petrum enim Iacobum & Ioannem ut primi fuerant uocati, ita inter Discipulos tenere primas, qui sua dogmata ab ipso Christo acceperant. Proinde magis credendum illis, quam huic. At illos non uetare circunciſionem neque legis obseruationẽ. Hæc & his similia dictitantes, hinc Paulũ deprimentes authoritatẽ, illinc aliorum Apostolorum gloriam attollentes, nõ ut illos laudibus ornarent, sed ut Galatas seducerent, persuaserant ut legi adhærerent, quum iam legis tempus præteriisset. Proinde congruenter ad hunc exorsus est modum. Quoniam enim ipsius doctrinã eleuabant, dicentes illam ab hominibus profectam, quum Petri esset à Iesu Christo, in ipso statim ingressu refellit hoc, di-
Act.9.b cens se Apostolum esse nõ ab hominibus, neque per homines. Nã baptizarat quidẽ illum Ananias, at non ille liberauit eum ab errore, nec ad fidem adduxit, sed ipse cœlitus Christus, emissa ad eum admiranda illa uoce, per quam hunc quoque piscatus est. Nam Petrum quidem ac fratrem eius & Ioannem cum fratre suo, ambulãs iuxta mare vocarat: Paulum uerò uocauit quum iam ascendisset in cœlum. Et quẽadmodum illi non habebant opus iterata uocatione, sed protinus relictis retibus, cæterisque omnibus sequuti sunt eum: ita & à prima statim uocatione, ad summum ascendit fastigium, simul ac baptizatus est, bello cum Iudæis irreconciliabili susceptο. Atque hoc nomine potissimum cæteris Apostolis antecellebat: Abundantiùs enim (inquit) illis laboraui. Verùm nondum hoc aggreditur, sed sat habet cæteris æquiparari. Neque enim hoc illi studio fuit, ut ostenderet se cæteris eminentiorem, sed ut erroris ac deceptionis argumẽtum materiamque dissolueret. Itaq; quod dicit, non ab hominibus, omnium erat commune, siquidem euangelii prædicatio originem ac radicem ducebat è cœlis. Cęterùm quod addit, neque per homines, ipsi proprium erat. Immo ueriùs, non ipsius tantum, sed cęterorum etiam Apostolorum: neque.n. per homines uocarat eos, sed per se ipsum. Sed quamobrem non meminit uocationis dicens: Paulus uocatus, nõ ab hominibus, sed Apostolici muneris facit mentionem? Quoniam in hoc totius sermonis cardo uertebatur. Dicebant.n. hũc Apostolum ab hominibus suscepisse illam docendi prouinciam eoque par esse, ut illos sequeretur. Verùm quòd non ab hominibus eam susceperisset, declarat Lucas qui dicit: Ministrantibus autem illis ac ieiunantibus Domino, dixit spiritus sanctus, segregate mihi Paulum & Barnabam. Vnde liquet eandem esse potestatem filii & spiritus. Quum enim à spiritu missus esset, à Christo se missum ait. Idem & alibi declarat ea quæ Dei sunt, adscribens spiritui. Siquidem senioribus Milesiis verba faciens: Attendite (inquit) uobis ipsis, & uniuerso gregi, in quo posuit uos Spiritus Sanctus Pastores & Episcopos: & tamẽ in alia quadam epistola dicit, quos quidem posuit Deus in ecclesia, primùm Apostolos, secundo loco prophetas, deinde Pastores ac Doctores. Adeò promiscuè citraque discrimen loquitur, quæ spiritus

mat.4.c d
Act.9.a
G
1. Cor. 15.b
Quæstio
Act.15. a
H
Spiritus sanctus probat cẽ Deus
Act.20. f
Ephe.4

sunt, Deo tribuens, rursum quæ Dei, spiritui. Quin & obiter hęreticorũ obturat ora, quum ait: Per Iesum Christum & Deum patrem. Etenim quoniam aiunt hanc vocem, velut inferioris dignitatis adiectam Filio, vide quid facit: Eam patris vocabulo præponit, nos interim docẽs, ne naturę ineffabili leges statuamus, neque deitatis modum præfiniamus inter filium & patrem. Verùm vbi dixisset, per Iesum Christum: adiecit, & Deum patrem. Etenim si sola patris mẽtione facta dixisset, per quẽ: fortassis commento reperto dixissent hãc particulam, per quem, congruere Patri, eò quòd Filii opera ad illum referantur. At nunc simul & Filii & Patris facta mentione, communiterque de vtroque loquutus, isti commento non passus est locũ esse reliquum. Neque enim id facit, quòd ea quæ Filii sunt, ppria, referat ad patrẽ: sed vt declaret, quòd hæc oratio nullũ naturæ discrimen inducat. Quid porrò hìc habituri sint quòd dicant isti, qui in baptismo cõmenti sunt, vnde putent aliam personam alia minorem, eò quòd baptizemur in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Nã si ideo inferior est Filius, quòd post Patrẽ ponitur, quum hìc Apostolus à Christo orsus ad Patrem veniat, quid dicturi sunt? Verùm nihil adhuc blasphemum dicemus. Non enim cõmittendum est, vt cum illis decertantes à veritate excidamus. Quin potiùs etiam si decies milies insaniant illi, nos tamen intra veritatis limiies contineamur oportet. Quemadmodum igitur nos haudquaquã dixerimus, Filium Patre maiorem, eò q Paulus hunc priore loco commemorauit (nam id quidem summæ dementiæ, totiusq; impietatis extrema linea fuerit) ita nec illic quia Patri postponitur Filius, arbitrari debemus filiũ patre minorem. [Qui excitauit eum à mortuis.] Quid agis Paule? Quum cupias Iudaizãtes ad fidem perducere, nihil ex illis magnis ac præclaris adducis in mediũ? Quale est illud quod ad Philippenses scripsisti dicens: Quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Item quod Hebræis scribens clara voce protulisti, splendor est gloriæ, & figura substantiæ illius. Rursum quòd in euangelii sui initio ille tonitrui filius exsonuit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Prætera quod ad Iudæos crebrò pronunciauit dominus dicens. Quæ facit Pater, eadẽ & filium facere. Declarat enim quòd eandẽ potentiã habeat cum patre, eandemque operandi facultatem. Horum nihil dicis, verùm his omnibus omissis, de carnis dispensatione facis mentionem, Crucem ac mortificationem in medium adferens. Hoc esse verum fassus aliquis, sic pro Paulo respondebit: Si illi sermo fuisset apud homines qui nihil magni de Christo concepissent animis, æquum erat illa magnifica proferre. Verùm quoniam illi nobis mouent seditionem, qui sibi videbantur pœnas daturi, si desciuissent à lege, ideo mentionem facit eius rei, per quam excludit totam legis necessitatem, nimirum eõ memorans Dei munificentiã ex Cruce & resurrectione collatam vniuersis. Etenim si dixisset: In principio erat verbum, & quum in forma Dei esset, & si fecisset eum æqualem patri, aliaq; consimilia si dixisset, declarasset quidem verbi diuinitatem: verùm nihil ad id quod hic agebatur, illa cõtulissent. Porrò quòd ait, q excitauit eum à mortuis, commonefacit eos summi beneficii, quod in nos contulit Christus, quæ res haud mediocriter ipsi conducebat ad id quod agebatur, eò quòd homines plerique non perinde solent attentis auribus audire eos sermones qui Dei maiestatem commendant, atque hos qui eiusdem in homines beneficentiam declarant. Hanc ob causam omissa illorum mentione, de collata in nos munificentia verba facit. Verùm hic insultant hæretici dicente: Ecce Pater suscitauit Filium. Nam postea quã semel eos corripuit insaniæ morbus, ad sublimes illas sententiæ sponte surdi sunt: cæterùm si qua humiliora vel ob carnem assumptam ita dicta sunt, uel ob Patri debitum honorẽ, vel ob aliã quampiã dispensationem, hæc seligunt, & hæc sola expendentes, citra aliorum locorum collationem. ipsi sibi noxam accersunt, nolim enim dicere scripturæ. Quos equidem lubens perconter, quas ob res ista dicant. Num ideo, quòd studeant Filium ostendere imbecillem, nec satis idoneum ad vnius corporis suscitationem? Atqui fides erga illum effecit, ut q umbræ eorum qui credebant, excitarent mortuos.

Pilius præponitur patri Deo.

I Ordo ĩ personis nõ inæqualitas.

K

Phil. 2. a

Hebr. 1. a

Ioã. 1. a

Ioã. 6. d

L

Ibi. 5. d

M

Act. 5. 6

Itane

Itane qui credebant in eum, homines adhuc mortales, ex umbra sola luteorum corporum quæ gerebant, seque uestibus horũ corporibus admotis, excitabant mortuos, & ipse seipsum excitare non potuit? An nõ hæc euidens est insania, uehemensque deliratio? Non audis illum dicentem: Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud? Ac rursum: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterũ sumendi eam? Quam igitur ob causam pater illum excitasse dicitur? Sic illum excitare dicitur, quemadmodum & alia facere dicitur, quæ facit filius. Si quidem hoc partim honoris gratia, qui patri debetur, dictum est: partim ob auditorum imbecillitatem. [Et qui mecum sunt fratres.] Quam tandem ob causam nequaquam hoc addit in cæteris epistolis? In illis enim, aut suum nomen solum ponit, aut duorum duntaxat triumve addit nomina: hic autem totam multitudinem posuit. Ideo posuit uniuersos, quòd neminẽ commemorat nominatim. Verum hoc ipsum cur facit? Traduxerant Paulum hoc nomine, quòd solus hæc prædicaret, nouamque dogmatum rõnem inucheret. Hanc igit illorum suspicionem cupiens eximere, simulque declarare, quòd multos haberet eiusdem sententiæ, adiungit sibi fratres, significans se ex illorum sententia scribere quæ scribit. [Ecclesiis Galatiæ.] Neque enim unam ciuitatem, neque duas, neque tres, sed totam Galatarum gentem huius erroris incendium peruaserat. Contemplare uerò mihi & hic uehementem indignationem Apostoli. Non enim dixit, dilectis, neque, sanctificatis, sed ecclesiis Galatiæ. Nam hoc erat ægrè affecti animo, suumque dolorem aperientis, quòd eos non a charitate, neq; progressione: quodque non addidit, ecclesiis Dei, sed simpliciter dixit, ecclesiis Galatiæ. Quanquam & alioqui ipsa statim præfatione festinat illorum dissidium redigere in concordiam, eaque gratia ecclesiæ, id est, congregationis uocabulum posuit, pudorem illis incutiens, & cogens in vnum. Etenim qui dissecti sunt in uarias partes, nequaquam possunt hoc appellari cognomine. Si quidem ecclesiæ nomen, consensus concordiæque nomen est. [Gratia uobis & pax a Deo patre & dño Iesu Christo.] Cum ubique necessariò ponit hanc particulam, tum maximè nunc Galatis scribens. Cum enim periclitarentur ne a gratia excidirent, optat illis huius instaurationem ac sarturam. Et quoniam seipsos hostes reddiderant Deo, obsecrat Deum, ut eos ad eandem pacem reducat. [Deo patre] Et hoc ex loco rursum conficiuntur hæretici. Nam qui Ioannem in initio sui euangelii, cum ait, Et Deus erat uerbum: dicunt ideo Theon, idest, Deum, absque articulo posuisse, ut Filii deitatem induceret paterna minorem. Itemque Paulum, cum ait, Filium in forma Ihau, idest, Dei fuisse, non de patre fuisse loquutum, eo quòd ibi quoque Dei nomen careat articulo: quid hic dicturi sunt, cum ipse Paulus sic loquatur, non apo tu theu, idest, a Deo, præfixo articulo: sed, apo theu patros, idest, a Deo, patre, sine articulo? Patrem uerò hic Deũ appellat, non quidem illis assentans ac blãdiens, sed acriter taxans, eiusque memoriam refricans causæ, per quam facti fuerant filii. Non enim per legem, sed per lauacrum regenerationis hoc honoris adepti sunt, eoque passim in ipsis etiam epistolarum exordiis spargit ac disseminat beneficentiæ diuinæ uestigia, non tantum dicẽs: Cum serui sitis, cum sitis hostes & alienati, qua fronte uocatis patrem Deum? Num lex uobis largita est istam cognationem? Cur igitur deserto eo, qui uos in hanc propinquitatem induxit, rursum transcurritis ad pædagogum? Neque uerò patris nomen tantum uerum, & filii cognomina sufficiebant ad declarandum illis Dei erga ipsos munificentiam. Etenim domini Iesu Christi nomen si diligenter expendatur, totam illius erga nos beneficentiam declarat. Iesus enim, inquit, ob hoc uocabitur, quoniam ipse saluum faciet populum suum a peccatis ipsorum. Christi uerò cognomen spiritus unctionem reuocat in memoriam.] Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris.] Vides quòd haudquaquam seruile, & adactum sustinuerit ministerium, nec a quoquam sit traditus, sed ipse seipsum tradiderit. Itaque cum audis Ioannem dicentem, quòd pater filium suum unigenitum dedit pro nobis, nec ob id diminuas unigeniti dignitatem nèue quid humanum de illo suspiceris. Quanquã enim pater dicit tradidisse, non

Ioã. 2. d
Ibi. 10. d
Quæst.
A
B
Eccles.
Ioã. 1. Articuli vis
C
Mat. 1. d
Ioã. 3. b
D

hoc

hoc dicitur, ut imagineris, quòd Filius Patri seruili more inseruiat, sed ut intelligas hoc Patri quoque fuisse placitum. Quòd & hic Paulus declarat, dicens: [Iuxta uoluntatem Dei & Patris nostri.] Vide, non dixit, iuxta præscriptionem: sed, secundum volũ
Ibi. 6. d tatem. Etenim cum eadem sit uoluntas Patris ac Filii, quæcunque uoluit Filius, eadẽ uoluit & Pater. Quid est, pro peccatis nostris? Innumeris, inquit, malis nosipsos inuolueramus, eramusque rei extremi supplicii. Ac lex quidem adeò non liberabat, ut condemnarit etiam: sic prodito peccato & in apertum prolato, ut nec liberos reddere, nec iram Dei sedare ualeret. Sed Dei filius & hoc quod erat impossibile, reddidit possibile, dum & peccata dissoluit, & inimicos constituit in amicorum ordinem, & alia deniq; innumera bona largitus est. Post hæc ait: [Vt eriperet nos ex præsenti
Vita qũ dr mala. seculo malo.] Rursus hoc dictum alii arripiunt hæretici, damnantes hanc præsentẽ uitam, & in hoc Pauli testimonium allegantes: ecce, inquiunt, præsens seculum appellat malum. Sed age dic mihi, quid est seculum? Tempus diebus & horis discretum. Quid igitur? An spacium dierum malum est? An malus est Solis cursus? At nemo qsquam istud unquam dicturus est, etiam si ad extremam uenerit amentiam. Verum, inquiet, non tempus dixit malum, sed præsentem uitam appellauit malam. Atqui non isthuc sonant uerba Pauli, verùm non intelligis uerba, ex quibus nectis huius uitæ accusationem, sed ipse tibi aperis interpretandi uiam. Proinde nobis quoque concedas, ut quæ dicta sunt interpretemur, idque eo magis, quòd quæ nos adferimus, & pia sunt, & rationi consentanea. Quid igitur dicturi sumus? An quòd nullum malum esse queat unquam causa boni? Sed hæc uita præsens innumerabiles coronas, tantaque præmia parit. Vnde & ipse Paulus supra modum laudat eum, loquẽs hũc
Phil. 1. c in modum: Quòd si uiuere in carne hic mihi fructus est operis, & qnid eligã igno ro. Hic uerò cum sibi proponat optionẽ, vtrum hic mallet viuere, an dissolui, & esse eum Christo, potiùs ducit hic commorari. Quòd si mala esset vita, nequaquam hoc ille de seipso dixisset, hæc alius quis
F quam potuisset ea ad virtutem abuti, quantumuis adhibuisset studii. Nullus enim vnquam malitia possit in bonum uti, non
Ro. 8. scortatione ad pudicitiam, non inuidia ad beneuolentiam. Nam cùm Paulus de prudentia carnis loquens, scribit, eam non esse subiectam legi Dei: neque enim posse, hoc sentit, malitiam donec manet malitia, non posse esse uirtutem. Proinde cùm audis malum seculum, intellige prauas actiones, propositum animi corruptũ. Neque enim ob id uenit Christus, ut nos excuteret exigeretque ex hac uita, sed vt nos in mundo relictos, dignos efficeret, qui in cœlis uersemur. Eoque patri loquens, sic
Io. 17. b ait: Et hi in mundo sunt, & ego ad te ue-
Ibid. c nio. Ac rursum: Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo, hoc est, a malitia. Quòd si non pateris hanc interpretationem, sed adhuc prędicas hanc uitam esse malam, nec crimineris eos, qui sibipsis conscisc unt necem. Vt enim qui se subducit mãlis, non criminationem meretur, sed coronam promeretur: ita qui uiolenta morte, seu laqueo, seu aliis modis uitam abrumpit, hunc haudquaquam æquũ fuerit in crimen uocari iuxta uestram sententiam. Nunc uerò Deus illos acriùs punit quàm homicidas, & nos omnes eos de-
G testamur. Atque id iure, meritoque. Nam si alios occidere fas non est, multò magis nefas est seipsum occidere. Quòd si hæc uita res est mala, coronandi forent homicidæ, qui nos a malitia liberarent. Ad hæc autem qui hæc dicunt suis ipsorum uerbis inuoluuntur. Etenim cum Solem prædicent esse Deum, post hunc & Lunam Deam, hosque adorent, ueluti multorum bonorum authores, secum pugnantia loquuntur. Nam horum ut & reliquorum astrorum, non alius est usus, nisi quòd præsentem uitam nobis absoluunt, hanc inquam, ut isti loquuntur, malam, dum & alunt corpora, & splendore prælucent, & terræ fructus uegetant: quì fit igitur, ut ad huius malæ uitæ constitutionem, adeo subseruiant isti uestro iudicio Dii? Sed neque astra Dii sunt: Absit, sed opera sunt Dei, in nostram utilitatem condita: neq; mundus malus est. Quòd si mihi memores homicidas, adulteros, & monumentorum suffossores, ista demonstro tibi nihil ad præsentem uitam attinere. Neque enim hæc peccata sunt uitæ, quam agimus in carne, sed corruptæ uoluntatis. Etenim si ista

H ista sic essent vitæ præsentis, vt forte, fatoue quodam illi essent affixa : nullus ab his malis liber esset, neque purus. Proinde confidera, neminem effugere posse, quæ ppria sunt huius vitæ. Quæ porrò sunt hæc? Edere, bibere, dormire, crescere, esurire, sitire, nasci, mori, cunctaq; his similia. Hæc nullus vnquam vicerit, non peccator, non iustus, non rex, nõ plebeius, sed omnes subiacemus naturæ necessitati. Itidem & scelera perpetrare, si pertineret ad sortem conditionemq; naturæ, nullus hæc effugere posset, quemadmodum nec illa. Nec enim mihi dixeris, raros esse qui rectè vitam gerũt. Nam nullum omninò reperies, qui natura libus necessitatibus vnquam fuerit superior. Itaque donec vel vnus inuenietur, qui virtutem præstitit, constabit vndique illęsa nostra ratio. Quid ais miser & infœlix? Nũ hæc vita mala, in qua Deum agnouimus, in qua de futuris philosophamur, in qua ex hominibus facti sumus Anegli, cumq; cœlestibus virtutibus simul choros ducimus? Et quod tandem aliud quæremus malæ peruersæque vestræ mentis argumentum? Cur igitur (inquis) Paulus seculũ præsens dixit malum? Nimirum cõmuni hominum more sic loquutus est, quandoquidem & nos ad eum modum loqui solemus, malum habuit diem: non ipsum tempus, sed circunstantiam & actionem incusantes. Eadem ratione Paulus damnans prauas hominum voluntates, hac loquendi consuetudine est vsus, ostendens, quòd Christus nos non modò liberauerit à prioribus peccatis, verùm etiam in posterum aduersus hæc tutos reddiderit. Priùs enim illud declarat, cùm ait : Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Cùm autem addit, Vt eriperet nos ex præsenti seculo malo, tutamen & custodiam in posterum aperit. Nam lex quidem etiam ad vnum horum erat infirma & inefficax, gratia verò ad vtrunque valuit. Eoque subiunxit : Iuxta voluntatem Dei & Patris nostri. Cùm enim illi putarent se Dei iussa negligere, vtpote qui legem seruandum dederat, metuerentque ne perirent, si deserta vetere lege in noua progrederentur, & hãc illorum opinionem corrigit dicens, hæc patri quoque placita esse. Nec simpliciter dixit patri, sed patri nostro : idque perpetuò reperit, pudorem illis incutiens, eo quòd ostendit, quòd suum patrem Christus nostrum patrem effecit. [Cui gloria in secula, amen.] Et hoc nouum est & inusitatum. Nam hanc vocem, Amen, nusquã alibi reperimus in epistolarum initio positũ, sed multis præcedentibus solet addi. At hic ostendens ea quæ dicta sunt, satis euidentem habere Galatarum accusationem, & sermonem esse perfectum & absolutum, hoc vsus est exordio : quandoquidem manifesta crimina non egent multo probationis apparatu. Posteaquã enim illis in memoriam redegisset crucem & resurrectionem, redemprionem è peccatis, in posterum datam tutelam, Paternam voluntatem, Filij consilium, gratiam, pacẽ, denique totum illius donum gratuitum, glorificando Deum sermonem clausit. Verùm non hac de causa solùm hoc fecit, verùm etiam quòd supra modum doni magnitudinem admiraretur ac stuperet, gratiæque immensitatem, simulque secũ reputaret, cùm tales essemus, quales nos reddidisset Deus, idque subitò, in puncto momentoq; tẽporis, tanquã qui hæc oratione consequi non posset, glorificatione finit sermonẽ, non eam quæ Deo digna sit, sed quã ipse poterat laudem pro toto terrarum orbe depromens. Atque ob id deinceps cõcitatiore vsus est oratione, velut inflammatus vehemẽter ex cõsideratis Dei erga nos beneficijs. Cùm enim dixisset, cui gloria in secula, amen : ab acriori obiurgatione orditur, dicẽs : [Miror q tã citò trãsferimini ab eo, qui uocauit vos in gratia Christi in aliud euangelium.] Quoniam per legis obseruationem arbitrabantur sese placere Patri, quemadmodum existimabãt Iudæi Christũ persequentes, hoc primùm demonstrat, illos dum hæc faciunt, non modò Christũ, sed & Patrem offendere. Non enim (inquit) à Christo, sed à Patre deficitis ista faciendo. Nam vt vetus testamentum, non Patris tantùm est, verùm & Filij : ita gratia non Filij solùm est, sed & Patris. Denique communia omnia. Omnia, inquit, quæ patris mei sunt, mea sunt. Ergo cũ dicit eos à Patre desciuisse, duplicem impingit culpam : alteram quòd defecerint, alteram quòd celerrimè defecerint. Atqui contrarium potiùs erat reprehensione dignum, videlicet si post multum temporis desciuissent, verùm hìc agit de

I

K

L

Io. 17.b

de circunuentione. Est quidem & ille dignus reprehensione, qui post longum temporis spacium deficit. Cæterùm qui ad primam irruptionem & in ipso sagittarum è longinquo volantium iactu concidit, extremæ imbecillitatis de se specimen præbuit: hoc nomine & hos inculat, dicens: Quid rei est, quòd ij qui vos decipiũt, nec spacio temporis ad id opus habẽt, sed prima statim inuitatio sufficit eis ad subuertendum vos & capiendum? Quam tandem impetrare possitis veniam? Etenim si hoc crimen in amicos commissum esset, is qui priores vtiles ac necessarios amicos reliquisset, dignus esset condemnatione: qui Deo vocante resilit, cogita quanto supplicio sit obnoxius. Cęterùm cùm ait, admiror, non solùm verecundiam illis ingerit hoc dicto, quòd post tantam munificentiam, post tantam peccatorum condonationem, post immensam exhibitam humanitatem, vltrò currant ad iugum seruitutis: verùm simul & illud ostendit, qualẽ habeat de illis opinionem, nimirum ingẽtem quandam & egregiam. Neque enim si iudicasset eos de numero vulgarium, & eorum quibus facilè imponitur: nequaquam admiraretur quod acciderat. Verùm quoniam vos (inquit) estis de numero syncerorum, & qui multum laboris sustinuerunt: ideo miror. Id igitur satis erat ad eos restituendos, & ad priora reuocãdos, quod ipsum in huius epistolæ medio declarat, dicens: Tam multa passi estis frustrà, si tamen frustrà. [transferimini.] Non dixit, translati estis, sed, transferrimini: hoc est, nondum credo, nondum arbitror perpetratam circunuentionem. Quòd ipsum rursus est reuocare studẽtis. Hoc igitur in sequentibus dicit apertius: Ego confido de vobis, quòd nihil aliud sapietis. [Ab eo qui vocauit vos in gratia Christi.] Ipsa quidem vocatio patris est, vocationis autem causa filius est. Nam ipse est qui nos reconciliauit, qui donum dedit. Neque enim ex operibus iustitiæ salui facti sumus: quin potius & hæc illius sunt, & illa huius. Nam mea (inquit) tua sunt, & tua mea. Nec dixit, ab euangelio transferimini: sed, à Deo, qui vos vocauit: quod erat dictu horribilius, & accommodatius ad terrorem illis incutiendum, id posuit. Siquidem qui studebant illos seducere, non id semel ac repentè, sed paulatim eos ab ipsis rebus transferentes, à nominibus non transferebant. Nam huiusmodi Diaboli fraus est, haudquaquàm nudos proponere laqueos, quibus venatur homines. Etenim si dixissent, desciscite à Christo, Galatæ vitassent eos, velut impostores & corruptores. Nunc verò sinentes eos adhuc in fide manere, & interim fraudis prætexentes euangelij nomen, impunè summaque audacia perfodiebant domum, videlicet iis quæ dixi, velut obtentis velamentis per hæc nomina cælantibus parietum perfossores. Quoniam igitur illi suam impostaram appellabant euangelium, ipse etiam aduersus nomen repugnat, libereque agit, dicens: [In aliud euangelium, quod non est aliud. Pulchrè: neque enim est aliud. Attamen quod accidit ægrotantibus, dũ salubribus cibis offenduntur, hoc idem vsu venit hìc Marcionistis. Arripuerunt enim quæ dicta sunt hìc, ac dicebant: Ecce Paulus etiam ipse dixit non esse aliud euangelium. Neque enim hi recipiunt omnes euangelistas, sed vnum duntaxat, quod ipsum tamen suo arbitratu mutilarunt, commiscueruntque. Quid igitur sibi vult, cùm ait, iuxta euangelium meum & prędicationem Iesu Christi? Sunt quidem vehementer ridicula, quæ isti adferunt: veruntamen quanquam sunt deridenda, operæpretium tamen est ea refellere propter eos qui facilè decipiũtur. Quid igitur dicemus, an quòd etiam si decies millę sint Euangelistæ qui scribunt euangelia, modò scribant eadem, multa illa vnicum esse euangelium, neque quicquam obstare scribentium multitudinem, quò minus vnum sit euangelium? quemadmodum ex aduerso, si quis vnus scribens commemoret contraria, non esset vnum euangelium quæ scribuntur. Vt enim vnum sit euangelium aut non vnum: non æstimatur numero scribẽtium, sed hinc, eadem ne sint, an diuersa quæ scribũtur. Vnde dilucidum est, quatuor euangelia vnum esse euangelium. Cùm enim quatuor eadem loquantur, non est aliud atque aliud, ob personarum differentiam, sed vnum ob eorum qui loquuntur consonantiam. Neq; enim Paulus nunc de numero loquitur, sed de pugnantia eorum quæ dicuntur. Proinde si iuxta vim eorum, quæ in illis scripta sunt, iuxtaq; dogmatũ excusam ratione aliud est

M

Inf. 3. a

A

Inf. 5. b

Tit. 3.

Io. 17. b

Marcionis error.

Euãgeliũ vnũ & multa.

B

C

UNIVERSIDAD DE MURCIA

est euangelium Matthæi, aliud Lucæ: rectè Pauli sermonem hunc arripiunt. Sin vnum & idem est, desinant ineptire, simulantes hæc ignorare sese, quæ vel admodũ pueris nota perspicuaque sunt. [Nisi quòd quidam sunt, qui conturbant vos, & volũt subuertere euangelium Christi.] Hoc est, donec fueritis sanæ mentis, ne agnoscatis aliud euangelium, donec recto minimeq; distorto fueritis obtutu: nec imaginemini vos videre quę nusquam sunt. Quemadmodum oculus turbatus aliud pro alio cernit ita mẽs prauarum cogitationum confusione perturbata, idem pati consueuit. Itidem & qui laborant insania alias pro alijs rerum species se videre credunt. Verùm hæc insania quàm illa periculosior est, quę noxam adfert, non in rebus sensibilibus, sed in rebus intelligibilibus: non in pupilla corporalium oculorum, sed in oculis animi distorsionem gignens. [Et volunt subuertere euangelium Christi.] Atqui vnum aut alterum duntaxat præscriptum induxerant, circuncisionem, & dierum obseruationem innouantes. Verùm, vt ostenderet quòd pusillum quiddam perperam admistum, totum corrumpit, dixit subuerti euangelium. Quemadmodum enim in moneta regia, qui paulum aliquid amputarit de impressa imagine, totum numisma reddidit adulterinum: ita quisquis sanæ fidei vel minimam particulam subuerterit, in totum corrumpitur, ab hoc initio semper ad deteriora procedens. Vbi sunt igitur qui nos vt contentiosos damnant, eo quòd cum hæreticis habemus dissidium, dicitantque nullum esse discrimen inter nos & illos, sed ex principatus ambitu profici sci discordiam? Audiant quid dicit Paulus, nimirum illos subuertisse euãgelium, qui paululùm quiddam rerum nouarum inuexerant: Isti verò non simpliciter pusillum quiddam innouant. nam qui pusillum, qui Filium Dei prædicant esse creaturam? sed quòd est omnium maximum, immutant. At non audisti, quòd is qui in veteri quoque testamento, sabbato ligna collegerat, vnicum mandatum, nec id maximum transgressus, extremo affectus est supplicio? Quodque Oza, quoniam arcam alioqui subuertendam fulcit, è vestigio mortuus est, eo quòd ministerium ipsi nõ congruens vsurpauit? Ergòne sabbatum violatum, & solus arcæ ruituræ contactus, ad tantam indignationem prouocauit, vt qui hæc ausi fuerãt ne minimum quidem veniæ sint consequuti: hìc verò qui adoranda & ineffabilia dogmata corrumpit, excusationem habiturus est, & veniam cõsequetur? Non potest hoc fieri, non potest inquam. Hoc ipsum igitur est omniũ malorum causa, quòd ob pusilla non indigna mur. Ob id enim maiora scelera subierunt, quòd minoribus debita correctio non adhibetur. Et quemadmodum in corporibus, qui vulnera neglexerunt, febres gignunt, & putrefactiones, ac mortem denique: itidem & in animis, qui pusilla dissimulant, maiora inuitant. Ille (inquiunt) labitur in ieiunio, neque quicquam est magni. Alter verò valet quidem recta fide, cæterum temporis gratia simulans, profitendi libertatẽ prodidit. Ne id quidem est aliquid magni mali. Alius irritatus, minatus est se defecturum à recta fide. Ne id quidem supplicio dignum, eò quòd ira animique commotione peccauit. Quid & innumera reperiet aliquis huius generis quotidie peccata inuehi ecclesiis. Hanc ob causam deridiculi facti sumus & gentibus, & Iudęis, dum ecclesia in mille partes discinditur. Etenim si qui à diuinis præscriptis resilire conabantur, & paulum quiddam secùs quàm oportet tentabant, mox ab initio fuisset adhibita conueniens increpatio, nequaquam nata fuisset hæc pestis, haudquaquam tanta tempestas ecclesias occupasset. Vide igitur quomodo Paulus circuncisionem appellat euangelii subuersionem. Nunc autem multi sunt apud nos, qui eodem die ieiunant quo Iudęi, qui similiter obseruant sabbata, & animosè ferimus, immo potius calamitosè. Et quid loquor de rebus Iudæorum? Multi gentium mores apud nostros aliquot seruantur, sortilegia, auguria, omnia, ac dierum obseruationes, superstitiosa super Genesim cura, & omnis impietatis plenæ literæ, quas puerorum protinus vt nati sunt magno malo capitibus imponunt, ab ipso protinus exordio docentes illos virtutis adipiscendæ studium abiicere, & ad fallacem fati tyrannidem, quod quidem in ipsis est, illos adducentes. Quòd si ijs qui circunciduntur Christus nihil prodest, istis qui tanta inuehunt mala, quur adeò deinceps profutura est fi les

Pusilla delicta non negligenda.

Cõtemptus ecclesiæ.

Ieiunia Iudæorũ qualia.

D

E

G

Nu. 15.

1. Reg. 2. b

fides ad salutem? Quanquam à Deo erat data circuncisio, verùm quoniam non in tempore seruata, corruptelã inferebat euãgelio, nihil non fecit Paulus, vt eam amputaret. Et post hæc cùm Paulus ad excludendas consuetudines Iudaicas tantum adhibuerit studium, eò q̃ intempestiuè seruarentur: nos ne Paganam quidem consuetudinem amputabimus? Et quam obsecro sumus habituri excusationem? Has ob causas in tumultu ac turbatione sunt res nostræ, adeò vt qui discipuli esse debuerant, multa repleti mentis elatione, subuerterint ordinem: & quæ erant superiora, facta sint inferiora. Quòd si quis illos vel leuiter accuset, conspuunt eos, quorum Imperio subsunt. Ideò faciũt, quòd nos eos per-
Etiã ma lis ppositis obe diendũ.
peram à pueris instituimus. Verùm enimuero etiam si qui præsunt, improbi forent, innumerisque scaterent malis, ne sic quidem fas esset discipulo dictis non audientem esse. Etenim si de Iudæorum doctoribus dictum est, quoniam super cathedram
H Matth. 23.a
Mosi sedebant, eos esse dignos qui à discipulis audirentur, quanquam operibus erãt tam malis, vt Dominus præceperit, ne illa imitarentur qua venia digni erunt, qui ecclesiæ præsides per gratiam Dei modestè viuentes, conspuunt & conculcant? Quòd si nefas est, vt alius alium iudicet quantò magis fas non est iudicare doctores? [Sed etiam si ego aut Angelus de cœlo euangelizauerit vobis præter id quod accepistis, anathema sit.] Vide prudentiam Apostolicam. Ne quis diceret, illum sua ipsius ostẽtare dogmata, etiam seipsum deuouit. Cæterùm quoniam ad authoritatem confugiebant, & vbique celebrabant Iacobum, & Ioannem, hac de causa & Angelorum meminit. Ne mihi (inquit) Iacobum narres, & Ioannem, etiam si quis Angelorum è cælis descenderit, corrumpens, euangelii prædicationem, anathema sit. Non temerè dixit, de cælo. Sed quoniam sacerdotes quo que dicti sunt Angeli: Labia enim sacerdo
Mal. 2. b
tis custodient scientiam, & legem exquirent ex ore eius, quoniam Angelus domini omnipotẽtis est: ne quis existimaret de his
I Angelis nunc verba fieri, addita particula, de cælis, supernas virtutes indicauit. Neque dixit, si contraria annunciauerint, aut totũ euangeliũ subuerterint: verùm si vel Paulũ euangelizauerint præter euãgelium quod accepistis, etiam si quiduis labefactarint, anathema sint. [Sicut antè dixi, & rursum nunc dico.] Ne putares ea verba ab ira profecta esse, aut iuxta hyperbolem magnificentiùs quàm pro re dicta, aut impetu cursuque sermonis raptim excidisse, repetit eadem. Etenim qui animi commotione occupatus dixit aliquid, hunc mox dicti pœnitere solet. Cæterùm qui denuò repetit eadem, declarat sese iudicio loquutum, ac priùs animi consilio fuisse decretum & comprobatum, atque ita demum voce proditum. Abraham igitur cùm rogaretur, vt mitteret Lazarum, respondit, Habent Mosen & prophetas: si illis non crediderint, neque mortuos resuscitatos audituri sunt. Hæc autem Christus ipse inducit in parabola loquentem Abraham, declarãs se velle plus fidei habendum esse scripturis, quàm si mortui reuiuiscant. Paulus verò, porrò, cùm Paulum dico, rursum ipsum Christum dico: hic enim erat, qui mentem illius agebat: etiam Angelis è cælo descendentibus præponit scripturas, idq; valde congruenter. Siquidem Angeli quamlibet magni, tamen serui sunt, ac ministri. Cæterùm omnes scripturæ non à seruis, sed ab vniuersorum domino Deo venerunt ad nos. Hanc ob causam dicit, Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod euangelizauimus vobis. Non dixit, si ille aut ille, idque prudenter admodum citra odium & inuidiam. Quorsum enim opus erat iam ædere nomina, posteaquam tam vehementi sublimique fuerat vsus sermone, vt vniuersos & qui in cœlis sunt, & qui in terris complecteretur? Per hoc enim quòd euangelistas & Angelos pronunciat anathema, omnem dignitatem comprehẽdit: per hoc verò quòd seipsum quoque pronũciat anathema, omnem familiaritatem, ac germanitatem complexus est. Ne mihi dixeris (inquit) collegæ tui & socii Apostoli hæc dicunt: nec mihi ipsi parco, si diuersa prædicem. Neq; verò Paulus hæc dicit, quòd damnaret Apostolos tanquam euangelicæ prædicationis præuaricatores, absit: ait enim, Siue nos, siue illi, sic prædicamus: sed vt ostenderet personarum dignitatem non recipi, quoties expenditur veritas. [Nunc enim hominibus suadeo, an Deo, aut quæro hominibus placere? Si enim adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus non
K
L
Lu. 16. g

non essem.] Quamuis enim, inquit, vos fallerem hæc dicens: num & Deo ualeam imponere, qui perspicit arcana mentis, & cui ut placerem semper omne mihi studium fuit? Vides spiritum Apostolicum, uides sublimitatem euangelicam. Hæc eadem autem in epistola ad Corinthios dixit: Non uobis excusamus nos, sed occasionem damus uobis gloriandi. Atque iterum: Mihi uerò pro minimo est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Cum enim doctor cogeretur se discipulis excusare, sustinet qui dem illud, sed tamen indignè fert, haud quaquam ob insolentiam: absit hoc, sed partim ob id quòd ii qui seducebantur, tam mobili forent animo, tamque instabili sententia: partim quòd ipsius uerbis apud illos parũ certa fides haberetur. hac de causa dixit hæc quoque, propemodum his utens uerbis: An mihi apud uos est habenda oratio? An homines mihi ius dicturi sunt? apud Deum nobis est causæ dictio. Atque ut apud illud tribunal bonam habeamus causam, omnia facimus, ac nequaquam eo deuenimus infœlicitatis, ut cum rationem reddituri simus omnium Domino super his quæ prædicamus, corrumpamus euangelii dogmata. Itaque partim sese excusãs, partim illos extimulans, hæc uerba posuit. Non enim conueniebat discipulis, ius dicere præceptoribus, sed credere & obtemperare. Verum quoniam, inquit, inuersus est rerum ordo, & iudices nunc sedistis: scitote mihi non esse magnopere curæ, quomodo me purgem apud uos, sed omnia facimus propter Deum, utq; illi de hisce dogmatibus reddamus rationem. Etenim qui studet hominibus suadere, multa facit insyncera prauaque, & fraudibus utitur & mendacio, quò persuadeat, mentemque capiat auditorum: cõtra, qui Deo suadet, illique placere studet, huic simplici putaque mente est opus: Deus enim falli non potest. Vnde perspicuum est, inquit, nos quoque, nec principatum ambientes, nec discipulos colligendi studio, neque gloriã ac laudem a uobis captantes hæc scribere: neque enim nobis studio est placere, hominibus, sed Deo. Nam si uoluissem hominibus placere, adhuc a Iudæis starem, adhuc persequerer ecclesiam Dei. Cæterum quid totam Iudæorum gẽtem, qui familiares, amicos, & cognatos, qui tantam contempsi gloriam, proque his commutauit persecutiones, inimicitias, bella ac mortes quotidianas, satis declarant me hæc quoque quæ nunc loquor, non humanæ laudis studio loqui. Hoc autem ideo præfatus est, quoniam commemoraturus erat prioris uitæ suæ historiam, & quomodo repentè fuerit immutatus, & argumentis euidentibus demonstraturus, se pro ueritate stare. Rursus autem ne putarent illum hæc eo facere, quo ipsis redderet rationem, atque hinc efferrentur, in superioribus illa dixit, Nunc hominibus suadeo. Nouerat enim prout postulabat opportunitas, etiã sublime quippiam ac magnificum loqui, ad eorum quos instituebat correctionem, Atqui poterat aliunde probare, se cum ueritate ac synceritate prædicare euangeliũ, nimirum è prodigiis, è miraculis, è periculis, è carceribus, & quotidianis mortibus, è fame, siti & nuditate, ex aliis horum similibus: uerùm quoniam illic nunc dirigitur oratio non ad Pseudoapostolos, sed ad apostolos, qui horum periculorum erant consortes, alia uia aggreditur causæ tractationem. Alioqui cum ad Pseudoapostolos sermonem intenderet, hũc in modum induxit comparationem, tolerantiam in periculis adducens in medium, dicensque: Ministri Christi sunt, desipiens loquor, plus ego, in laboribus abundantiùs, in plagis supra modum, in carceribus abundantiùs, in mortibus frequenter. Nunc sanè superioris uitæ conuersationem memorat, dicens: [Notum uobis facio fratres euangelium, quòd prædicatum est a me, non esse secundum hominem: neque ego enim ab homine accepi illud, neque edoctus sum, sed per reuelationem Iesu Christi.] Vide, ut undiquaque confirmat se fuisse Christi discipulum, nullo hominis interuentu, sed ipso Christo per seipsum omnem ipsi cognitionem dignato patefacere. Et quomodo, inquiunt, probari possit incredulis, quòd Deus per se, nullo hominis interuentu, tibi patefecerit illa arcana mysteria? Probat, hoc, inquit, illa superior mea conuersatio. Nisi enim Deus fuisset, qui effulserat, haudquaquam adeò repente fuissem immutatus. Nam qui docentur ab hominibus, etiam si sint acri celerique ingenio, tamen ut ad diuersa transferantur, tempore est opus, multoque studio. Cæterum

2.Cor. 5 b
1.Cor. 4 a
M
A
2.Cor. 11.c
B

qui

qui cùm vehementissimè laboraret insania, totus ac purè redijt ad sanam mentem, declarat sibi diuinam visionem ac doctrinam adfuisse, perque hãc subito ad puram rediisse sanitatem, eoque cogitur de priore sua vita commemorare, atque ipsos
C testes citat eorum quæ gesta sunt. Vos quidem (inquit) nescitis, quòd vnigenitus Dei filius me è cœlis per se vocare dignatus est. Nam qui possitis id scire, cùm non adfueritis? Verùm illud omnino nostis, quòd fuerim persequutor, quandoquidem vsque ad vos quoque mea sæuitia penetrauit, cùm ingens sit interuallum inter Palæstinam & Galatiam, vt non fuerit rumor in tam longinquum dimanaturus, nisi quæ fiebant à nobis modum excessissent, fuissentque intolerabilia. Vnde & dicit: [Audistis meam conuersationem, quòd supra modum persequebar ecclesiam Dei, & expugnabam illam.] Vides vt singula cum exaggeratione commemorat, nec pudet sua mala confiteri. Non enim tantùm est persequutus, sed omni cum vehementia: nec persequutus est modò, verùm etiam expugnauit: hoc est, conatus est ecclesiam extinguere, subuertere, demoliri, abolere. Nam id est expugnatoris opus. [Et proficiebã in Iudaismo
† i gene ultra multos æquales ✠ meos,] cum essem
te meo. abundantius æmulator patriarum mearum traditionum.] Ne putares iræ fuisse quòd gerebat, ostẽdit se quicquid fecit, zelo quodam feciise, tametsi non secundum scientiam, nequaquam autem inanis gloriæ siti, aut vindicandi quos oderat cupidine, sed quòd studio teneretur traditionum, quas à maioribus acceperat. Huius autem ser-
D monis hic est sensus: Si quæ feci aduersus ecclesiam, non humano feci affectu, sed zelo Diuino, errante quidem, sed zelo tamẽ: qui consentaneum est me nunc, dum pro ecclesia curro, agnita veritate, inanis gloriæ causa hæc facere? Etenim si in errore talis affectus mihi non est dominatus, sed Dei zelus eò me perpulit, multò magis postea quã agnoui veritatem oportet me ab omni istiusmodi suspicione liberum esse. Nam simul atque conuersus sum ad ecclesiastica dogmata, protinus quicquid Iudaicarum opinionum occuparat animum meum, totum exui, multoque maiorẽ zelum hic præstiti, quàm illic præstiteram. Quæ res arguit me verè fuisse transmutatum, diuinoque zelo teneri. Quod ni sic haberet, agè dic mihi, quid aliud erat in causa ut tantam sustinerem immutationẽ, ac pro honore contumeliam, pro requie pericula, pro securitate afflictiones suscipe rem? Nulla causa erat alia, nisi tantùm veritatis amor. [Cùm autẽ placuisset Deo, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret Filiũ suum in me, vt prædicem illum in gentibus, protinus non communicaui cum carne & sanguine.] Vide quemadmodum hic E
studet ostendere, quòd per id etiam tempo
ris quo relictus est in errore, propter occul
tam aliquam diuinæ prouidentiæ rationẽ
relictus sit. Etenim si ab vtero matris segregatus erat vt fieret Apostolus, & ad hoc ministerium vocaretur, vocatus est autẽ tũc, & simul vt vocatus est, obsequutus est: perspicuum est Deum ob causam aliquam arcanam eò vsque distulisse. Quæ igitur est hæc dispensatio? Fortassis inhiantes audire hoc ab initio cur tandem non eum cum duodecim Apostolis vocauerit. Verùm ne ego digressus ab eo quòd est in manibus, prolixiorem faciam sermonem, oro charitatem vestram, ne omnia ex me velitis discere, sed ex vobis etiã ipsis inquiratis, Deum obsecrantes vt vobis patefaciat. Quanquam & nos super hac re alias sumus loquuti, cũ de mutato Pauli nomine apud vos dissereremus, causamque redderemus, ob quam Deus prius dictum Saulum, Paulum appellarit. Quæ si vobis exciderunt, ex eo libro hæc omnia cognoscetis. Nunc à tenore sermonis non recedamus, cõsideremusque quomodo rursus ostendit nihil in ipso casu aut
F hominum more factum esse, sed Deum omnia suo arbitratu multa prouidentia dispensasse: ostendit autem his verbis: [Et vocasset per gratiã suam.] Hinc de- Act. 9. c
clarat quòd Deus ipsum ob virtutem vocauerit. Ait enim ad Ananiam: Vas electionis est mihi, vt portet nomen meum coràm gentibus & regibus: hoc est, idoneus est ministerio præclaroque facinori sustinendo. Atque hanc vocationis causam hic ponit, idem tamen vbique totum gratiæ & ineffabili numinis humanitati tribuit, loquens hunc in modum: Sed mi- 1. Tim. 1. c
sericordiam consequutus sum, non quòd sufficiens essem, neque quòd idoneus, sed vt in

vt in me declaret omnẽ lenitatem, in exemplum eorum qui crediturí erant illi in vitã æternam. Vides excellentiam modeſtiæ, vides eximiè ſubmiſſum animũ. Iõ, inquit, ego miſericordiã conſequutus ſum, ne qs de ſeipſo deſperet, ſed quiſq; bonam ſpem habeat, poſtea quam olim mortalium peſſimus, Dei benignitatem aſſequutus ſum. Id enim declarat, dicens; Vt in me demonſtraret omnem lenitatẽ in exemplum eorũ qui crediturí eſſent in illo. [Vt reuelaret Filium ſuum in me.] Alibi verò dicit ipſe Chriſtus: Nemo nouit Filium niſi Pater, nec vllus nouit Patrem, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Vides quòd & Pater Filium, & Filius Patrem reuelat. Idem fit in gloria, Filius glorificat Patrem, & Pater Filium. Glorifica Filium tuum, vt & Filius tuus glorificet te. Et rurſum: Quemadmodum ego te glorificaui. Sed quam ob cauſam non dixit, vt reuelaret Filium ſuũ mihi, ſed in me? Ob id ita loquutus eſt, vt oſtenderet, quòd nõ modò verbis edoctus eſſet de fide, verùmetiam copioſo Spiritus dono repletus. Reuelatione ſiquidem illuſtrante illius animum, ſimul & Chriſtum habebat in ipſo loquentem. [Vt euangelizem illum in gentibus.] A Deo namque factum eſt, non ſolum vt crederet, verum etiam vt ad Apoſtolicum munus deligeretur. Sicut enim, inquit, mihi ſeipſum reuelauit, non tantum vt ipſum cognoſcerem, verùmetiam vt eius notitiam ad alios proferrem. Nec tamen ſimpliciter dixit, apud alios, ſed vt euangelizem eum in gentibus: Iam hinc incipiens attingere non minimum ſuæ defenſionis caput. ex ipſa diſcipulorum perſona. Nec enim erat illi par neceſſitas prædicandi Iudæis & gentibus. [Protinus non contuli cum carne, & ſanguine.] Apoſtolos hìc rectè ſignificat, naturæ cognomento eos deſignans. Quòd ſi hoc ſentit de cunctis hominibus, nos non contradicemus. [Neque aſcendi Hieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos.] Hæc verba ſi quis per ſe expendat, videbitur ſpirare non vulgarem magniloquentiam & arrogantiam, plurimumque abeſſe ab Apoſtolico ſpiritu. Etenim quòd ipſe ſibi ſuffragium fert, neq; cum quoquam ſententiam cõmunicat, videtur eſſe faſtus. Videbã, inquit, hominẽ, qui ſibi videbatur eſſe ſapiens, ſed maiorem illo ſpem habet

Mat. 11 d

G

Io. 17. a

Ibidem

H

Pro. 26. b

inſipiens. &, Væ his qui prudentes ſunt apud ſemetipſos, & in oculis ſui intelligentes. Ac idẽ rurſus: Ne ſitis prudentes apud voſmetipſos. Itaq; qui tã multa huiuſmodi præcepta ab alijs audierat, quiq; eadem alijs præceperat, ipſe in hæc incidit, non dicam Paulus, ſed vel homo quiuis? Verùm hic ſermo ſi per ſe nudus expendatur, offendere mouereq; poteſt auditorem. Cæterùm ſi cauſam adiecerimus, ob quam hæc dicebat Apoſtolus, & applaudẽt, & admirabuntur oẽs ita loquutũ. Hoc igitur faciamus. Nõ. n. oportet verba nuda expendere, aliòqui multæ conſequentẽ abſurditates. Neq; conuenit ſermonẽ per ſe nudum examinare, ſed obſeruare mentem ſcribentis. In humanis. n. ſermonibus niſi hac ratione fuerimus vſi, expendentes quid ſenſerit is q loquitur, multas inducemus ſimultates, omnia ſubuertentur. Et quid attinet loqui de verbis, qñ & in factis, niſi regulam hanc ſeruauerimus, omnia ſurſum deorſũ miſcebuntur? Nam & medici ſecant carnẽ nonnunquam & oſſa frangunt: quæ frequẽter eadem faciunt & latrones. An non igitur fuerit extremæ infœlicitatis, ſi nequeamus latronem à medico diſcernere? Rurſum homicidæ pariter vt martyres torquẽtur, at non quia patiuntur eadem tormẽta utriq; eodem habentur loco, ſed plurimũ intereſt inter hos & illos. Quod in regulam hanc ſeruauerimus, nulla de re rectè iudicare poterimus: ſed ipſum etiam Heliã homicidam cenſebimus, cumque hoc Samuelem, & Phinees. Quin & Abraham filij interfectorem dicemus, ſi res nudas expendimus, non addentes quam obrem, quo animo id fecerit. Exquiramus igitur & Pauli mentem, qua hæc ſcripſit, conſideremus quò ſpectarit, quem ſcopũ ſibi propoſuerit, & quis in totum fuerit erga Apoſtolos. Tum. n. intelligemus, quo animo hæc ſcribat. Neque. n. quò vel corũ authoritatem eleuaret vel ſeipſum prædicaret, loquutus eſt vel hæc, uel illa ſuperiora. Qui. n. id faciat, qui ſeipſum pronunciarit anathema? ſed ut ubique ſeruaret euangelij ſynceritatem. Cum. n. ijs qui oppugnabant eccleſiam, dicerent, ijs Apoſtolis adhærendum eſſe, qui iſta minimè prohiberent, non Paulo qui prohibebat, atque hinc ſenſim irrepſiſſet Iudaicus error ac deceptio, cogitur hic fortiter & apertè reſiſtere,

Esa. 5. c

Ro. 12.

I

K

Ro. 9. a

sistere, non quidem cupiens de Apostolis malè dicere, sed hoc agens ac moliens, vt eorum insolentiam, qui seipsos non rectè laudabant, comprimeret, eoq; dicit: [Non contuli cum carne & sanguine.] Fuisset enim extremæ absurditatis, eum qui à Deo fuerat edoctus, postea cum hominibus cõmunicare. Nam qui discit ab hominibus, is congruenter denuò recipit homines in communicationem: verùm quem Deus suam beata voce dignatus est, quique ab eo doctus est, qui habet sapientiæ thesaurum: qua gratia pòst cum hominibus conferret? Par enim fuerit, vt talis doceat potius homines, quàm vt discat ab hominibus. Non igitur arrogantiæ causa hęc dicebat Apostolus, sed vt suæ prędicationis authoritatem declararet. [Neque ascendi (inquit) ad eos qui ante me fuerũt Apostoli.] Quoniam illi nusquam non ineulcabant
L cęteros Apostolos esse Paulo priores, & ante hunc fuisset vocatos, ideò hoc dicit. Quòd si fuisset cum illis communicandũ de euangelio, is qui per reuelationem iniunxerat ei prędicãdi munus, vtique & hoc præcepisset. Quid igitur? nõ ascendit illuc? Sanè ascendit: nec tantùm ascendit, sed vt
Act. 11. d discæret aliquid ab illis. Quando? Cùm in ciuitate Antiochia, quæ ab initio singulare studium erga ecclesiam declarat, quæstio nata est de hac ipsa re, quæ nunc est in manibus. Quærebant autem, vtrum essent circuncidendi, qui ex gẽtibus credidissent, an non compellendi potius, vt tale quippiam paterentur. Id temporis ascendit, tum hic ipse Paulus, tum Silas. Quomodo igitur dicit, non ascendi, neque contuli? Primùm quidem, quoniam ipse sponte non ascenderat, sed missus erat ab aliis. Deinde quoniam nõ accessit eò, vt aliquid disceret, sed potius vt aliis persuaderet. Nam ipse statim ab initio fuerat eius sententiæ, quam Apostoli postea comprobarunt, videlicet non esse circuncidendos. Cæterùm quoniam ad eum vsque diem non visus est illis sat idoneus cui fides haM beretur, sed magis auscultabant iis, qui versabantur Hierosolymis: ascendit non ipse percepturus quòd antè nescierat, sed vt contradicentibus persuaderet, eos qui Hierosolymis erant, huic sententiæ subscribere. Itaque ab initio quid esset agendum perspexerat, nec opus habebat vllo doctore, sed quæ post multam discussionem erãt Apostoli decreturi, hæc ipsa citra discussionem cœlitus habebat apud sese certa & indubitata. Idque Lucas declarans dicit, Ibid. 10 d Paulum prolixam & copiosam orationem habuisse super hisce rebus apud illos, etiã priusquam iret Hierosolymam. Verùm quoniam ita visum erat fratribus, vt ab illis quoque disceret, ascendit, non sua ipsius causa, sed illorum. Cæterùm ad explicandum id, quod dictum est, non ascendit: licet & illud adferre, quòd nec in initio prędicationis ascenderit, nec tum cùm ascendit, ascenderit discendi gratia. Quandoquidem horum vtrunque significat, dicens: Protinus non contuli cum carne & sanguine. Non simpliciter dixit, non contuli, sed, protinus non contuli: Simul & illud subindicans, quòd huic rei nihil anteposerit. Quòd si post hæc videtur ascendisse, non tamen ascendit, vt quicquam ab eis acciperet, quod non habuisA ser. [Sed abij (inquit) in Arabiam.] Contemplare feruentem animum. Studebat occupare regiones antehac à nemine cultas, sed quæ etiam num vastæ incultæque iacebant. Etenim si mansisset apud Apostolos, cùm nihil esset quod ab illis posset discere, prædicationis officium fuisset impeditum. Oportebat enim illos quaquauersum disseminare verbum. Has ob res hic Beatus spiritu doctrinæ seruens, protinus aggressus est homines Barbaros & agrestes, uitæ genus suscipiens multis laboribus ac periculis obnoxium. Iam mihi considera illius modestiã. Cùm dixisset, [Abij in Arabiam:] subiunxit, [Et iterum reuersus sum Damascum.] Non commemorat sua præclara facta, neque quos edocuerit, neque quàm multos. Atque adeò mox vt baptizatus est, declarauit huiusmodi zelũ, vt non solùm confunderet Iudæos, sed ad tantam iracundiam produceret, tũ Iudęos tum gentes, vt ipsi struxerint insidias, conatique sint è medio tollere. Quòd haud quaquam accidisset, nisi credentibus magnam adiunxisset accessionem. Cùm enim doctrina superaretur, restabat vt ad cædem se verterent. Quòd quidem cuidens erat argumentum Paulinæ victoriæ. At nõ pasB sus est Christus illum interimi, seruans eum prædicando euãgelio. Cùm posset igitur multa commemorare de rebus ab ipso præclarè

præclarè gestis, nihil tamen eorum narrat. Sic & omnia quæ dicit, non ambitionis gratia dicit, neque quo cæteris Apostolis præstantior habeatur, neque quod ægrè ferret ipsius dignitatem eleuari: sed quòd metueret, ne quid hinc detrimenti accideret prædicationi. Nam & abortiuum seipsum 1.Cor. 15.b, & appellat, & omnium peccatorum primum 1.Tim. 1.c ac postremum Apostolum, & huius honore nominis indignum. Atque hæc dicebat, cum plus omnibus laborasset. Quòd quidem præcipuum est modestiæ documentũ. Etenim cum qui sibi nullius bonæ rei conscius est, submissè de seipso loquitur, prudens est, non molestus. Atqui post tot emeritas coronas talia loquitur, ille nouit quid sit modestia. [Et iterum reuersus sum (inquit) Damascum. 2.Cor. 11.g Iam quam multa verisimile est eum illic egisse. De hac ciuitate refert, quòd eam præfectus cui rex Areta gentis eius curam delegarat, custodierit, cupiens ipsum comprehendere. Quod quidem maximum argumentum erat, illum acriter, magnaque vi vexare Iudæos. C Verùm horum nihil hic commemorat. Ac ne illic quidem ea commemoraturus erat, sed reticuisset, nisi dum perspexisset tempus illud eam historiam postulare. Sic igitur & hic dicens se isse ac rediisse, præterea nihil addit eorum, quæ illic gesta fuerant. [Deinde post tres annos ascendi Hierosolymã, Cauc. vt viderem Petrum.] Quid hoc animo possit esse modestius? Post tanta taliaq; benefacta, cum nihil opus haberet Petro, nec illius egeret voce, sed honore par esset illi, nihil enim hic dicam amplius, tamen ascendit velut ad maiorem ac seniorem, solusq; Petri conspectus commouit illum, vt eò proficisceretur. Vides quemadmodum illis tribuit congruentem honorem, neque solùm non ducit seipsum illis meliorem, verùm ne parem quidem esse putat: id quod ex ipsa profectione liquet. Sicut enim nũc multi fratrum nostrorum ad viros sanctos proficiscuntur, eodem affectu tunc Paulus ad Petrum profectus est. Quin potius erat hoc multo submissius, quod fecit Paulus. Nam isti nunc vtilitatis suæ gratia suscipiunt peregrinationem, at tum Beatus ille non ut disceret aliquid ab illo, neq; vt correctionem aliquã acciperet, profectus est: sed tantùm vt videret eum, suaque præsentia honoraret. [Vt viderem (inquit) Petrum ascendi.] Nõ dixit idin, id est, vt cernerem Petrũ: sed historesæ, id est, vt viderem: quo- D modo loqui solent, qui magnas, ac splendidas vrbes inuisunt cognoscendi gratia. Adeò iudicabat operęprecium multoque studio dignum tantummodo videre vixũ. Idem autem ex ipsis factis perspicuum est: proficiscẽs enim Hierosolymam, cùm multas iam nationes conuertisset ad euangeliũ, tantasq; res gessisset, quantas cæterorũ nemo gesserat, Pamphyliam, Lycaoniam, Cilicum gentem, omnes qui illam orbis partem habitant, ad rectam vitam instituisset, Christoq; lucrifecisset, primum quidẽ ingreditur ad Iacobum, plurima cum modestia, velut ad maiorem, & honorationem. Deinde consulentem sustinet, & consulen Act.21. tem contraria ijs, quæ nũc tractat. Videsne d (inquit) frater quot milia sunt Iudæorum qui crediderunt? Itaque rade caput & purifica teipsum. Rasit caput, omnesq; ritus Iudaicos peregit, eò quòd hic non lædebatur euangelium, omnibus erat submissior. Cæterum vbi conspexit nonnullos ex hac modestia lædi, nõ amplius vsus est hac immodica modestia. Iam enim hoc fuisset non præstare modestiam; sed inficere, corrumpereque discipulos ipsi subditos. [Et mansi apud illum diebus quindecim.] Itaque quòd ad illum profectus est, declarat mul- E tum honorem erga Apostolos. Porrò q; ibi tot dies commoratus est, amicitiam ac vehemẽtissimam arguit charitatem. [Alium verò Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.] Vidi vt maiorem beneuolẽtiam habuit erga Petrum. Huius enim causa peregrinationem susceperat, & apud eundem commoratus est. Hæc & dico frequenter, & vos memoria tenere volo, vt si qua audieritis, quæ aduersus Petrum dicta videbuntur, nequis supectum habeat Paulum Apostolum. Siquidem hãc ob causam & ipse hæc loquitur, prœueniens, vt talem corrigat suspicionem, veluti cùm dicit, [Restiti Petro, nequis hæc verba putet Inf.2.b esse simultatis, aut contentionis. Nam & honorat virum, & diligit plus omnibus. Nec enim ob vllum aliorum Apostolorũ narrat se ascendisse Hierosolymam, sed propter hũc solum. Cæterorum autem inquit Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum. Vidi, inquit, non doctus sum. Sed vide quanto cum honore & hunc no- F

minauit. Non enim simpliciter dixit, Iacobum: sed magnificum illũ elogium addidit, fratrem Domini. Vsque adeò liber erat ab omni liuore. Etenim si tantum indicare voluisset de quo loqueretur, poterat alia nota declarare, si dixisset, Iacobũ Cleophæ, quod cognomen posuit euangelista. Verùm non ita loquutus est, sed quoniam existimabat honoris titulos Apostolorum esse proprios, veluti seipsum honestans, ita & illum veneratur. Non enim appellauit eum Iacobum Cleophæ, vt dicebam, sed quomodo? fratrem Domini. Atqui nec frater erat Domini iuxta carnem, sed esse putabatur. Attamen ne id quidẽ auertit Paulum, quò minus adderet viro dignitatis titulũ. Quin & aliunde multifariam ostendit Paulus se tam syncerè erga Apostolos affectum fuisse, quàm illo dignum erat. [Quę autem scribo vobis, ecce coràm Deo quòd non mẽtior.] Vides in omnibus similiter elucentem huius sancti animi modestiam. Nec enim aliter quàm si apud tribunal periclitaretur, esset que perpessurus sententiam ac pœnam, ita studuit excusare sese. [Deinde veni in regiones Syriæ & Ciliciæ,] postea quàm Petrum vidissem. Rursus incipit narrare de certamine, quod propositum est, Iudæam quidem non attingens, tùm quòd ad gentes missus esset, G tùm quòd noluerit super alienum fundamentum ædificare. Cuius rei gratia ne simplici quidem congressu viderat cæteros Apostolos. Idque perspicuum est ex his, quæ sequuntur. [Eram enim (inquit) de facie ignotus ecclesiis Iudææ: tantum audierant, is qui aliquando persequebatur nos, nunc annunciat fidem, quam pridem expugnabat.] Quid hoc animo possit esse modestiùs? Nam cum exponeret ea, quæ faciebant ad ipsius accusationẽ, velut quòd persequutus esset ecclesiam Dei, quòdque expugnaret eam, hæc multa cum exaggeratione protulit, traducens suam ipsius virã prius actam. Cæterùm quæ demonstratura fuerant ipsius splendorem, ea prætercurrit, cum posset, si voluisset, omnia sua præclara gesta cõmemorare: nihil horum refert, sed vnico verbo pelagus immensum præteruectus, dicit: Veni in regiones Syriæ & Ciliciæ, & audierant, is qui persequebatur nos aliquando, nunc prędicat fidem, quam pridem expugnabat, nec præter ea quicquam addidit. Quid autem sibi vult, cum ait, Ignotus eram ecclesiis Iudææ? vt scires, adeò Paulum non prædicasse Iudæis circunciſionem, vt ipse ne de facie quidem fuerit illis notus. [Et glorificabant in me Deum.] Contemplator & hìc regulam Pau- H
linæ modestiæ, quantoq; studio eam obseruet. Non enim dixit, admirabãtur me, laudabant me, stupebãt: sed declarauit totum hoc esse gratiæ, dicens: Deum glorificabat in me. [Deinde post annos quatuordecim Cap. 1.
Iacob⁹ Cleophæ. ascendi Hierosolymam vnà Barnaba, assumpto simul & Tito. Ascendi autem iuxta reuelationem.] Prioris ascensionis causam Petrum ait fuisse, vtque illum videret: vt autem iterum ascenderet, in causa fuisse reuelationem Spiritus. [Et contuli cum eis euangelium, quod prędico in gentibus. Seorsum autem iis, qui videbantur esse alicuius existimationis, ne fortè in vanum currerem, aut cucurrissem.] Quid ais Paule? Qui initiò nolebas conferre, neq; per annos tres, peractis quatuordecim annis tum demùm cõfers, ne fortè in vanum curreres? At quantò præstiterat istud protinus initio feciſſe, quam post tot annos? Quur autem currebas, si non persuasum habebas, te non in vanum currere? Et quis tam excors est, vt tot annos prædicet, ignarus an rectè prædicet? Iam illud hoc etiam multò perplexius est, quòd ait se iuxta reuelationem ascendisse. Hoc est I
perplexius, vt dicebam, priore: sed tamen idoneus qui nobis & illius porrigat solutionem. Nam si sua sponte ascendisset, ne id quidem vllo pacto consentaneum esset rationi. Non enim erat illius beatæ animæ in tantam delabi amentiam. Si- 1. Co. 9.
quidem ipse est, qui dicit: Sic curro, vt non d
in incertum: sic pugilem ago, non vt aerem verberans. Quòd si curris non in incertum, quomodo dicis, ne fortè in vanum currerem, aut cucurrissem? Vnde perspicuum est, quòd etiam si ascendisset absque Alledit
reuelatione, accidisset illi quòd imprudentibus solet accidere: attamen casus non fuisset perinde absurdus. Cæterùm postea- ad proquam illum Spiritus ducit gratia, quis uerbiũ, Stultus
deinceps ausit aliquid tale suspicari? Nam factũ co
hanc ob causam & ipse addidit illud, gnouit.
iuxta reuelationem, ne quis ante quæstionis solutionem, condemnaret illum insciticę, nimirum sciens non esse humanũ

quod

quod geritur, sed diuinæ dispensationis multa prouidentis,& de præsentibus, & de futuris.Quæ tandem igitur huius peregrinationis causa? Quemadmodũ cùm priùs ascenderet ex Antiochia Hierosolymam, non sua sponte ascendit,(nam ipse planissimè nouerat, simpliciter ac merè Christi decretis hærendum esse) sed cupiens eos qui dissidebant, redigere in concordiam: Similiter & nunc non ipsi fuit opus discere,an in vanum cucurrisset:sed vt iis qui ip
K sum accusabant,ad plenum persuaderetur. Quoniam enim magnificentiorem de Petro & Ioanne opinionem haberent, putarentq; Apostolos inter sese dissidere, propterea quòd hic prædicaret euangelium absque circuncisione,illi contrà,permitterent eam, atque hinc existimabãt Paulum aduersum legem agere,& in vanum currere:[ideo ascendi(inquit) & contuli cum illis euangelium:]non vt ipse quicquam discerem(quod ipsum pòst apertiùs dicit)sed vt docerem eos,qui hæc suspicãtur, me nõ incassum currere.Spiritum enim qui præuiderat hanc contentionem orituram,procurarat vt Paulus illuc ascenderet & conferret. Ideo dixit, secundum reuelationem ascendi, eademque de causa Barnabam ac in Titum sibi adiunxit, testes futuros eorum, quæ Paulus prædicasset. [Et contuli (inquit)cum illis euangelium, quod prædico in gentibus, hoc est,sine circuncisione. Seorsum autem qui videbantur alicuius existimationis]Quid significare voluit dicendo,seorsum? At qui communia dogmata studet corrigere, non seorsum, sed
L in publicum ea proponit.Paulus autẽ non ita. Non enim cupiebat aliquid discere, corrigereve suorum dogmatum,sed occasionem adimere cupientibus alios decipere. Cùm enim Hierosolymis offenderẽtur
Acto.21 d omnes,si quis transgrederetur legẽ, si quis prohiberet circuncisionem, vnde & Iacobus dicebat: Vides frater quot milia sunt Iudæorum qui crediderunt: & hi omnes audierunt de te,q̃ defectionem doces à lege. Cùm igitur offenderentur, palàm quidem accedere suamq; prædicationem apexire non sustinebat, sed seorsum contulit cum his,qui erant alicuius opinionis, præ sentibus Barnabas ac Tito, vt hi apud eos, qui ipsum criminabantur forent idonei testes,ne Apostolis quidẽ visum,Pauli prædicationem in gentibus peractam pugnare cum Apostolorum sententia. Porrò quòd ait, qui videbantur alicuius existimationis,non ideo dicit,vt detrahat eis suam magnitudinem:quãdoquidem de seipso quoque loquitur, Videor autem & ipse mihi 1.Co.7.
g spiritum Dei habere: quòd vtiq; est modestè loquentis, non abnegantis se habere. Hoc pacto & hìc dixit,qui videbant,suum iudicium cum publico omnium iudicio coniungẽs.[Sed ne Titus quidem, qui mecum erat,cum Græcus esset,coactus est circuncidi.]Quid est,cùm Græcus esset? E Græcorum(inquit)hoc est, è gentium erat genere,præputium gerens.Non enim ego solum ita prædicaui, verùm etiam Titus ita M
fecit: quem cùm esset Græcus, Apostoli non compulerunt circuncidi. Quòd quidem certissimum erat argumentum, illos non damnare, quæ à Paulo dicebantur ac gerebantur. Et quòd hoc quoque multò maius est, cùm vrgerent aduersarii, eaque scirent, ne sic quidem Apostoli per eos huc adacti sunt, vt iuberent eum circuncidi. Id quòd ipse declarat dicens: [Sed propter subintroductos falsos fratres.] Qui sunt isti falsi fratres? si quidem hinc non mediocris existit quæstio. Nam si Apostoli permittebant circuncisionem, quare nunc falsos fratres appellat eos, qui & ipsi secundum Apostolorum sententiam iubebant hoc fieri? Primùm quia non est idem iubere vt fiat, & quod fit permittere. Etenim qui præcipit, is studiosè serioque seu rem necessariam ac præcipuam agit. Verùm qui cum ipse non præcipiat, tamen non prohibet volentem,is non concedit, vt rem factu necessariam, sed dispensationem quandam implet: Quale quiddam & in epistola ad Corinthios Paulus scripsit dicens:Ne fraudetis vos inuicem, nisi fortè ex consen- 1.Co.7.
a su ad tempus, ac rursum conuenite in vnum. Loquitur autem viris & vxoribus. Deinde ne putares eum hoc illis pro lege scribere, subiunxit, Hoc autem dico A
secundum indulgentiam, non secundum 1.Co.7.
b Imperium: eò quòd hoc non esset principale iudicium authoritatis ipsius, sed indulgentia erga illorum incontinentiam. Eoque dicit, propter incontinentiam vestram. Nam si Pauli sententiam cupis cognoscere,audi quid dicat:Volo omnes ho- Ibidẽ.

Ibidē. mines esse, vt ipse sum. Itidem & hìc accidit, Apostoli non vt legis defensores hoc concedebant, sed obsecundantes infirmitati Iudaicæ. Alioqui si legē tueri voluissent, haudquaquam alio modo prędicassent Iudæis, alio gentibus. Etenim si res eiusmodi fuisset, vt ab infidelibus necessariò fuerit obseruanda: perspicuum est etiam ab omnibus fidelibus obseruandam fuisse. Contrà, si decretum illis est, ne quis gentibus harum rerum gratia molestus esset, satis declararunt se hoc Iudæis morem gerendo permisisse: at falsi fratres non eodē modo, sed hoc agebant vt eos excluderent à gratia, ac denuò in seruitutis iugum pertraherent. Hoc igitur est primum discrimen inter Apostolos & falsos fratres, longo interuallo alteros ab alteris dirimens.

B Alterum erat, quòd Apostoli id faciebant in Iudæa, vbi lex vigebat. Cæterùm falsi fratres nusquam hoc non faciebant. Nam & Galatas omnes attigerāt. Vnde dilucidum est, hoc non factum ædificationis gratia, sed ad subuertendum totum euangelij negocium. Aliter ab Apostolis concedebatur legis obseruatio, alter à falsis fratribus studiosè curabat. [Qui subintroierūt, vt explorarent libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu.] Vides vt exploratorum appellatione expressit bellum eorum? Exploratores enim ob nihil aliud ingrediuntur, nisi vt cognitis rebus aduersorio rum, ipsi sibi facillimum aditum parent ad expugnandum capiendumque, quemadmodum & illi tum faciebant, studentes eos in veterem retrahere seruitutem. Vnde vel hinc liquet, non idem fuisse propositum Apostolis & istis, immo magnopere diuersum. Illi siquidem concedebant, vt eos paulatim eximerent è seruitute: isti contrà hoc molichantur, vt eos in grauiorem pertraherent seruitutem. Eoque clàm obseruabant, attentè circunspicientes, & curiosè disquirentes qui nam haberet præputium, quòd & Paulus declarans ait: Subin-

C de troierunt, ut explorarent libertatem nostram. Non tantum exploratorem vocabulo, verum etiā ex eo q̄ clàm ingressi sunt, seq; furtim intrò submiserunt, demonstrauit eorum insidias. [Quibus nec ad horam cessimus subiectione.] Vide sermonis artificium ac significantiam. Nō dixit, cessimus verbo, sed subiectione. Non enim id faciebant, vt aliquid frugiferum docerent, sed vt eos subigerent, & in seruitutem pertraherēt. Idcirco Apostolis quidem cessimus, istis verò non amplius cessimus: [Vt euangelii veritas maneret apud vos.] Vt (inquit) quòd priùs verbis prædicaueramus, factis confirmaremus, nimirum quòd vetera trāsierunt, & noua facta sunt omnia: & quòd si quis est in Christo, noua est creatura: & q̄ his qui circunciduntur, Christus nihil proderit. Hanc veritatem cōfirmantes, nec ad horam cessimus. At mox quoniam protinùs obstabant illa quæ faciebant Apostoli, eratq; verisimile futuros aliquos qui dicerent, quì fit igitur, vt hæc illi præcipiant? Vide quàm sapienter soluit obiectionem. Non enim explicat veram causam, videlicet quòd id facerent Apstoli, quòd morem gererent Iudæis: nec hoc fuisse iudicii illorum, sed dispensationis. Hanc enim si protulisset, o sensi fuissent audientes. Oportet enim dispensationis ignorare causam, ad quos sit aliquis ex ea fructus rediturus. Nā si pateat causa eorum quæ fiunt, tota perierit vtilitas. Quapropter ipsum quidem, qui dispensationem adhibet, scire causam oportet eorum quæ geruntur: cæterùm eos quibus est profutura dispensatio, hanc oportet ignorare. Atque vt magis fiat dilucidum quòd dico, ex hoc ipso argumento sumemus exemplum. Hic ipse beatus Paulus, qui tollit circuncisionem, quum Timotheum esset missurus ad docēdum Iudęos, priùs illum circuncidit, atque ita misit. Id autem faciebat, quòd doctor esset acceptior apud auditores, & ingressus est cum circuncisione, vt abrogaret circuncisionem. Atque huius facti causam ipse quidem cū Timotheo nouerat, discipulis autem nequaquam aperuit. Etenim si nouissent q̄ illum hoc animo circuncidisset vt circuncisionem abrogaret, nec audissent omnino Timotheum concionantem, totumque lucrum & vtilitas periisset. Nunc verò hæc ignorantia maximam illis attulit vtilitatem. Dum enim arbitrantur illum seruandæ legis studio hoc facere, beneuolis animis placideq;, tum ipsum doctorem, tum eius doctrinam excipiunt. Qua recepta, ad

E paulatim eruditi, recesserunt à prioribus. Quòd haudquaquā euenisset, si initio causam noluissent. Etenim si nouissent, auersati fuissent illū, auersantes aūt nequaquam auscul-

1. Cor. 5. d
Inf. 6. d
Ibi. f. a.

Dissimulatio Pauli.

D

-auſcultaſſent. Si non auſcultaſſent, perſeue raſſent in errore priſtino. Id verò ne fieret, non aperuit cauſam. Proinde nec hìc aperit diſpenſationis cauſam, ſed alia uia rem aggreditur, ita loquens: [Ab iis uerò qui videbantur eſſe aliquid tales, aliquando fuerint, nihil mea refert: perſonam hominis Deus non accipit.] Hìc non ſolum non excuſat Apoſtolos, uerum etiam uehementer grauat ſanctos, ut proſit infirmis. Tale autem eſt quod dicit: Et ſi illi permittunt circunciſionem, ipſi Deo reddituri ſunt rationem. Non enim quia magni ſunt, ac dignitate præeminentes, Deus perſonam illorũ accipiet. Neq; tamen ſic apertè loquutus eſt, ſed moderatius. Nam non dixit, Quòd ſi illi turbant prædicationem, pręterea quę mandata ſunt prædicantes, luent extrema ſupplicia, nihil inquam, horum dixit, ſed reuerentius videtur illos attingere loquẽs hunc in modum: Ab his autem qui uidebantur eſſe aliquid, quales aliquando fuerint. Non dixit, quales iam olim ſunt, ſed quales fuerint: nimirum declarans, quòd & illi iam deſiſſent hoc modo prædicare, F vt pote iam ubiq; corruſcante euangelio. Cæterùm quod ait, Quales aliquando fuerint, hoc declarat: Si ſic? inquit, prædicauerunt, ipſi reddent rationem. Non. n. nominibus, ſed Deo ſunt rationẽ reddituri. Hęc autẽ dicebat, non uelut ambigens aut ignorans, quid quo animo facerent illi, ſed ut dicere cœperam, quòd expedire iudicaret, ut hac uia rem aggrederetur. Deinde ne uelut diuerſæ factionis uideretur illos accuſare, & hinc oriretur contentionis ac diſſidii ſuſpicio, mox correctionem adiunxit, dicens: [Mihi enim qui habebãtur in pretio, nihil contulerunt.] Quid autem hoc eſt? Quæ uos dicitis (inquit) neſcio: illud certò ſcio, quòd mihi non modò non ſunt aduerſati, uerum etiam conſpirarunt mecũ, concordiaq; ſociati ſunt. Id enim declarat, cum ait, Dextras dederunt. Verùm nondũ hoc dicit, ſed illud tantum dicit, quòd nõ docuiſſent, non correxiſſent, neq; quicquã addidiſſent iis, quæ prius ſciuerat. [Mihi enim, inquit, [qui erant in precio, nihil pęterea contulerunt: Hoc eſt, poſteaquã cognouerant quæ prædicarem, nihil adiecerunt, nihil inde correxerunt: idq; cùm ſcirent, me ea gratia uenìſſe Hieroſolymã, ut cum ipſis communicarem. Nam iuxta reuelationem Spiritus acceſſeram, ut eum illis communicarem, ac Titum incircunciſum habebam mecum. Itaq; nec illi mihi quicquam dixerunt ultra ea, quæ prius ſcieram, nec illum circuncidi. [Sed contra.] Quid eſt, contra? Quidam hoc ſentire Paulum dicunt, quòd non ſolum ipſum nihil docuerint, uerùm etiam ab ipſo docti ſint. Ego uerò nequaquam hoc dixerim. Quid enim ab illo pręterea erant docendi? quando quidem unuſquiſq; illorum perfectus erat. Non igitur hoc ſentit, quum ait, Contra: ſed illud potius uult dicere, quòd non ſolum nihil reprehenderunt, verum in tantum abfuerunt ab incuſando, ut comprobarint etiam. Nam comprobatio contraria eſt incuſationi. Mox quoniam coniectandum erat, dicturos aliquos: Si comprobarunt, quare non ſuſtulerunt circunciſionem? Nam ſi comprobarunt, tollenda erat. Hìc ſi dixiſſet, ſuſtulerunt, iudicabat nimis inuerecundum fore, atque hinc orituram pugnam manifeſtam aduerſus ea quæ confeſſus fuerat. Rurſus ſi confiteretur concedendam eſſe circunciſionẽ, uidebat neceſſariò fore, ut in aliam incideret obiectionem. Si. n. (inquient) comprobarunt tuam prædicationem, quum contrà permiſerint circunciſionem, ipſi ſecum pugnant. Quo H pacto igitur hic ſoluitur nodus? Dicere poterat ꝙ iſta feciſſent, morem gerentes infirmitati Iudaicæ. Verum hoc dicendo totũ diſpenſationis fundamentum cõuulſiſſet, eoq; non dicit hoc, ſed reliquit in dubio, atq; in ancipiti, dicens: Ab iis autem qui uidebantur eſſe aliquid, nihil mea refert: perinde quaſi diceret, Non accuſo, neque ſugillo ſanctos illos. Sciũt ipſi quid fecerint. Deo ſi quidem reddituri ſunt rationem. Quòd autem hìc demonſtrare ſtudeo, hoc eſt, ꝙ à me geſta non reſciderunt, neq; correxerunt, neq; quippiam addiderunt, quaſi quicquam illis deeſſet, uerum etiam comprobarunt & aſſenſi ſunt. Atq; huiuſce rei teſtes habeo Titum ac Barnabam, unde ſubiicit dicens: [Quũ uidiſſent mihi cõmiſſum euangelium præputii, quẽadmodum Petro circunciſionis, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis.] Circunciſionẽ & præputium dicens: non res ipſas, ſed gentes hac nota diſtinctas, Subiungit igit. [Qui enim operatus eſt Petro, in apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt, & in me inter

Hic ſu a G

gentes.] Quemadmodum igitur præputij nomine designat gentes, ita & circuncisionis nomine Iudæos. Iamque se cæteris honore parem ostendit, nec se reliquis illis, sed ipsi summo comparat, declarans, quòd horum vnusquisque parem sortitus sit dignitatem. Posteaquam enim argumentis declarauit Apostolorum inter ipsos concordiam, quòd superest sumpta fiducia liberè prosequitur: neq; iam solum peruenit vsq; ad Apostolos, sed ad Christum ipsum deducit sermonem, adque gratiam ipsi ab illo donatam, quarum rerum testes citat Apostolos, dicens: [Vbi cognouissent gratiam Dei quæ data est mihi, Iacobus, Cephas, & Ioannes.] Non dixit, postquam audissent, sed cognouissent: hoc est, ex ipsis didicissent factis, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Vides vt paulatim demonstrarit, hoc & Christo visum & Apostolis. Neque enim data fuisset, neq; in illo fuisset operata gratia, ni prædicationem eam comprobasset. Ac Petri quidem solius meminit, vbi se cogitur cum illis conferre. Cæterùm vbi citandum est testimonium, trium pariter facit mentionem, idq; nõ sine laudis elogio: Cephas, inquit, Iacobus, & Ioannes, qui videbantur esse calumnæ. Neq; rursus dicit, videbantur, qp tolleret rei veritatẽ, sed aliorũ quoq; assumit sententiã dices: Qui magni sunt & eximij, quosque omnes vbique celebrant, huiusmodi testes sunt eorum, quæ dico, qp eadem placent & Christo, quodq; hæc ex ipsis rebus cognouerunt, ipsaq; rerum experientia cõmoti sunt vt crederent: [Ideoq; & dextras mihi dedere, non mihi tantùm, sed & Barnabę, vt nos quidem ad gentes, ipsi verò in circuncisionem.] O prudentiã eximiam, ò concordiæ demonstrationẽ irrefutabilẽ: ostendit & illorum doctrinam ipsius esse, & ipsius doctrinam illorum esse. Eadem enim vtrisq; placebant: videlicet vt & illi sic prædicarent Iudæis, & hic gentibus. Eoque subiecit, ita loquens: Vt nos quidem in gentes, ipsi verò in circuncisionem. Vides quòd hic quoque circuncisionem appellat, non rem ipsam, sed Iudæos. Quoties. n. rem ipsam sentit, addito contrario discernit, ipsumque nominat præputium, veluti quum ait: Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Quòd si transgressor legis fueris, circuncisio tua præputium facta est. Ac rursum: Neq; circuncisio quicquam valet, neq; præputiũ. Cæterùm vbi sic appellat Iudæos, nec rem intelligi vult, sed populũ: non opponit præputium, sed gentes, Etenim velut è regione discernuntur, Iudæi quidem à gentibus, à circuncisione verò pputium. Quemadmodum quum superiùs diceret qui operatus est in Petro ad apostolici muneris functionem in circuncisione, operatus est & in me inter gentes, & hic rursus, Nos inter gentes, ipsi verò in circũcisionem, non rem ipsam, sed Iudæorũ populum sic appellans, distinguens eũ à gentibus. [Tm vt pauperum memores essemus quòd ipsum etiã studui facere.] Quid tandem est hoc quòd dicit? In prędicandi, inquit, munere, partiti sumus inter nos orbẽ terrarum. Atq; ego quidem eos qui ex gentibus sunt, illi verò Iudæos sortiti sunt, iuxta Dei placitum. Cæterum curam pauperũ qui sunt apud Iudæos ego ex meipso iunxeram cum illorũ voluntate. Quòd si bellum fuisset inter eos & contentio, nequaquam hoc illi recepissent. Qui sunt autem isti pauperes? Pleriq; Iudæi qui crediderãt in palæstina, facultatibus omnibus erant exuti, ac per omnes regiones disiecti exulabant. Quod quidem & in epistola ad Hebræos scripsit dicens: Nam bonorum vestrorum rapinam, cum gaudio suscepistis. Declarat idem & Thessalonicensibus scribens, ac fortitudinem illorum prædicans: Vos enim, inquit, imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa: quoniã & vos eadem passi estis à proprijs contribulibus, quemadmodum & illi à Iudæis: omnibusque modis ostendit, quòd ij qui ex gentibus crediderant, nõ perinde oppugnabantur à Græcis, quemadmodũ ij qui ex Iudæis crediderant, à suæ gentis hominibus vexabantur, sed hæc gens cæteris omnibus erat atrocior: eoque summa solicitudine, modis omnibus curam illorum gerunt, atque ob hoc ipsum & Romanis præcipit & Corinthijs, neque solùm colligit pecunias, verùm etiam ipse eas perfert, dicens, Nunc autem proficiscor Hierosolymam, ministraturus sanctis. Nam & ad victum necessarijs egebant: Quòd igitur hic significat illud est: Hac in re mihi visum est illis opitulari, quòd vt recepi, ita non cessaui in suscepto negocio. Ac postq; ostendit suam cum Apostolis concordiam consen-

Paulus honore par Petro.

I

K

Ro. 2. d

1. Co. 7. d

L

Heb. 10 g

1. Thes. 2. c

M

1. Cor. 16. a

Ro. 15. f

consensumque, cogitur deinceps & discep-
tationis cum Petro Antiochiæ habitæ
mentionem facere, dicens: [Quum autem
venisset Petrus Antiochiam, in faciem illi
restiti, quoniam reprehensus erat. Priusquã
enim venissent quidam à Iacobo, simul
cum gentibus edebat. At postquam venis-
sent, subduxit ac separauit seipsum, me-
tuens eos, qui erant ex circuncisione.]
Multi qui parùm attentè legunt hunc epi-
stolæ locum, existimant Petrum à Paulo
A insimulari de simulatione. Verùm hoc
non ita se habet, non ita se habet inquam.
Absit, vt ita sit. Multam enim hìc compe-
rimus tum Petri tum Pauli prudentiam
in hoc adhibitam, vt clàm rectèque pro-
dessent audientibus. Sed priùs dicendum
est de Petri fiducia, & quomodo hìc vnus
ante cæteros discipulos solitus sit profi-
teri, quandoquidem etiam cognomen sor-
titus est, ob immutabilem & immobilem
Mat. 16. c fidem. Quum enim omnes essent interro-
gati, hic ante cæteros prosiliens. Tu es,
Mar. 17. & Mar. 9. a (inquit) Christus filius Dei viui: quo tem-
pore illi & claues regni cœlorum concre
ditæ sunt. Præterea in monte solus exti-
Mat. 16. d tit qui loqueretur. Ad hæc quum de cru-
ce fieret sermo, cæteris tacentibus ipse di-
xit, Propitius esto tibi. Quanquam autem
hæc verba non erant circunspectæ men-
tis, erant tamen feruidæ charitatis. Quin
& in cæteris omnibus, videmus illum alijs
Ibi. 14. d feruidiorem, & ad pericula præsilientem.
Acto. 2. c Ita quum Dominus visus esset in littore,
cæteris nauim trahentibus ipse non susti-
nuit nauigio accedere. Iam & post resur-
rectionem Iudæis vociferantibus insa-
nientibusq;, ac discipulos discerpere quæ-
rentibus, primus accedens ausus est in vo-
cem erumpere ac dicere, quòd ille crucifi-
B xus assumptus esset, iamque in cœlis age-
ret. Aliud est autem, ostium clausum re-
cludere, ac negocio dare principium: aliud
pòst deinceps confidenter agere. Itaque
qui suam ipsius animam tam numeroso
populo exposuerat, quomodo simulasset
vnquam? qui flagellatus, qui vinctus, nihil
de sua fiducia voluerit remittere, idque
tum in ipso statim prædicationis initio,
tum in media metropoli, vbi tantum erat
discriminis: quomodo post tantum tem-
poris Antiochiæ, vbi nullum erat pericu-
lum, quum iam ipsis factis comprobatus
ac spectatus esset, eos qui ex Iudæis cre-
diderant, formidasset? Qui Iudæos ipsos
non metuerat, & in principio, & in ciui-
tate primaria: quì consentaneum est, vt
post tantum temporis, quum esset in aliena
ciuitate, eos qui ab illis defecerant, metue-
rit? Non igitur hæc dicens Paulus, ad-
uersus Petrum loquitur, sed quo consilio
dixerat illud. Ab his autem qui videbãtur Hic su.
esse aliquid, quales aliquando fuerint, ni- b
hil mea refert, eodem & hæc loquitur. Ve-
rùm ne diutiùs his de rebus dubitemus,
eorum quæ dicta sunt, causam oportet ex C
plicare. Apostoli, quemadmodum dice-
re cœperam, Hierosolymis quidem permit
tebant circuncisionem: non enim pote-
rant subitò à lege reuelli: vbi verò venissẽt
Antiochiam, iam nihil istarum rerum ob-
seruabant, sed cum his qui ex gentibus cre
diderunt, indifferenter viuebant: quòd sa-
nè & Petrus tum faciebat. Vbi verò venis-
sent ex vrbe Hierosolymorum, qui vide-
rant eum ibi sic prædicantem, non vlte-
riùs tentabat idem facere, metuens ne
illos offenderet: sed secessit, hic duo per di-
spensationem agens, alterum ne offen-
deret eos, qui erant ex Iudæis, alterum vt
Paulo iustam præberet occasionem incre-
pandi. Etenim si ipse qui Hierosolymis prę
dicarat cum circũcisionis permissu, Antio
chiæ secessisset: visus fuisset ijs qui ex Iu-
dæis crediderant, Pauli metu d facere, ac
Petri nimiam facilitatem reprehendis-
sent discipuli: quæ res non mediocre
peperisset offendiculum, quanquam
Paulo quem nihil latebat, suo discessu
nullam huiusmodi præbuisset suspicionẽ:
nouerat enim quo animo hæc fierent.
Vnde & Paulus obiurgat, & Petrus susti-
net, vt dum magister obiurgatus obtices-
sit, facillimè discipuli mutarent senten-
tiam. Nam si Paulus, quum tale nihil
accidisset, admonuisset: nihil magni fe-
cisset. Nunc verò quoniam nactus occasio- D
nem acriùs increpauit, maiorem Petri di-
scipulis timorem iniecit. Quòd si Petrus
hæc audiens contradixisset, meritò quis
eum culpare potuisset, quòd dispensatio-
nem subuertisset. Nũc verò dum alter ob- Coloss.
iurgat, alter obticet, multis timor incu- 3. a
titur iis, qui ex Iudæis crediderant, eoque Ro. 6. a
vehementiùs tractat Petrum. Vide au-
tem quãta circunspectione sermonẽ tem-
perat,

perat prudentibus subindicans, ea quæ loquitur non esse dissidii, sed dispensationis. [Quum enim (inquit) Petrus venisset Antiochiam, in faciem illi restiti, quoniã reprehensus erat.] Non dixit, reprehensus à me simpliciter, reprehensus: haud dubiũ quin ab aliis. Nam id aliunde subaudiendum est. Quòd si ipse reprehẽdisset illum, haudquaquam veritus fuisset hoc dicere. Quod autem dixit, cata prosopon, id est, iuxta faciem: perinde est, quasi dixisset, in speciem. Etenim si verè fuisset inter ipsos contentio, nequaquam præsentibus discipulis se inuicem increpassent. Graui enim illis fuissent offendiculo. Nunc autem utilis erat palàm in speciem adhibita dissensio. Et quemadmodum Paulus Hierosolymæ cessit illis, ita idem Paulo cesserunt
Sup. 1.d Antiochiæ. Quæ nam igitur erat reprehensio? [Priusquàm enim venissent quidam à Iacobo (Recte: nam ipse fuerat doctor Hie
E rosolymis) simul cum gẽtibus edebat. post quàm autem venissent, subtraxit ac subduxit sese, metuens eos, qui erant ex circũcisione.] Non hoc metuens, ne veniret in discrimen. Nam qui in initio non metuerat, multò minus tum metuisset. Verum illud metuebat, ne deficerent. Quandoquidem & ipse Paulus loquitur Galatis, Timeo de vobis, ne frustra laborauerim. Ac
Inf. 4. b 2. Co. 11. a rursum: Timeo ne quemadmodum serpẽs decepit Euam, corrumpantur sensus vestri. Apud illos igitur mortis metus nihil erat, verùm metus ne perderent suos discipulos, vehementer concutiebat illorum animos. [Ac simularũt cum illo & reliqui Iudæi, vt & Barnabas simul abductus fuerit in illorum simulationem.] Ne mireris, si factum hoc appellat hypocrisim, hoc est, simulationem. Non enim vult (vt prius dixi) patefacere consilium, vt illi corrigerentur. Quoniam enim vehementer hærebant legi, ideo Petri factum appellat simulationem, & seueriùs increpat, vt persuasionem illis radicitùs infixam euelleret: Et hæc audiens Petrus iungit cum Paulo simulationem, quasi deliquisset, vt per ipsis obiurgationem corrigerentur. Etenim si Paulus obiurgasset eos, qui erant ex Iudæis, indignè tulissent ac respuissent illius
F obiurgationem. Nec enim admodum magnificè de illo sentiebant. Nunc autem quum conspicuunt doctorem suum obiurgatum obticere, neque contemnere, neque contradicere Pauli verbis poterant. [Sed quum viderem, quòd non rectè incederent ad veritatem euangelij.] Ne hæc quidem dicto vos conturbet. Non enim hæc dicit reprehendens Petrum, sed ita figuratam facit orationem, vt audita prodessent iis, qui ob Petrum obiurgatum erant futuri meliores. [Dixi Petro coràm omnibus.] Vides quomodo hinc corrigit alios? Nam ideò dixit, coràm: vt qui audirent, timerent. Agè dic quid dixeris: [Si tu Iudæus cùm sis, gẽtiliter viuis & non Iudaicè: & quur cogis gentes Iudaizare?] Atqui gentes non simul cum illo fuerant in simulationem illam abductæ, sed Iudæi. Quur igitur in causas quòd factum non est? Quin potiùs vertis sermonem ad eos, qui simulabant, qui quidem erant ex Iudæis, & non ad gentes? Quùr autem Petrum solum incusas? Cæteri quoque cum illo simulauerant. Videamus porrò & quid sit, in quo accusat. [Si tu Iudæus cùm sis, gentiliter viuis, ac non Iudaicè: quùr gentes cogis Iudaizare?] At- G qui solus hic se subduxerat. Quid igitur est, quòd vult efficere? Vult obiurgatio careat suspicione. Nam si dixisset, Malè facis, qui legem obseruas: increpassent illum Iudæi tanquam confidentiùs agentem aduersus præceptorem ipsorum. Nunc verò dum illum obiurgat pro suis discipulis, ni mirum pro his qui erant ex gentibus, mol liorem reddidit hunc sermonem: quanquã non hoc modo tantùm, verum etiam hoc, quòd abstinens ab hominum reprehensione, totam increpationem confert in doctorem. Si enim tu (inquit) Iudæus quum sis, gentiliter viuis non Iudaicè: propemodum apertè clamans, Imitamini doctorem, ecce & ipse Iudæos quum sit, gentium more viuit. Verùm id non dicit. Non enim accepissent admonitionem, sed prætextu reprehensionis pro gentibus patefacit Petri sententiam. Rursum si dixisset, quùr eos qui sunt ex Iudæis, cogis & gentium more viuere, lacerbiòr fuisset oratio. Nunc verò sic moderans sermonem, non quasi defendat discipulos Iudæos, sed eos qui erant ex gentibus, hoc pacto corrigit illos. Increpationes enim si non fuerint vehementer acerbæ, facillimè possunt, recipi. Nullus enim eorum: qui erant ex gentibus

+quidã Græci codices habẽt. Iouial. ζων.

H tibus incusare Paulum poterat, si de Iudæis feciſſet verba. Hoc totum ſuo ſilentio correxit Petrus, recepta in ſe ſimulationis opinione, quò vera ſimulatione Iudęos liberaret. Primum igitur in Petri perſonã torſit ſermonem, ſi tu Iudæus cum ſis. Cæterum in progreſſu communiter ad omnes vertit orationem, ſeipſum etiam complectens cum cæteris, atque ita dicens: [Nos natura Iudæi, ac non ex gentib. peccatores.] Ac ſermò quidem admonitionẽ habet, niſi quòd addita eſt ſpecies obiurgationis, propter eos qui erant ex Iudæis.

Ro. 15. f Facit autem idem aliqui quoque, vt aliud videatur dicere, aliud agens. Veluti cùm Romanis ſcribens, ait: Nunc autẽ eo Hieroſolymam miniſtrans ſanctis. Non enim volebat dicere, nec hoc eos ſimpliciter docere, cuius rei gratia proficiſceretur Hieroſolymam: ſed illud agebat, vt eos prouocaret ad æmulationem beneficentię. Nam

Ibid. ſi cauſam modò uoluiſſet explicare, ſatis erat dicere, eo miniſtrans ſanctis. Nunc uerò conſidera, quàm multa connectat. Com placuit enim Macedoniæ & Achaiæ com-

I municationem aliquam facere in ſanctos pauperes, qui ſunt Hieroſolymis. Compla

Ibid. citum eſt enim, & debitores illorum ſunt. Ac rurſum, Etenim ſi in ſpiritualibus gentes fuerunt illorum conſortes, debent illis & in carnalibus ſubminiſtrare. Vide igitur quomodo iudæorum ſpiritus premit, aliud per aliud agens, vtque cum authoritate loquitur, [Nos (inquientes) natura iudæi, & non ex gentibus peccatores.] Quid eſt, natura iudæi? Nimirum non proſelyti, ſed a teneris annis educati in lege. Nos itaque relicto vitæ genere, in quo fueramus nutriti, confugimus ad fidem, quæ eſt in Chriſtum. [Scientes, quòd non iuſtificabitur homo ex operibus legis, ſed tantùm per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſtũ credimus, ut iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis, eò quòd non iuſtificabitur ex operibus legis omnis caro.] Vide & hic, ut omnia circunſpectè loquitur. Non enim ait, reliquimus eam ut malam, ſed ut infirmam. Proinde, ſi lex non confert iuſtitiam, otioſa eſt circunciſio. Sed nunc quidem ad hunc modum loquitur. Cæterum in progreſſu declarat, non ſolùm otioſam eſſe, verùm etiam periculoſam: quòd quidem uel maximè obſeruandum, quòd quum initio dixerit, non iuſtificabitur homo ex operibus legis: progreſſus vehementiùs loquitur. [Quod ſi quærentes in Chriſto iuſtificari, reperti ſumus peccatores, nimirum Chriſtus peccati miniſter eſt.] Nam ſi non poteſt, inquit, fides in eum iuſtificare, ſed opus eſt rurſum amplecti legem & ſi poſtea K quam legem relinquimus ob Chriſtum, non iuſtificamur ex legis omiſſione, ſed condemnamur: comperiemus illum eſſe cauſam condemnationis, cuius gratia quum legem reliquerimus, ad legem vltrò recurrimus. Vides in quantam abſurditatis neceſſitatem coegit orationem, quamque ualidè pugnet. Nam ſi, inquit, non oportuit legem relinquere, nos autem reliquimus propter Chriſtum: quomodo ſumus iudicandi? Quid igitur Petro dicis, quid admones eum, qui hæc omnia pleniſſimè nouit? An non Deus illi oſtendit, non eſſe iudicandum hominem, qui præputium habet, in circunciſione? Nonne cum iudæis hiſce de rebus diſſerens, liberè illis ex hac uiſione reſtitit? Nonne decreta publica ſuper his denuò miſit ex Hieroſolymis? Hæc igitur non ut Petrum corrigat loquitur, ſed ſermo in illum erat intendendus, quum diſcipulos redargueret. Nec iſta propriè pertinent ad Galatas, ſed in omnes quadrant, qui eodem dum illis errore tenebantur. Quanquam L enim nunc non multi circunciduntur, ſed Ieiunia iudaica. ieiunant, ſeruantque ſabbata, eadem cum illis faciunt, excutientes ſemetipſos a gratia. Nam ſi iis qui tantùm circuncidebantur, Chriſtus nihil prodeſt: ubi ieiunium ac ſabbatum acceſſerit, pro uno præcepto duo ſeruantur. Vide quantum ſit periculum, quòd ab ipſo etiam tempore fit formidabiliùs. Siquidem illi in initio hæc faciebant, quum adhuc extaret ciuitas, quũ templum, quum cætera omnia. Hi uerò quum & conſpiciant, quas pœnas iudæi dederint, & uerbum funditus deletam uideant, nihilo ſeciùs plura etiam obſeruãt: quam habere poterunt excuſationem, eo tempore ſeruantes legem, quo ipſi iudæi, quanuis uehementer cupientes, non poſſunt hæc ſeruare? Induiſti Chriſtum, membrum factus es Domini, in ſupernam ciuitatem adſcriptus es, & adhuc circa legem ſerpis? Et quomodo potes regnum

illud

illùd consequi? Audi Paulum dicentem, euangelium subuerti per legis obseruationem. Quòd si uis etiam, rei modum discito, simul horrescito, fugitoque barathrum. Quur enim obseruas sabbatum, ac ieiunas cum illis, videlicet ueritus legem ac titus illos omittere? At nequaquam timeres legem, nisi fidem contemneres, ut
M quæ sit imbecillis, nec per se ualeat conferre salutem. Quòd si metuis non seruare sabbatum, conspicuum est te adhuc metuere legem, uelut etiamnum authoritate pollentem. Quòd si quis rursum usus est legis, profectò non est opus parte, aut unico præcepto, sed tota lege est opus. Si uerò tota est opus, excussa est paulatim, quæ per fidem datur iustitia. Nam si obseruas sabbata, quur non & circunciderís? Quòd si circunciderís, quin & pecudes immolas? Etenim si seruanda lex est, tota seruanda est. Quòd si non est necesse seruare totam, ne partem quidem seruare necesse est. Quòd si pro parte formidas ne condéneris, multò magis pro tota metuas oportet. Quòd si tota uiolata non punit, palam est, nec partem id faceret. Quòd si portio legis uiolata punit, multò magis id faciet tota. Si tota seruanda est, non oportet auscultare Christo: aut si Christo auscultamus, legis transgressores efficiamur oportet. Etenim si oportet eam seruare, qui non seruant, transgressores sunt: huius autem transgressionis Christus nobis author esse deprehẽdetur. nam ipse legem soluit, eam quæ talia præcipit, & aliis, ut soluerent præcepit. Vides quid moliantur isti iudaizãtes: Christum qui nobis est author salutis, hunc ẽt peccati faciunt authorem, quemadmodũ & Paulus ait, Nimirum Christus minister est peccati. Post hæc quum sermonem eo
A deduxisset, ut uideretur absurdus, non iam opus erat probationum apparatu ad confutationem, sed satis erat negasse, ac dicere, [Absit.] Si quidem aduersus uehementer absurda, & inuerecunda nihil opus est oratoris rationibus, sed sufficit abnegare solùm. [Nam si quæ destruxi, hæc iterum ædificio, transgressorem meipsum constituo.] Vide Pauli prudentiam. Illi studebãt ostendere, qui non seruaret legem, eum transgressorem esse: hic in diuersum torquet sermonem, ostendens eum esse transgressorem qui seruat legem, transgressorem inquam, non modo fidei, sed & ipsius legis. Quæ enim destruxi, hæc rursus ædificó, nimirum legem. Quod uerò dicit, tale est: Cessat lex, & hoc professi sumus, & ob id ea relicta confugimus ad salutem quæ est ex fide. Itaque si contendamus eam statuere, hoc ipso reddimur transgressores, & contendamus seruare, quæ Deus antiquauit. Deinceps quomodo soluta sit, ostendit: Ego enim per legem, legi mortuus sũ.] Duplicem habet hic sermo considerationem. Aut enim de lege gratiæ loquitur: solet enim Paulus & hanc appellare legem, Ro. 8.2
ueluti quum ait: Lex autem Spiritus uitæ liberauit me: aut hic de lege ueteri loquitur, significans se per legem ipsam legi mortuum esse: hoc est, ipsa lex me huc per B
duxit, ne posthac ipsi auscultarem. Itaque si nunc illi sum auscultaturus, ipsam etiam legem transgredior. Qui nam? & quomodo? Moses ait: Prophetam suscitabit uobis dominus Deus ex fratribus uestris, tanquã Deu. 18
me, eum audietis: nimirum de Christo loquens. Itaque qui huic non obtemperant d
legem transgrediuntur. Rursus & alio modo nobis intelligendum est quòd ait, Per legem legi mortuus sum. Lex enim iubet omnia fieri, quæ in ipsa scripta sunt, ac nõ facientem punit. Omnes igitur illi mortui sumus, eo quòd nullus eam implerit. Ac ut de quàm hic quoque moderatè pugnet aduersus legem. Non enim dixit, lex mihi mortua est, sed ego legi mortuus sum. Huius dicti sensus est, Quemadmodum exanimis ac mortuus non potest auscultare præceptis legis, ita nec ego, qui ex illius maledictione mortuus sum: si quidem iis quæ loquitur illa, mortuus sum. Ne igitur præcipiat mortuo, quem ipsa etiam occidit, idque non solùm morte corporali, uerum etiam animæ, per quam mortem corporis inuexit. Hoc enim sentire se declarat in his quæ sequuntur, dum subnectit:
[Vt Deo uiuam, simul cum Christo cruci C
fixus sum.] Nam quoniam dixerat, mortuus suum, ne quis diceret, quo igitur uis, subiecit & uitæ causam: declarans, q̃ lex quidem uiuentem occidit, Christus autem mortuum assumptum per mortem viuificauit. Declaratque duplex miraculũ, alterum q̃ mortuum reuocauit ad uitam, alterum quòd per mortẽ largitus est uitã. Siquidem hoc loco mortis nomine vitam

desi-

designat Hoc enim est quòd ait, vt Deo viuam, simul cum Christo Crucifixus sum. Quomodo dixerit quispiam, viuens ac spirans simul Crucifixus est? Nam Christum quidem fuisse Crucifixum, clarum est. Tu verò quomodo Crucifixus es ac viuis? Vide quemadmodum & hoc interpretatur dicens. [Viuo autem non iam ego, viuit verò in me Christus.] Nam dicendo, simul cum Christo Crucifixus sum, baptismum rectè significat: cum verò dicit, viuo autem iam non ego, significat sequentem vitæ rationem, per quam mortificantur mẽbra. Quid autem est, viuit verò in me Christus? Nihil (inquit) geritur à me, quòd nolit Christus. Sicut enim mortem appellat non istã communem, sed mortem à peccatis: sic & vitam appellat liberationem à peccatis.

D Deo siquidem nemo potest aliter viuere, ni si mortuus fuerit peccato. Quemadmodum igitur Christus corporalem sustinuit mortem; ita & ego mortem à peccatis sustinui. Mortificate (inquit) membra vestra quæ sunt super terram, quę sunt scortatio, adulterium, immunditia. Ac rursum, Vetus noster homo Crucifixus est, id quod in lauacro factum est. Quòd si manseris mortuus peccato, viuis Deo: sin denuò peccatum suscitaris, corrupisti talem vitam. At non talis erat Paulus qui perseuerauit perpetuò mortuus. Proinde si viuo (inquit) Deo alia vita, quàm in lege vixeram, ac legi factus sum mortuus: nullam legis partem seruare possum. Vide exactam vitæ rationem, ac Beatam illam animam admirare. Non dixit, viuo ego: sed viuit in me Christus. Quis ausit hanc vocem erumpere? Quoniam enim seipsum Christo dominо ac Cruci præbuerat, cunctaq; reiecerat temporalia, & ad illius voluntatem faciebat omnia, non dixit, viuo Christo, sed quòd longè maius erat dixit, Viuit in me Christus. Quemadmodum enim peccatum, si vicerit, ipsum est quod uiuit in homine, animum ad quæ vult pertrahẽs: ita si illo mortuo, quæ Christo sunt placita fiant, nec humana deinceps est eiusmodi vita videlicet

E ipso Christo viuente in nobis, hoc est, agẽte ac dominãte. Porrò quoniã dixit, simul Crucifixus sum, nec iam viuo, sed mortuus sum videbatur̃que multis absuda dicere, subiunxit: [Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei.] Quæ hactenus (inquit,) dixi, de vita intellectuali dicta sunt. Quòd si quis expendat & hanc vitam sensibilem, & ea mihi perfidem in Christũ contigit. Quantum. n. ad veteris vitæ rationem ac legem attinet, dignus eram extremo supplicio, ac iampridem prieram: Omnes enim (inquit) peccauerunt, & egẽt gloria Dei. Nos enim quum essemus obnoxij sententiæ damnationis, Christus liberauit: omnes. n. eramus mortui, si minus experientia, certè iudicio, iamiamque plagã expectantes liberauit. Quum igitur & lex accusasset, & Deus condemnasset: Christus interueniens, ac semet exponẽs morti, nos omnes eripuit à morte. Itaque quòd nunc viuo in carne, in fide viuo: hoc est, per fidẽ, quam habeo in ipso, viuo. Nam ni id fuisset, nihil obstabat, quò minus interirent vniuersi, quòd & accidit in diluuio, sed Christi aduentus inhibens iram Dei, fecit vt per fidem viueremus. Vt aũt scias hoc illum sentire, audi quæ sequuntur: quum. n. dixisset: quòd autem nunc viuo in carne, in fide, viuo, subiecit: [Filij Dei qui dilexit me, dediq; seipsum pro me.] Quid facis ò Paule, dum cõmunia propriè tibi vendicas, queque pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Non enim dixisti, qui dilexit nos, sed, qui dilexit me. At qui euangelista dicit: Sic dilexit Deus. mundum. Quin & tu ipse dicis, Qui proprio Filio non pepercit, sed tradidit eũ pro nobis. Non igitur pro te, sed pro omnibus. Ac rursum, Vt acquireret sibi populum peculiarem. Quid est igitur quod hìc dicit? Quum consideraret Apostolus infirmitatẽ humanæ naturæ & ineffabilem Dei solicitudinem, tum quibus ipsum malis liberasset, quæ bona largitus esset, inflãmatus illius desiderio, hunc in modum loquitur. Quinquidem & prophetæ non rarò Deum cõmunẽ, sibi proprium faciunt, hoc modo loquentes: Deus Deus meus ad te luce vigilo præterea verò declarat hoc quoq; par esse, vt quisq; nostrum nõ minus agat gratias Christo, q̃ si ob ipsum solum aduenisset. Neque enim recusaturus erat vel ob vnum tantam exhibere dispensationem, adeò singulum quenque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbẽ vniuersum. Itaq; victima quidem pro tota oblata est natura, ac sufficiebat omnibus seruandis. Cæterùm soli, illi, qui crediderunt,

Coloss. 3. a
Ro. 6. a
Gen. 7.
Ioã. 3. b
Ro. 8. f
Psa. 62. a

UNIVERSIDAD DE MURCIA

diderunt, sunt quibus vsui fuit beneficium. Attamen non absternit eum ab eiusmodi dispensatione, quòd non omnes accederent: sed quemadmodum in euangelio conuiuium omnibus quidem paratum erat, verùm quoniam qui vocati fuerant venire noluerunt, non pariter sustulit quæ fuerant parata, sed alios vocauit: Lu.14. c Matth. 18.b Itidem & hìc fecit. Nam & ouis quæ fuerat à nonaginta nouem distracta. vnica erat, nec hanc tamen contempsit. Hoc idē & de Iudæis disserens Paulus, in hunc fermè modum significauit, dicens: Quid enim, si quidam non crediderunt? Num incredulitas eorum fidem Dei faciet irritam? Absit: Si autem Deus verax, omnis verò homo mendax. Ergo quum ille sic te dilexerit, vt semetipsum etiam tradiderit, omniq́ue salutis spe destitutum ad tantam talemq́ue vitam adduxerit: tu post tot accepta bona, denuò recurris ad veteras? Posteaquam igitur diligenter interiecit, quæ rationibus erant tractanda, quòd superest actiter asseuerando pronunciat, dicens: [Non reiicio gratiam Dei.] Audiant, H hoc isti, qui hisce quoque temporibus Iudaizant, legiq́ue attendunt, ad eos si quidē hæc dicūtur. [Etenim si per legem iustitia, nimirum frustra Christus mortuus est.] Quid peccato grauius? quid his verbis ad incutiendum pudorum efficaciùs? Etenim si mortuus est Christus, clarum est legem non posse iustificare nos. Quòd si lex iustificat, superuacanea est Christi mors. Et quì possit hoc videri rationi congruēs, rem tātam, tam adorandam ac reuerendam, omnemq́ue superantem hominum cogitationem, tam ineffabile mysterium, quod patriarchæ quidem parturiebant, prophetæ verò prædixerunt, Angeli videntes obstupuerunt, tum quod caput est. Diuinæ erga nos solicitudinis apud omnes creditum ac receptum, hoc frustra & incassum factum dicere? Ergo quum consideraret insignem absurditatem, si tantam talemq́ue rem dicerent superfluè fuisse factam: hoc enim colligebatur ex his quæ faciebant, etiam conCap. 3. uiuiis obiurgat illos dicēs: [O stulti Galatę, quis vos fascinauit? quibus ante oculos Iesus Christus præscriptus est, in vobis Crucifixus.] Hic iam ad aliud transit caput. In superioribus quidem ostendit se nō esse Apostolum hominum, neque per homines, nec eguisse Apostolorum doctrina: hìc verò posteaquam se iam doctorem dignum cui fides haberetur declarauit, maiore cum authoritate disserit, fidei legisq́ue faciens comparationem. Sic igitur illic, ingrediēs dicit: Admiror, quòd tam citò transferimini: hìc verò, O stulti Galatæ. Tum enim parturiebat indignationem, quā vbi iam pro se respondit, in medium erumpens protulit, re comprobata. Quòd si stultos vocat, ne mireris. Non enim transgrediens Christi legem, quæ vetat ne quis fratrem suum appellet fatuum, hoc facit, sed admodum illam obseruans. Non enim simpliciter dictum est, Qui vocarit fratrem suum fatuum, sed qui temerè vocarit. Horum verò nonnulli digni erant hac appellatione, qui post tanta taliaq́ue, perinde quasi nihil esset actum, prioribus hærebant circunuenti. Quòd si hanc ob causam Paulum appellas contumeliosum, simul & propter Sapphiram & Ananiam Petrum dices homicidam. Quòd si dementiæ sit illud dicere, multò magis dementiæ fuerit hæc dicere. At tu mihi contemplator vt non statim in initio vsus est hac vehementia, sed post tot redargutiones, totq; probationes, quum iam non ab illo, sed ab ipsis argumentis accipiebant obiurgationem. Quum enim demonstrasset, K quòd fidem repellerent, quòd Christi mortem superuacaneā redderent, tùm adiungit obiurgationem, ac ne id quidem vt merebantur: digni quuippe qui seuerioribus etiam verbis acciperentur. Cæterum & illud mihi considera, quomodo protinus etiam vulnere inflicto temperat dolorem. Non enim dixit, Quis vos seduxit, quis vobis abusus est, quis vos circunuenit: sed, quis uos fascinauit, sic moderans increpationem, ut non careat laude. Hæc enim uerba sunt iudicantis, quòd prius inuidia digna fecerint, quodq́ue id quòd accidit, Dæmonis insultu factum sit, qui secundis illorū successibus uehementer reclamauerit. Porrò quū audis inuidiā, quēadmodū hic & itē in euāgelio, audis oculū malum, idē declarātem: ne sic existimes, p oculorū cōiectus intuentes lædere soleat. Oculus si quidē, hoc est, ipsum membrū nequaquā possit esse malū: uerùm hic eo modo Christus notat inuidiam. Nam oculorum est, simpliciter uidere tantū: cæterùm uidere perperam,

Sup. 1.2

Matt. 5. c

Act. 5. a

Matt. 6. c, & 20. b

UNIVERSIDAD DE MURCIA

perperam, animi est intus deprauati. Quoniam enim per hunc sensum in animum nostrum influit eorum quæ uidentur consideratio, & plerunque diuitiis innascitur inuidia, porrò diuitiæ cernuntur oculis, quemadmodum & principatus, & satellitia: propterea uocauit malũ oculum, qui non simpliciter cerneret, sed qui cum liuore animique malitia. Quum uerò dicit quos fascinauit, declarat eos, quòd nõ ueluti curam habentes, nec ut id quod deerat supplentes, uerum etiam id quod erat mutilantes, ac decimantes id facerent. Si quidem liuoris est, nõ addere quod deest, sed de pleno etiam aliquid detrahere, totumque corrumpere. Hæc autem dicit, nõ quasi liuor per se nocere posset, sed ut ostẽdat eos qui ista docebãt, per inuidiam ad hoc uenisse. [Quib. Christus ante oculos prius depictus erat, in uobis crucifixus.] Atqui non apud Galatas, sed Hierosolymis crucifixus fuit. Quomodo igitur dicit, in uobis? Vt fidei uim ostenderet, quæ possit & procul dissita cernere. Nec dixit, crucifixus est: sed, præscriptus est crucifixus: indicans quòd oculis fidei quidem exactius perspicerent, quàm nonnulli qui præsentes adfuerant eaque quæ gerebantur, conspexerant. Illorum enim qui spectarant cõplures nullum inde fructum retulerunt: hi uerò, quæ oculis ipsis non uiderant, tamẽ per fidem euidentius uiderant. Hæc autem loquitur, simul & taxans eos, & laudans: laudans quidem, quòd tanta cum fiducia recepissent, id quod acciderat: taxans uerò, quòd quem uiderant pro ipsis nudari, colaphis cædi, affigi clauis, conspui, probris incessi, aceto potari, accusari a latronib. lancea uulnerari, (nam hæc omnia significauit dicendo, præscriptus est, in uobis crucifixus:) eo deserto ad legem currebãt, nihil reueriti: cruciatus illos. Tu uerò & illud considera, quemadmodum ubique præternisso cœlo, terra, mari, cæterisque reb. ombus, Christi potentiam prædicarit, crucẽ ubique celebrans. Hoc enim erat præcipuum caput diuinæ pro nobis solicitudinis. [Hoc solum uolo discere a uobis, ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?] Quoniam, inquit, non præbetis perpetuam attentionem prolixis sermonibus, nec uultis magnitudinem huius dispensationis intueri, compẽdioso sermone breuissimaque demonstratione uolo persuadere uobis, uosque extremæ ingratitudinis ac dementiæ coarguere. Ac prius quidem in his quæ superius dicta sunt, ex his quæ loquutus est Petro, persuaserat: sed hic iam ipsos aggreditur, non ex his quæ alibi contigerunt, sed ex his quæ inter eos gesta sunt, omnia demonstrans: neque tantùm ex his domis quæ cum cæteris acceperant communia, uerum etiam ex his, quæ ipsis peculiaritet donata fuerant, fidẽ facit, simul & probationem instruit, eoq; dicit: [Hoc solum uolo discere a uobis, ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?] Accepistis, inquit, Spiritum sanctum, ædidistis multa miracula, perfecistis prodigia, mortuos excitando, leprosos mundando, prophetando, linguis loquendo. Hanc igitur tam insignem potestatem, num uobis dedit lex? At qui prius nihil tale faciebatis, sed posteaquam credidistis, talia facere cœpistis. An nõ igitur extremæ dementiæ est, quum tantum beneficiorum in uos contulerit fides, hanc relinquere, & ad legem quæ tale nihil uobis præstitit, ultrò recurrere? Adeo stulti estis, qui in Spiritu cœpistis, nunc carne cõsummamini?] Rursum opportunè conuicium addidit, Quum, inquit, oportuerit uos tempus progressu, prioribus bonis accessionem adiungere, non solum non profecistis, uerum denuo ad relicta estis retroacti. Etenim qui ab exiguis initium faciũt, procedentes ad maiora conscendunt. Vos contra, a magnis orsi, ad diuersa retrocessistis. Si a carnalibus cœpissetis, oportebat ad spiritualia proficere: nunc uerò quum a spiritualib. cœperitis, ad carnalia diuertistis. Nam ædere miracula spirituale est: circuncidi uerò, carnale. Vos autẽ post signa deuenistis ad circuncisionem, post apprehẽsam ueritatem ad typos recidistis, post conspectum Solem lucernam quæritis, post solidum cibum ad lac recurritis. Et non dixit, carne consummamini: sed, deinde carne consummamini: illud indicans, quòd Pseudoapostoli pecudum ritu correptos eos cõciderant, dũ semet illis præbẽt ad ferendũ quicquid illis collibuisset, perinde ac si quis è ducibus ac fortib. uiris, post innumera trophea uictoriasq; seipsum ĩ desertorũ infamiã tradat, corpꝰ exhibeat volentib. imprimere notas. [Tam multa passi

A

B

estis

estis frustra,si tamen & frustra.]Hoc multo acriùs uulnerat quàm illud prius. Non enim signorum refricta memoria eque poterat illorum animos mordere, ut ostensa certaminum malorumque tolerantia,quæ propter Christum fuerant perpessi.Omniũ inquit,illorum quæ sustinuistis, isti iacturam uos facere uolunt,& coronam vobis studeut interuertere. Mox ne concuteret illorum animos, neruosque dissolueret, non expectauit inficiationem,sed continẽ ter subtexuit, si tamen frustra: significans videlicet,si uolueris expergisci, ac reuocare vos ipsos,non frustra passi fueritis. Vbi nunc sunt qui tollunt pœnitentiam? Ecce hi Spiritum acceperant,signa fecerãt, confessores fuerant, innumerabilia pericula, varias persequutiones Christi causa perpessi fuerant, & post tam multa rectè facta, a gratia exciderant:& tamen dicit, si volueritis,potestis uos ipsos reuocare. [Qui igitur subministrat vobis Spiritum, quiq; in vobis operatur miracula,ex operibus legis an ex auditu fidei:]Quum tantum,inquit, donum adepti sitis, ut & miracula ædere tis:vtrum quia legem seruatis, ideo ista faciendi potestate dignatus est uos Deus, an propter fidem? Non dubium est quin propter fidem.Quoniam enim sursum, deorsum hoc uertebant illi, & undique iactabant dicentes,fidem non ualere nisi adiuncta lege, Paulus contra demonstrat, additis præceptis,fidem iam nihil profuturã. Tum enim ualet fides, quum nihil accesserit ex lege.[Quicunque enim, inquit,in lege iustificamini,a gratia excidistis.] Verùm id quidem in progressu declarat, quũ etiam liberiùs loquitur, ex his quæ iã probata sunt sumens occasionem,hactenus vero ex præteritis parat occasionem.Quum, inquit,non attendebatis legi sed fidei, tũc Spiritum accepistis, tunc signa prodidistis.Deinceps quoniam de lege dicendum erat,& alium mouet locum, qui plurimũ habet contentionis. Abraham in medium adducit,idque ualde opportunè, multaque copia,loquens hunc in modum: [Sicut Abraham credidit Deo,& imputatum est illi ad iustitiam.] Declarant quidem, inquit,fidei uim,& a uobis ædita miracula. Quòd si uultis,etiam ex uetustis historiis conabor uobis facere fidem.Itaq; quoniam celebris magnæque existimationis apud illos erat Patriarcha Abraham,& nunc profert in medium, declarans hunc quoque sic fuisse iustificatum. Quòd si is ante gratiam ex fide iustificatus est, idque quum & operibus bonis floreret, multò magis uos. Quid igitur illi detrimenti attulit,quòd non esset sub lege? Nihil. Sed sufficiebat ei fides ad iustitiam. Dixerit aliquis,Non erat tum lex.Pulchrè. Neque nunc est lex,sicuti nec tum: ob id enim sublaturus legis necessitatem, eum qui tum ante legem iustificatus fuit, inducit, ne hoc possit obiici. Nam quemadmodum tunc data nondum erat, ita nunc quæ data fuit,antiquata est. Ad hæc quoniam eferebantur animis,quòd ad Abraham ducerent genus, metuentes ne si legem relinquerent, ab illius cognatione fierent alieni:id quoque rursus in contrarium uertit, metumque soluit,declarans quòd fides potissimum conciliat cum illo propinquitatem: quod quidem manifestiùs in epistola ad Romanos probauit, non minus tamen idem hic agit dicens hoc pacto: Scitote ergo, quòd qui ex fide sunt, hi filii sunt Abrahæ.]Deinde hoc ipsum ueteris scripturæ testimonio probat. [Præuidens enim scriptura, quòd ex fide iustificat gentes Deus,prænunciauit Abrahæ, dicens, In te benedicentur omnes gentes.]Itaque fiqui nullam cum illo naturalem habent cognationem, sed fidem illius imitati sunt, filii sunt:perspicuum est,quòd in hanc inserũtur gentes qui crediderunt. Id enim significat quum ait, In te benedicentur omnes gentes.Per hæc autem & aliud quiddã magnum declaratur. Nam quoniam illud eos turbauerat, uidelicet legem antiquiorem esse,fidem autem post legem: & hanc illis eximit suspicionem, ostendens fidem esse lege antiquiorem,idque liquere ex Abraham.Priusquam enim existeret lex, ille iustificatus est. Porrò ut ostẽdat ea quoque quæ nunc fiunt,iuxta uaticinia prophetarum euenisse:[præuidens,]inquit,[scriptura, quòd ex fide iustificat Deus gentes, non ex lege,prænunciauit Abrahæ.] Quid tandem hoc est?Qui,inquit, legem dedit, idem & priusquam legem daret, hoc decreuerat,ut gentes per fidem iustificarentur. Non dixit,reuelauit:sed euangelizauit, id est, lætum nuncium attulit,ut intelligas & Patriarcham tali iustificationis modo gauisũ fuisse,

C

D

E

F

Inf. c. 5

Ioã. 5.c.

Ro. 4.a

Gen. 22

fuisse, ac vehementer vt hoc contingeret desideraſſe. Cæterùm quoniam illos & alter quidam habebat metus, Scriptum erat enim, Maledictioni obnoxius est omnis Deut. 27.d qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius, vt faciat ea: Et hunc eximit metum, sapienter ac prudenter rursus hoc vertens in diuersum, & ostendens quòd non solùm non finit execrationi obnoxii, qui legem relinquerent, sed & benedictionis participes: contrà, qui legem obtinerent adeò non benedicti, vt etiam execrabiles. Siquidem illi dicebant, Qui non seruauerit legem execrationi est obnoxius. Hic verò declarat, eum qui seruat, execrabilem esse: è diuerso, qui G non seruat, benedictionis consortem. Rursum illi dicebant, qui sola fide nititur, execrabilis est: hic contrà demonstrat, qui sola fide nititur, eum benedictum esse. Agè igitur hæc omnia demonstremus vobis iam euenisse. Sed his quæ iam dicentur, attendi te diligenter: non enim rem vulgarem pollicemur. Ostenderat quidem hoc antea, quũ narraret, scripturam dixisse patriarchæ, In te benedicentur omnes gentes. Tum verò lex non erat, sed fides, eoque ratiocinans subiunxit: [Itaque qui sunt ex fide, benedicuntur cum fideli Abraham.] Porrò ne hinc ansam arriperent contradicendi, dicerentque, Meritò ex fide iustificatus est, nondum enim erat lex: At tu mihi demonstra post traditam legem, fidem iustificare. Ad id venit, ac plus demonstrat, quàm illi quærunt, nimirum non modò iustificare fidem, verùm etiam legem: ac ipsa vtentes obnoxios execrationi reddere. Hæc quò magis intelligas, audi ipsius Apostoli verba. Quæ tandem sunt illa? [Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledictione sunt.] Verùm hæc est sententia, nondum habens probationem, Vnde igitur probatio? Ex ipsa lege. Male- H dictus enim (inquit) qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius, vt faciat ea. In lege autem neminem iustificari, cuiuis perspicuũ est. Omnes enim peccauerunt, & execrationi sunt obnoxii. Verùm hoc modo non loquitur, ne videatur ipse ex se pronũciare, sed iterum idem probat testimonio breuiter vtrunque complectente: alterum quòd nullus legem impleſſet, vnde & execrationi erant obnoxii. alterum quòd fides iustificat. Vnde igitur testimonium? Ex propheta Abacuc ita lo- Abac. 2. quente: [Iustus autem ex fide uiuet.] Hoc a enim non solum ostendit ex fide iustificationem esse, verùm etiam fieri non posse, vt per legem contingat salus. Posteaquam, inquit, legem nemo seruauit, sed omnes obtransgressionem erant obnoxii maledictio excogitata est facilior quædam via per fidem: quod ipsum maximum est argumentum, ex lege neminem posse iustitiam adipisci. Non enim dixit propheta, iustus ex lege viuet: sed ex fide. [Lex autem non est ex fide.] Quid autem & hoc sibi vult, [Qui fecerit hæc, viuet in eis?] Hoc est, nõ tãtùm fidem requirit lex, sed opera quoque. Gratia verò ex fide seruat ac iustificat. Vides quomodo demonstrauerit eos qui legi hærent, eò quòd impleri non possit, execratio- I ni fuisse obnoxios. Sed quomodo fides habet hanc vim, vt iustificet? Audi. Nam hæc antè promisit, eaque magna vi cõprobauit. Quum enim lex esset infirmior, quàm vt posset hominem ad iustitiam perducere, repertum est non leue remedium, nempe fides, quæ quod legi erat impossibile, per se redderet possibile. Ergo si & scriptura dicit, iustum ex fide victurum, reiiciens iustitiam quæ est per legem: & si Abraham ex fide iustificatus est, manifestum est, magnam esse vim fidei. Quin & cum qui non perseuerauerit in lege, execrabilem esse: & eum qui fidei innititur, iustum esse manifestum est. Sed vnde, inquiet aliquis, poteris nobis probare, quòd illa execratio non amplius subsistit? Nam Abrabam quidem ante legem fuit, nos autem qui semel sub iugo fuimus seruitutis, nos ipsos reddidimus obnoxios execrationi. Quis igitur est, qui soluit illam execrationem? Vide quàm celeriter huic etiam obiectioni occurrit, quanquam & ea quæ dicta sunt, sufficerant. Etenim qui semel iustificatus est, mortuusque legi, ac vitam nouam amplexus est, qui possit esse obnoxius execrationi? At his contentus non est, verùm & aliis modis rem aggreditur, scribens: [Christus nos redemit ab K execratione legis, factus pro nobis execra- Deu. 21. tio. Scriptum est enim, Execratus quisquis d pendet in ligno.] Verum alii populus execrationi fuit obnoxius, quæ dicit. Maledictus omnis, qui non permanserit in his quę Ibi. 17.d

scripta sunt in libro legis huius. Et quid hoc? Nam populus quidem obnoxius erat. Non enim permansérat in lege, neque quispiam erat, qui legem totam impleuerat. At Christus hanc execrationem alteram permutauit, quæ dicit: Maledictus † qui pendet in ligno. Quoniam igitur & qui pendet, execrabilis est: & qui legem transgreditur, execrabilis est: non oportuit illum, qui execrationem illam erat sublaturus, obnoxium eidem fieri execrationi: verùm pro illa erat alia susciptenda execratio, quam & susceptit, ac per eam illam sustulit, perinde faciens, ac si morti adiudicato quopiam, alius insons, illius damnati vice spontè mori volens, eripiat illum, * sic & Christus fecit.] Quum enim Christus non esset obnoxius execrationi transgressionis, hanc in se recepit pro omnibus, vt omnes ab illa liberaret. Peccatum enim (inquit) non fecit, nec inuentus est in ore illius dolus. Itaque sicut mortuus eos quibus erat moriendum, exemit à morte, ita & * execratione in se recepta] ab execratione liberauit. [Vt in gentes veniret benedictio Abrahæ in Christo Iesu.] Quomodo in gentes? [In semine (inquit) tuo benedicentur omnes gentes: hoc est, in Christo. Quòd si hoc de Iudæis dictum esset, nequaquam ita loquutus fuisset. Neque enim rationi consentaneum erat, vt qui ob transgressionem execrationi erant obnoxii, hi cæteris essent authores benedictionis. Nullum enim execratus alii dat benedictionem, cuius ipse est expers. Vnde liquet totum hoc de Christo dictum esse. [Ipse enim erat semen Abrahę. & per hoc gentes benedicuntur, atque ita denunciat spiritus promissio, quod ipsum significans dicebat: [Vt promissionem spiritus accipiant per fidem.] Etenim quum non posset gratia spiritus in eum qui ingratus erat & offenderat venire, primùm benedicuntur, sublata maledictione: deinde per fidem iustificati, accipiunt spiritus gratiam. Proinde crux sustulit execrationem, fides inuexit iustitiam, iustitia verò gratiam spiritus allexit. [Fratres, secundùm hominem loquor, hominis licèt confirmatum testamentum nullus irritum facit, aut aliquid adordinat.] Quid est, secundùm hominem loquor? Humanis vtor exẽplis. Posteaquàm enim & ex scripturis, & ex miraculis apud illos æditis, & ex his quæ Christus passus est, denique ab ipso Patriarcha sermonem confirmauit, iam ad communem digreditur consuetudinem. Solet enim Paulus hoc semper facere, quò condulcet etiam sermonem, quò & facilius recipiatur, & crassioribus fiat intelligibilior. Sic & Corinthiis differens ait, Quis pascit gregem, & ex lacte eius non vescitur? * Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?] Ac rursus Hebræis, Testamentum enim in mortuis ratũ est, quoniam nondum valet, dum viuit, qui testatus est. Quin & aliis compluribus locis aliquis comperiet illum talibus libenter immorantem rationibus, quandoquidẽ & Deus in veteri testamento ideo hoc assiduè facit, hunc in modum loquens: Nam mulier obliuiscetur filii sui? Ac rursum, Num dicet figmentum figulo, quid facis? Item in Osee maritum imitatur ab vxore despectum. Insuper & in figuris multum humanorum exemplorum cernere quispiam poterit. Veluti quum cingulum accipit propheta, & in domunculam figuli subit. Quid igitur sibi vult exemplum? Nimirum illud, quòd fides fuit antiquior, lex verò tùm recentior, tùm temporaria, & in hoc data, vt præcedens viam aperiret fidei. Et ideo dicit. Fratres secundùm hominem loquor. Cùm superius illos appellarit stultos, hic fratres vocat, simul & perstringens eos & cõsolans. Hominis licèt confirmatum testamentum. Si homo (inquit) condit testamentum, num quis audet superueniens inuertere, aut adiicere quidpiam? Nam hoc est quòd ait, aut superordinat. Magis igitur hoc non est faciendum in Deo. Et ad quem, inquiet aliquis, Deus condidit testamentum? Ad nullum quidem aliorum hominum, præterq; Abraham. [Nam illi dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Non dicit, in seminibus, tanquàm in multis: sed in vno, & semine tuo, quod est Christus. Hoc autem dico, testamẽtum prius cõfirmatum à Deo in Christum, lex quæ post quadringentos ac triginta annos facta est, non irritum facit, vt inanem reddat promissionem. Nam si ex lege hæreditas, non iam ex promissione, Abrahæ verò per repromissionem donauit Deus.] Ergo igitur & Deus fecit testamentum Abrahæ dicens, per

† qsquis

Esa. 53. c

L

Ge. 22. d

M

1. Co. 9. a

Hebr. 9. c

Esa. 49. d

Ibi. 29.

Osee. 1. a

A

Hie. 18. a

Sup. 3. a

Ge. 22. d

UNIVERSIDAD DE MURCIA

per ſemen eius venturas benedictiones in gẽtes. Quomodo igitur lex eas poteſt ſubuertere? At tu chariſſime cùm hæc audis, caue ne quid noxæ tibi adferat exemplũ, vt minùs benè ſentias de maieſtate Dei. Nam quoniam exemplum totum non potuit conquadrare ad materiam propoſitã, ideo præmiſit, Secundùm hominẽ loquor. Verùm agè rurſus ab initio conſideremus exemplum. Promiſerat Abrahæ Deus fore, vt per ſemen ipſius benedicerentur gentes. Semen autem eius ſecundum carnem fuit Chriſtus. Venit poſt quadringentos & triginta annos lex. Itaque ſi lex confert benedictiones, uitam, & iuſtitiam: repromiſſio illa irrita eſt. Ita ne fit igitur, vt cùm hominis teſtamentum nullus irritum faciat, Dei teſtamentum poſt quadringentos triginta annos irritum ſit? Etenim ſi quod illud teſtamentum promiſit non præſtat ipſum, ſed lex pro illo præſtat, nimirum illud reiectum eſt. Et quomodo poſſent hæc congruere rationi? Cuius igitur gratia, di-
C xerit aliquis, dedit legem? Audi ipſum dicentem, ſubnectit enim: [Quid igitur lex? præuaricationum cauſa addita fuit.] Itaq; nec hæc eſt ſuperflua. Vides vt omnia perſpicit, vt innumeris vtitur oculis. Quoniã extulerat fidem, declarans eam fuiſſe antiquiorem lege, nequis exiſtimaret legem eſſe ſuperuacaneam, hanc quoque partem corrigit, demonſtrans eam non fruſtra, ſed admodum vtiliter fuiſſe datam. Ob tranſgreſſiones, inquit, addita fuit: hoc eſt, ne liceret Iudæis ſecurè uiuere, atque in extremam prolabi malitiam, ſed lex illis freni uice foret impoſita, erudiens, componens, prohibensq; tranſgredi, ſi minùs omnia, certè aliquot præcepta. Itaquè non mediocris erat ex lege fructus, hoc ſignificans Apoſtolus, quouſque eſſe addita lex ſubtexuit: [Donec veniret ſemen, ✠ cui] repromiſſio facta fuerat.] De Chriſto loquitur. Proinde ſi vſque ad Chriſti aduentum data eſt, quid eam longius & vltra tempus prorogas? [Diſpoſita per manus Angelorum in manu mediatoris.] Aut ſacerdotes vocat angelos, aut ſentit ipſos etiam angelos ſubminiſtraſſe ferendæ legi. Mediatorem autem hìc appellat Chriſtum, declarans, quòd is ante legem fuerit, ipſeque legem dederit. [Mediator autẽ vnius non eſt, ſed Deus vnus eſt.] Quid hic dicturi ſunt hæretici? Etenim ſi quòd ſolus pater dicitur uerus Deus, obſtat quò minus filius ſit verus Deus, profectò nec Deus erit, eò quò de ſolo patre dicitur, D
Deus vnus eſt. Quòd ſi dum vnus Deus Deu. 6.
dicitur pater, Deus eſt & filius: perſpicuum a, &
eſt, quòd dum ſolus pater dicitur uerus 1. Cor.
Deus, uerus Deus ſit & filius. Mediator 9. b
autem, inquit, non vnius ſed duorum quorumpiam mediator eſt. Cuius igitur mediator fuit Chriſtus? Clarum eſt quòd inter Deum & homines interceſſerit. Vide quomodo declarat, quòd ipſe etiam lẽgem dedit. Quòd ſi ille legem dedit, nimirum idem habet authoritatem abrogandi. [Lex igitur aduerſus promiſſa Dei?] Nam ſi in ſemine Abrahæ repromiſſiones datæ ſunt, lex autem inducit maledictionem, eſt utique aduerſus promiſſa Dei. Quomodo igitur ſoluit obiectionem? Primùm quidem negat dicens, [Abſit.] Deinde etiam probat, ita loquens:] Nam ſi fuiſſet data lex, vt poſſet viuificare, verè ex lege fuiſſet iuſtitia.] Quod autem dicit, hoc eſt: Si in lege, inquit, uitæ ſpiritum habuiſſemus, & hęc poteſtatem habuiſſet noſtræ ſalutis, fortaſſis iſta rectè diceres. Contrà, ſi per fidem ſeruaris, etiam ſi lex reddat execrabiles, nihil detrimenti capiebas, poſteaquàm venit fides, omnia diſſol E
uens. Nam ſi per legem fuiſſet repromiſſio, iure metueres, ne excluſus à lege, ſimul & à iuſtitia excluderēris. At ſi ideo data eſt lex, ut omnes concluderet, hoc eſt, coargueret, oſtenderetque eis ipſorum peccata, non ſolum non obſtat quòd minùs conſequaris repromiſſiones, uerùm etiam confert ad eas adipiſcendas. Hoc itaque ſignificans dicebat, [Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccatum, vt promiſſio per fidem Ieſu Chriſti daretur credentibus.] Nam quoniam Iudæi ne ſentiebant quidem ſua peccata, non ſentientes autem nec deſiderabant remiſſionem, dedit legem quæ proderet uulnera, quò medicum requirerent. Quod enim dixit, concluſit, perinde valet ac ſi dixiſſet, coarguit, & coargutos continuit in metu. Vides quòd non ſolùm aduerſus Dei promiſſa data non fuit, uerùm etiam pro promiſſis. Etenim ſi lex ſibi negocium hoc vendicaſſet, & authoritatem habuiſſet, rectè iſta dicerentur. Sin alteri currit, ac

†Codex Veronen. habet ☞. i. ſicut, nõ ✠, cui.

propter illum omnia facit, quomodo est
F aduersus promissa Dei? Nam si lex data
nō fuisset, omnes in malitiam fuissent de-
uoluti, neq; quisquam Iudæorum fuisset
auditurus Christum. Nunc uerò data, hæc
duo præstitit commoda: alterum quòd vir
tutem mediocrem docuit eos qui ipsi pa-
rebant: alterum quòd per hanc agnouerūt
sua peccata, quę res illos maximè reddidit
promptos ad quærendum Dei filium. Ita-
que qui nunc crediderunt legi, eò quòd
non agnoscerent condemnarentque sua
Ro. 10. peccata, non crediderunt Christo. Idq; si-
a gnificans ait: Ignorantes enim Dei iusti-
tiam, & propriam iustitiam statuere quæ-
rentes, iustitiæ Dei non fuerunt subiecti.
[Priusquam autem veniret fides, sub lege
custodiebamur cōclusi in fidem, quæ erat
reuelanda in nos.] Vides vt dilucidè quæ
diximus, confirmat. Nam quod dixit, cu-
stodiebamur, & concluſi, nihil aliud signi
ficat, quàm tutelam ex legis præceptis ad-
hibitam. Lex enim timore ueluti muro
quodam continens illos, ac secundum ip-
sam uiuendi necessitate constringens, re-
seruabat illos fidei. [Itaque lex pædagogus
noster fuit ad Christum, ut ex fide iustifica
remur.] Ergo non est aduersa. Pædagogus
enim non aduersatur præceptori, sed adiu
uat, arcens adolescentem ab omni uitio,
reddens illum idoneum omni studio, per-
cipiendis quæ tradit præceptor. Verùm vbi
iam habitum collegerit, discedit pædago
G gus, eoque dicit: [At ubi uenit fides, quæ
in uirum perfectum educit, non amplius
sub pædagogo sumus. Omnes enim filii
Dei estis per fidem, quæ est in Christo Ie-
su.] Itaque si lex est pædagogus, & sub hoc
custodiebamur concluſi, non aduersatur
gratiæ, sed adiuuat. Quòd si postquam ad-
uenit gratia, perseuerat constringere, tum
est aduersaria. Etenim si quos oportebat
exire ad illam, apud sese concluderet, tum
nostram corrumperet salutem. Quemad-
modum si lucerna quæ noctu præluxit, ia
orto die, vetet nos obtueri Solem, non so-
lùm non præstaret officium, uerùm etiam
læderet: Itidem & lex, si obstaret ad melio-
ra pergentibus. Qui nunc eam seruant, ij
maximè traducunt illam: siquidem & pæ-
dagogus tunc ridiculum reddit adolescē-
tem, cùm tempore postulante, v t ab eo di-
scedat, apud se detinet. Et ideo Paulus sic
ait: [Posteaquàm venit fides, non amplius
sub pædagogo sumus. Omnes. n. (inquit)
filii Dei estis.] Papè, quāta fidei uis, & quo-
modo eā progressu sermonis aperit. Prius Hic su.
enim ostendit, quòd fides redderet filios
patriarchæ: Scitote, inquiens, qui ex fide b
sunt, hos esse filios Abrahæ. Nunc uerò H
demonstrat eosdem esse filios Dei. Omnes
enim, inquit, estis filii Dei, per fidem quæ
est in Christo Iesu. Per fidem, non per le-
gem. Post hæc quoniam rem magnam di-
xit & admirabilem, explicat & modum, Ro. 6.a
quo sunt filii Dei. [Quicunque enim in
Christum baptizati estis, Christum indui-
stis.] Et quam ob causam non dixit, Qui-
cunq; in Christum baptizati estis, ex Deo
nati estis? Hoc. n. congruebat ad demon-
strandum q̄ essent filii. Sed hic sermo plus
habebat maiestatis ac religionis, eoq; sic
loqui maluit. Etenim si Christus est filius
Dei, tu uerò illum induisti, cùm habes fi-
lium in te, & in illum per similitudinem
transformatus es in eandem cognationē,
vnamq; speciem perductus es. [Non est Iu
dæus neq; Græcus non est seruus neq; li-
ber, non est mas aut fœmina: omnes enim
vos vnus estis in Christo Iesu.] Vides aīam
insatiabilem. Cùm. n. dixisset, Omnes facti
sumus filii Dei per fidem, nō hactenus cō-
stitit, sed quærit etiā amplius aliquid inue
nire, quod euidentius approbare queat p-
piorem erga Christum societatem. Cumq;
dixisset, Christū induistis, ne hoc quidē di
cto cōtentus est, sed explanans illud, vltra I
talem coniunctionem progreditur, & ait:
Omnes vnus estis in Christo, hoc est, ean-
dem formā, eandem figuram habetis om-
nes, videlicet Christi. Quid his uerbis esse
possit magis stupendum aut reuerendum?
Qui priùs erat ethnicus, aut Iudæus, aut
seruus, nūc obambulat formā gestans non
Angeli, neq; archangeli, sed uniuersorum
domini, atq; in sese Christū represēntat.
[Quòd si uos estis Christi, nimirū Abra-
hæ semen estis, ac iuxta repromissionem
hæredes.] Vides ut quod antea dixerat,
nunc demonstrat, videlicet de semine,
quòd Abrahæ & semini eius benedictio- Capr.
nes sunt datæ. [Dico autem quanto tem-
pore hæres paruulus est, nihil differt à
seruo, cùm sit dominus omnium, sed
sub tutoribus & procuratoribus est, usque
ad tempus præfinitum à patre: Sic & nos
cùm

cùm essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes.] Paruulum hic non ætate dicit, sed animo, significans, ꝙ Deus initiò voluerit ista largiri: verùm ubi vidit nos adhuc puerili esse affectus, passus est nos sub elementis mũdi agere, hoc est, sub neomeniis & sabbatis. Nam hi dies nobis
K à Lunæ solisque cursu redeunt. Proinde si nunc quoque vos sub legem redigunt, nihilo secius faciunt, quam si vos tempore ætatis adultæ rursus ad relictum pueritiæ tempus retraherent. Vides quanta res sit obseruatio dierum. Eum qui dominus est ac paterfamiliàs, & omnem potestatem habet in famuli locum redigit. [Posteaquàm autem venit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptione locum filiorum reciperemus.] Duas hic causas refert, ac beneficia assumptæ carnis: videlicet liberationem à malis, & bonorum subministratione, quæ quidem nullus præstare poterat, nisi ipse solus. At quę tandem erant illa? Liberari ab execratione legis, & adoptari in ius filiorum. Ait enim, Vt eos qui sub lege erant, redimeret, & vt adoptionem filiorum reciperemus. Pulchrè dixit, reciperemus, indicans esse debitum. Cœlitus enim repromisit Abrahæ, quemadmodum & ipse multis verbis declarauit his de rebus factas repromissiones. Et vnde constat, inquiet aliquis, nos factos esse filios Dei? Dixit modum vnum, quia Christum in-
L duimus, qui est filius. Dicit & alterum, quia spiritũ adoptionis accepimus. [Quoniam autem estis filii, emisit Deus spiritũ filii sui in corda vestra, clamantem, Abba pater. Itaque iam non es seruus, sed filius. Quòd si filius, ergo & hæres: hæres quidem Dei, cohæres autem Christi.] Ac si diceret, haudquaquam potuissemus illum appellare patrem, nisi prius facti fuissemus filii. Igitur pro seruis, liberos: pro paruulis, adultos: pro alienis, hæredes ac filios fecit gratia. An non igitur absurdum, extremæque sit ingratitudinis, hac omissa, reuolui in ea quæ relicta sunt à tergo? [Sed tunc quidem ignorantes Deum, seruiebatis iis qui natura non sunt dii. Nunc autem cùm cognoueritis Deum, immo potius cogniti sitis à Deo, quo denuò conuertimini ad infirma & egena elementa quibus rursus ab integro vultis seruire?] Hic ad eos qui ex gentibus crediderant rationẽ dirigans ait, quòd tale quiddam est simulacrorum cultus, qualis est dierum obseruationum custodia, quodque nunc his grauius debetur supplicium. Eoque elementa vocauit, non natura deos, hæc ipsa persuadere cupiens, eosque in maiorẽ impellere perturbationem. Quod aũt dicit, illud est: Tum quidem obtenebrati, & in errore versantes, humi trahebamini: nunc verò M
posteaquam nouistis Deum, vel cogniti potius estis ab illo, qui fieri potest, vt non vobis maius & acerbius supplicium accersatis, post tantam vobis impensam curam, in eandem relapsi insaniam? Neque enim vos labore vestro Deum inuenistis, sed vos quidem in errore versabamini, ille verò vos ad se traxit. Porrò elementa infirma vocat & egena, ꝙ nullam vim habeant ad bona proposita perducendi. [Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.] Ex his clarum est, quòd non solùm circuncisionem eis prædicauerant illi, verùm etiam dies festos, & neomenias. [Timeo de vobis, ne forte frustra laborauerim erga vos.] Vides viscera & affectus apostolicos? Illi iactantur fluctibus, & hic tremit ac metuit, eoque vehementer illis incutiens pudorem, ait, hoc, laboraui erga vos: perinde quasi dixisset, ne tantos meos sudores reddatis inanes. Cùm autem dicit, metuo, & addit, ne fortè: simul & * desperationẽ illis iniecit, & in bonam spem erexit. Non enim dixit, frustra laboraui, sed, ne forte. Nõdum, inquit, accidit naufragium, sed adhuc tempestatem hanc parturientem cerno, propterea metuo, non despero. Vobis enim in manu est totum hoc corrigere, & ad pristinã redire trãquillitatem. Deinde ea tempestate iactatis manum porrigens, seipsum in A
medium profert, dicens: [Estote sicut ego, quoniam ego sicut vos.] Hæc ad eos qui crediderãt ex Iudæis, eoq; semet in mediũ adfert, hinc illis persuadere cupiẽs, vt vetera relinquãt. Nam etiam si nullũ alium haberetis pro exemplo, sufficiebat me tantũ intueri, vt similem faciatis mutationem facilèq; sumatis fiduciam. Ergo me intuemini. Nam & ego simili modo quandã fueram affectus, & quidẽ vehementer, & ardebam studio legis: attamẽ postea nõ veritus sum legẽ relinquere, nec ab illo vitæ institu-

Debitũ ex promisso.

ἀγωνία, id est, curam, aut solicitudinem.

tuto defciſcere . Et hæc vos probè noſtis, quomodo ſupra modum certatim pro retinendo Iudaiſmo , & quomodo poſteà maiore ſtudio eum reliquerim . Ac rectè quidem illud poſteriore poſuit loco. Siquidem vulgus hominum , etiam ſi innumeras inueniant rationes, easque iuſtas, tamē ab eo quod eſt cognatum, magis attrahuntur, quumque viderint alium hæc agētem, facilius hærent iiſdem. [Fratres , rogo vos , nihil me læſiſtis.] Vide ut rurſus honorifico nomine compellat illos, quāquam hoc ipſum ſubmonet gratię. Poſteaquam enim
B illos acriter taxauerat, vndique facta comparans, oſtenderatque eos legem trāſgredi, denique omni ex parte in eos iacula torſerat, rurſus medicatur ac mitigat , vtens dictis mollioribus. Quemadmodum qui perpetuò mitigat in medicando, remiſſum hominem facit: ita ſemper aſperis vti ſermonibus, magis exacerbat hominem , eoque bonum eſt vbique moderatis vti. Vide igitur quomodo ſe purgat ſuper his quę dixit declarans , quòd non vulgi more infenſus illis., ſed curam illorum gerens dicat quæ dicit. Etenim poſteaquam altiorem fecerat ſectionem , deinceps hanc conſolationem velut oleum infundit, ac declarans non ob odio nec à ſimultate profecta eſſe quæ dicta ſunt , commonefacit illos charitatis, quam illis exhibuerat , miſcetque laudem excuſationi. Ideo dicit . [Rogo vos , nihil me læſiſtis: ſed ſcitis quòd ob infirmitatem carnis meæ euangelizauerim vobis prius , ac meam tentationem quæ erat in carne mea , non ſpreuiſtis . Verùm illud nihil adhuc magni eſt, in nullo læſiſſe . Neque vulgaris ſanè quiſpiam homo eum qui non fecit iniuriam lædere vellet , fruſtraque & ſine cauſa moleſtus eſſe. Vos autem non ſolùm non læſiſtis, verùm etiam multam
C & inenarrabilem exhibuiſtis beneuolentiam : ac fieri nequaquam poſſit, vt quibus tantæ curæ fuiſſet, hæc ex maleuolentia loqueretur. Non igitur ob inimicitiam hæc loquor . Quòd ſi non ex maleuolentia, reliquum eſt , vt ex affectu ac ſolicitudine [Rogo uos , nihil me læſiſtis. Noſtis autem , quòd ob infirmitatem carnis meæ euangelizauerim vobis .] Nihil illa beata anima manſuetius , nihil dulcius , nihil amantius . Proinde nec illa ſuperiora ab impotente iracundia, animique cōmotione fuerant profecta, ſed ex abundantia ſolicitudinis . Et quid dico , non læſiſtis me? multam etiam ac ſynceram ſolicitudinem erga me exhibuiſtis . Noſtis enim (inquit) quòd ob infirmitatem carnis euangelizauerim vobis , & tentationem quæ erat in carne mea, non ſpreuiſtis. Quid tandem eſt quod dicit? Eiiciebat (inquit) flagellabat, innumeras mortes ſuſtinebam prædicans vobis , ac ne ſic quidem ſpreuiſtis me. Nam hoc innuit dicens: [Tentationem quæ erat in carne mea, non ſpreuiſtis, neque reſpuiſtis.] Vides prudentiam ſpiritualem? In ipſa etiam purgatione, pudorem illis ingerit oſtendens quam multa pro illis paſſus fuerit. Attamē horum (inquit) nihil vobis fuit offendiculo , nec ob afflictiones & perſequutiones meas auerſati me fuiſtis , hoc enim vocat infirmitatem ac tentationem : D
[Sed velut Angelum Dei excepiſtis me.] An non igitur abſurdum ſit, perſequutionibus agitatum , exilio propulſum , velut Angelum Dei excipere , admonentem & hortantem ad vtilia non recipere? [Quę eſt igitur beatitudo veſtra? Nam prębeo vobis teſtimonium, q ſi fieri potuiſſet oculos veſtros eruiſſetis, mihiq; dediſſetis. Itaq; inimicus factus ſum vobis vera loquendo vobis?] Hic dubitat ac vehementer admiratur, cupitq; ab ipſis mutationis cauſam diſcere . Quis enim (inquit) vos ſeduxit, ac perſuaſit, vt aliter ſitis erga nos affecti? Nōne vos eſtis, q mihi inſeruiebatis , qui mei curam geretis, qui me oculis chariorem habebatis? Quid igitur accidit? vnde inimicitia? vnde ſuſpicio? An quia vera loquutus ſum vobis? Atqui hac de cauſa par erat, vt me magis in honore haberetis, maioréque ſtudio proſequeremini . Nūc autem inimicus factus ſum , vera loquens vobis. Ego (inquit) aliam cauſam nō noui , quàm quòd vera dixerim vobis . Et uide quanta ſubmiſſione ſeſe excuſat . Neque enim ex officiis quæ ipſe in eos contulerat , ſed ex iis quæ illi in ipſum præſtiterant, ratiocinatur fieri non poſſe, vt hæc ex maleuolentia dicantur . Non enim ad hunc modum verba fecit . Et qui conuenit, vt qui E
veſtra cauſa flagellabatur, eiiciebatur, innumera patiebatur mala , nunc de vobis malè cogitet? ſed de quibus gloriari poterant illi , ab iis argumenta colligit , dicēs, Qui conſentaneum eſt , vt qui a vobis ſic honoratus,

honoratus est, qui vt Angelus exceptus est, is diuersa rependat? [Aemulantur vos non benè, sed excludere vos volunt, vt ipsos æmulemini.] Est enim bona æmulatio, cùm quis sic æmulatur, vt virtutem imitetur. Est & mala æmulatio, cum quis ea facit, vt rectè agentem depellat à virtute. Quod sanè & isti nunc conantur, studentes vos à perfecta legitimaque virtute † detrudere, & ad mutilatam ac notham deducere: non aliam ob causam, nisi vt ipsi quidem in loco magistrorum sedeant, vos autem qui nunce stis illis sublimiores, in classe discipulorum collocent. Hoc enim declarauit dicens, vt ipsos æmulemini. Ego verò (inquit) contrarium opto, vt vos illos antecedatis, & perfectioribus exemplum efficiamini. Quod sanè factum est, cùm apud vos essem: ob id subiunxit, [Bonum est æmulari in bono semper, & non solùm cùm adsum apud vos.] Hic subnotat ipsius absentiam huius mali fuisse causam, idque beatum esse, si discipuli non solùm præsente magistro mentem quam oportet, obtineant, verùm etiam absente. Cæterùm quoniam illi nondum ad hoc perfectionis peruenerant, omnia facit, vt in hoc illos instruat. [Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.] Vide commotum, vide turbatum. Fratres mei rogo vos, filioli mei quos iterum parturio. Matrem refert de liberis trepidantem: donec formetur Christus in vobis. Vides paterna viscera, vides anxietatem Apostolo dignam: vides qualem emittit eiulatum, multò tristiorem, quàm solet esse parturientium. Corrupistis (inquit) imaginem, perdidisti generositatem, formam immutastis, opus est vt renascamini, vtque refingamini: Et tamen filios voco fœtus imperfectos & obortiuos. Verùm hunc in modum non loquitur, sed aliter: parcit enim illis, nec vult ferire, nec vulnera vulneribus addere: quemadmodum eruditi medici eos qui in longum incidunt morbum, non protinus ac semel, sed ex intervallo curant, ne desponden tes animum, pereant: Sic & hic beatus. Nam & hi parturiẽtis dolores hoc sunt acriores, quo maior erat affectus charitatis, & peccatũ erat haud quaquam vulgare. Hoc enim semper dixi, nec dicere desinam, & pusilla quæpiã transgressio ingens detrimentum parere

† cognitione.

F

G

soler. Quod quidem & tunc accidit. Si quidem ab exiguis ortum initiis malum, totam ecclesiam peruaserat, totamq; faciem ac formam vitiauerat. [Vellem esse præsens apud vos nũc, & mutare vocem meã.] Considera mihi sibi non temperantem, considera feruentem, considera non potentem talia ferre. Talis nimirum res est charitas. Vt non contentus est verbis, sed insuper quærit præsentiam, [Vt (inquit) immmutem vocem meam:] Hoc est, vt vertam eam in ploratum, vt moueam lachrymas, quò simul omnes ad lamenta pertraham. Per epistolam enim non licebat ostendere lachrymas, neq; complorationem. Et hinc ardet præsentiam desiderans. [Quoniam confundor in vobis.] Non enim (inquit) habeo quod dicam non habeo quid cogitem. Vnde hoc, vt qui priùs ad ipsum cœlorum culmen ascenderatis, partim ob pericula fidei causa tolerata, partim ob signa quæ per fidem ædidistis, nunc adeò repentè ad tantam vilitatem deducti sitis, vt ad circuncisionem & sabbata pertrahamini, & Iudaizantibus adhæreatis? Ob id etiã initiò dixerat, Miror quòd tam citò transferimini. Et hìc dixit, Confundor in vobis, perinde quasi dixisset: Quid dicam? quid loquar? quid cogitabo? perplexus sum, vnde & plorem necesse est: quod quidem in rebus perplexis faciunt etiam prophetæ. Est autem & hæc non leuis curandi ratio, si non solùm consulas, verùm etiam lamenteris. Nam hoc & Milesiis loquens dicebat, Triennium cum lachrymis admonere vos non cessaui. Idem hìc dicit, vt immutem uocem meam. Siquidem quoties rebus perplexis ac desperatis derepentè obortis vincimur, deinceps ad lachrymas vertimur. Posteaquam igitur obiurgarat acriter, pudorem incusserat, ac rursus hæc mitigauerat, deinde complorationem addit. Hæc autem complorat io non solùm habet castigationem, verùm etiam blandiloquium. Neque enim exasperat, sicut castigatio: neque remissum facit, quemadmodum mitigatio, sed remedium est vtrinque missum, multamque vim habet ad exhortandum. Posteaquam igitur deplorauit, & eorum mentem emollit, ac vehementiùs sibi cõciliauit, denuò redit ad contentionem, maius proponens caput, & ostendens, & ipsa lex nolit se

H Sup. 1.a

Act. 20.

f

I

seruari. Tum quidem ab Abraham sumptum exemplum adduxerat, nunc verò legem ipsam inducit, admonentem ne seruetur, sed vt ipsa iam secedat, quod erat vehementiùs. Itaq; si legi patere vultis (inqt) discedite ab illa, nam hoc vult ipsa. Verùm hoc pacto non loquitur, sed alia ratione idem agit, admiscens etiam historiam. [Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non auditis?] Rectè dixit, qui vultis. Neq; enim hoc quod gerebatur, rerum congruētia persuasit, sed illorum intempestiua cōtentio. Legem autem hìc vocat, librum cōditi mundi, quod aliàs crebrò facit, vetus omne testamentum sic appellās. [Scriptum est enim, quòd Abraham duos filios habuit, vnum ex ancilla, & alterum ex libera.] Rursus ad Abraham reuertitur, non eadem iterans, sed quoniam apud Iudæos patriarchę nomen admodum erat celebre, declaratque, quòd illinc figuræ cæperint initium, quòdque ea quę nunc fiunt, priùs in illo fuerint depicta. Quumq; priùs demōstrasset Galatas esse filios Abrahæ, quoniam non eiusdem dignitatis erant patriarchæ, filii, quorū alter ex ancilli, alter ex libera susceptus erat, iam deinceps declarat, eos non solùm esse filios, sed eo modo filios, quo fuit ille liber, ac generosus. [Sed is quidem qui ex ancilla, iuxta carnem natus est: qui verò eo libera iuxta promissionem.] Quid est, iuxta carnem? Quoniam dixerat & fides nos iungit Abrahæ, idque videbatur audiētibus esse incredibile, si qui ex illo nati nō fuissent, eos vocaret filios illius: ostendit hoc quod videbatur incredibile, diuinitùs esse factum. Nam Isaac non iuxta naturæ ordinem, neque iuxta coniugiorum legē, neque iuxta carnis vires natus, & filius & germanus filius fuit, ex aridis corporibus satus, & à vulua illa emortua progressus. Neque enim caro conceptum, neque semen partum dedit. Siquidem bis erat mortua, & propter ætatem, & propter sterilitatem, sed Dei sermo † hæc præstitit. In seruo verò non itidem factum est, sed ille naturæ legibus, & iuxta coniugiorum morem natus est. Attamen qui non erat secundum carnem natus, prælatus est ei qui secundum carnem fuerat natus. Itaque ne vos cōturbet, quòd iuxta carnem nati non estis. Nam ob hoc ipsum maximè estis illi[s] cognati uos, quòd secundum carnem nati nō estis. Quandoquidem secundum carnem esse natum, nō solùm non reddit honoratiores, verùm etiam efficit minus honorabiles. Mirabilior autem magisque spiritualis est paruus, qui non est iuxta carnem, nimirum ex his, qui cœlitùs nati sunt. Natus est enim iuxta carnem Ismahel, sed seruus erat, nec id solum, verùm etiam exactus est è patriis ædibus. Isaac verò iuxta repromissionem natus, tanquam verus, vt erat filius & ingenuus, omnium dominus fuit. [Quæ sunt per allegoriam dicta.] Abusiuè figurā dixit allegoriam. Cæterùm quod dicit illud est, Hæc historia non hoc solùm declarat quod apparet, verùm & alia quædam altiora prædicat, vnde & allegoria dicta est. Quid autē prædicauit? Nihil aliud quàm hæc omnia, quæ nunc fiunt. * Hæc enim sunt duo testamēta: Vnum quidem à monte Sina, in seruitutem generans, qui est Agar.] Hæc sunt. Quæ hæc? Matres puerorum illorum Sara & Agar. Duo verò testamenta duæ leges. Quoniam nomina fœminarum erant in historia, perseuerauit Apostolus in appellatione generis, & ex ipsis nominibus multam ostendit congruētiam. Quomodo ex ipsis nominibus? [Agar enim mons Sina est in Arabia.] Agar dicta est ancilla. Mons autem Sina, ita sonat illius gentis lingua, vt omnes qui ex ueteri testamento nati sunt, oporteat seruos esse. Nam mons ille ubi uetus testamentum datum est, commune nomen habet cum ancilla. Complectitur autem hic mons etiam Hierosolymam. Nam hoc est quod ait. [Qui coniunctus est ei quæ, nunc est Hierusalem,] hoc est, uicinus est, contiguus est. [Seruis autem cum filiis suis.] Quid igitur ex hoc docet? Quòd non solùm illa fuit ancilla, ac seruos genuit, uerùm etiam hæc, uidelicet testamētum, cuius figura fuit ancilla. Siquidem Hierosolyma finitima est monti cognomini ancillæ. In hoc autem monte etiam testamentum est datum. Vbi ergo est figura Saræ? Audi: [Quæ autem sursum est Hierosolyma libera est, quæ est mater omnium nostrum.] Non igitur qui ex ea nascuntur, serui sunt. Inferioris igitur Hierosolymæ figura erat Sara, nec dubium quin ex monte eius nominis: superuæ uerò typus est ecclesia. Attamen non

Gen. 16 d

K

Ibi. 21.

† hunc formauit,

L

* ἀύτη, id est hæc uel hæ, ut referri possit ad mulieres, & ad testamenta.

M

Pro Sara Agar potius legēdū videtur.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

non est contentus figuris, verùm & Esaiam adhibet testem his quæ dicta sunt. Cùm enim dixisset, supernam illam Hierusalē esse matrem nostram, & hanc vocasset ecclesiam, citat prophetam, ipsi suo calculo suffragantem. [Scriptum est enim. Exulta sterilis, quę nō paris erumpe, & clama quę non parturis, quia multi filii desertæ, magis quàm eius quæ habet virum.] Quæ igitur sterilis, & quæ deserta? An non perspicuum est, hanc esse ecclesiam ex Gentibus, quæ antehac Dei cognitione fuit priuata? Quæ verò est illa quæ habet virum? Nonne liquet hanc esse synagogam? Attamen hanc multitudine liberorum superauit vidua, † si quidem hęc vnam duntaxat habebat gentem. Cęterùm ecclesiæ filii, Græciā, Barbariam, terram, mare, denique orbem vniuersum implent. Vides vt factis quidem Sara, verbis autem propheta nobis futura subnotarint? Sed & illud considera. Sterilem appellauit Esaias, & hanc ostendit factam complurium liberorum matrem. Idem sub figura accidit in Sara. Nam & hæc cùm esset sterilis, numerosæ sobolis mater est facta. Cæterùm ne hæc quidem Paulo sufficiebant, verum etiam quomodo sterilis mater sit facta disquirit, vt hinc etiam ad veritatem, accommodet figuram, eoque subdit dicens. [Nos autem fratres, secūdum Isaac repromissionis filii sumus.] Non enim sterilis tantùm erat ecclesia, quemadmodum Sara, neque solùm multorum liberorum mater facta est: vt illa: sed & illa ita genuit, quemadmodum illa. Vt enim illam non natura, sed Dei repromissio fecit matrem (nam qui dixit, Secundum tempus hoc veniam, & erit Saræ filius, idem ingressus in vterum infantem formauit) sic & nostra renascētia, natura quidem nulla est cæterùm verba Dei, quæ norunt fideles, hæc in aquæ lauacro per sacerdotem pronunciata, tanquam in vtero quodam formant ac regenerant eum qui baptizatur. Proinde si sterilis filii sumus, sumus & liberæ. Et quæ nam est ista libertas, dixerit aliquis, cùm Iudæi quidem constringerent ac flagellarent eos qui credide rāt: illi verò qui putabantur esse liberi, persequutionibus affligerentur? Hæc enim accidebāt cum arderet fidelium persequutio. Verum ne hoc vos perturbet, inquit, quandoquidem hoc quoque præcessit in figura. Nam & Isaac esset liber, à seruo persequutionem sustinuit, eoque subiungit dicens: [Sed quemadmodum tunc qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui natus erat secundùm spiritum: & ita nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice filium ancillæ. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.] Quid dicitur? Hæccine consolatio, demōstrasse liberos à seruis persequutionem perpeti? Nequaquam inquit. Neq; enim hic subsisto, sed audi quæ sequuntur, & hanc accipies consolationem, quæ sufficiat leniendis pusillanimorum persequutionibus. Quæ nam igitur sunt quæ sequūtur? [Eiice filium ancillæ. Nō enim erit hæres cum filio liberæ.] Vis nosse quod sit autoramentum temporariæ tyrannidis, & intempestiuæ insolentiæ? Eiectus est è paternis facultatibus puer, fitque exul & erro simul cum matre. Iam mihi cōsidera quàm sapienter ista dicta sint. Nō enim dixit, persequebatur, & ideo eiectus est, sed, ne fieret hæres. Neque enim ob temporariam persequutionem hanc de illo pœnam sumpsit. Nam id quidem leue erat, ac nihil ad eam rem: sed non permisit illum consortem fieri bonorum filio paratorum: significans quòd etiam sublata persequutione, hoc illi ab initio prius signatum esset, quæ res non cederit initium à persequutione, sed à voluntate Dei. Nec dixit, non erit hæres filius Abrahæ: sed filius ancillæ, à vilore genere illi cognomen addens. At Sara, inquies, sterilis erat: Ergo & ecclesia ex Gētibus congregata talis erat. Vides in omnibus seruari figuram. Sicut enim illa cùm per omnes ætatis annos peperisset, in extrema senectute fit mater: ita & hæc, vbi venit plenitudo temporis, parit. Hoc autem & propheta prædixerat, ita loquens: [Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quoniam multi filii desertæ, magis quàm eius quæ habet virum.] Hoc modo designans ecclesiam. Non enim nouerat Deum, tamen vbi cognouit, vicit numerosæ sobolis synagogam. [Itaque fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ.] Hæc omnia mouet versatque, ostendere studens id quod factum est, non esse nuperum, neque recens, sed iam inde ab initio, & ante multa secula præfiguratum. An non igitur absurdum, ante tantum seculorum selectos, ac liber-

A Esa. 54. a, & Lu. 23. d

† sterilis

Ge. 21. a C

B Ga. 4. b

D Esa. 54. a, & Lu. 23. d

ac libertatis consortes, vltrò semetipsos in seruitutis iugum tradere? Post hæc aliam addit causam quæ persuadeat eis, vt in de-
Cap. 5. cretis perseuerent. [Libertate igitur qua Christus vos liberauit, state.] Num vosipsos liberastis, quandoquidem rursum ad priorem recurritis dominatum? Ipse est qui vos liberauit. Alius est qui precium dedit pro vobis. Vides quot modis illos abducat ab errore Iudaico. Primùm ostendens extremæ dementiæ esse, eos qui pro seruis facti
E fuerant liberi, pro liberis velle fieri seruos. Deinde quòd erga benemeritum immemores & ingratos sese declaraturi sint, contemnentes eum qui liberauit, & amantes eum qui in seruitutem pertraxit. Tertio loco, quòd hoc esset impossibile. Lex enim iam non habebat dominium, cùm alter eos omnes semel ab illius dominata redimisset. Cùm verò dicit, state, fluctuationem subindicat. [Ac ne rursum iugo seruitutis implicemini.] Nomine iugi, negocii molestiam illis significat. At cùm ait, rursum, ingentem illorum indicat stupiditatem. Nam si non fuissetis hanc experti molestiam, non eratis perinde grauiter incusandi. Verùm si cum experimento cognitum habeatis, quàm graue sit huius iugi pondus, post hæc denuò vosipsos eidem submittis, quam veniam mereri poteritis? [Ecce ego Paulus dico vobis, quòd si circuncidamini, Christus nihil vobis
Sup. 1. b proderit.] Vide quàm atroces minæ. Meritò, quandoquidem & angelos anathemati deuouit. At † ciuiliter dixit quòd Chri-
†quo ipsis Christus nihil est profuturus. stus eis nihil esset profuturus.] Nã ipse hoc non probauit, sed pronunciauit quòd deinceps personæ authoritas satis esset pro quauis probatione. Et ideo occupauit dicere, ecce ego Paulus dico vobis, quæ vox
F erat confidentis, ijs quibus loquebatur. Nos p nostra virili ex nobisipsis hoc addemus, demonstrabimusque quomodo circuncisis nihil profuturus sit Christus. Qui circunciditur, tanquam legem metuens circũciditur. Eam qui metuit, diffidit viribus gratiæ. Porrò qui diffidit, nihil fructus capit ab ea cui diffidit. Rursus alio modo: Qui circunciditur, legem facit dominam, & authoritate pollentem. Qui verò putat illam esse dominam, eamq; ex maiore parte transgreditur, ex minore seruans, semetipsum subiicit execrationi. Qui verò seipsũ submittit execrationi, libertatem quæ est in fide repellens, quomodo potest esse saluus? Nam si dicere fas est quiddam incredibile, hic neque Christo, neq; legi fidit, sed in medio consistit, & hinc & illinc volens lucrum facere, eoq; nec hinc nec illinc lucrum accipiet. Deinde posteaquã dixisset, quòd nihil esset illis profuturus Christus, tectè ac paucis probationem adfert, ita loquens: [Testificor autem omni homini, q circunciditur, quòd debitor est totius legis implendæ] Etenim ne putares hæc inimicè dici: Non vobis (inquit) solùm dico, sed cuiuis homini, quisquis circunciditur, p debitor est totius legis implendæ. Legis enim præcepta inter se cohærent. Et qui G ex libero descriptus est in seruitutem, non ampliùs facit quæ vult, sed omnibus seruitutis legibus obstrictus est. Itidem accidit in lege, vbi pusillam aliquam legis partem receperis, teque ipsum iugo submiseris, totum illius dominatum tibi accersisti. Idem fit in hæreditate mundana: Qui nihil attigit, ab omnibus liberatus est negociis, quę sequuntur defuncti hæreditatem. Quod si paulum aliquid attigerit, etiam si non acceperit omnia, omnibus tamẽ sese obstrinxit, qui partem attigit. Idem accidit in lege, non ob hunc tantùm quem dixi modũ, verùm etiam ob alium quendam: Legis enim partes inuicem cohærent. Circuncisio, vt exempli causa dicam aliquid, immolationem pecudum habet annexam, ac dierum obseruationem: immolatio rursus tum diei tum loci obseruationem habet annexam. Locus innumerabiles purgationum ritus, purificationes examẽ quoddam obseruationum secum adferunt variarum. Non enim fas est impurum sacrificare, non sacra ingredi adyta, denique non aliud quicquam eiusmodi rerum agere. Quapropter per vnicum præceptum H multa lex attrahit. Itaque si circuncidaris, nisi circũcidaris octauo die: aut cum octauo quidem, sed non offertur sacrificium: aut cum sacrificium quidem offertur, sed non in loco præfinito: aut si in loco præfinito, non iuxta legis præscripta: aut si iuxta legis præscripta, sed non purus: aut si purus, nõ conueniente ritu purificatus, cuncta illa pereunt. Proinde dicit: [Debitor est totius legis implendæ.] Quòd si lex habet authoritatem, noli partem implere, sed totam.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

tam. Si non habet authoritatem, ne partē quidē ſeruare velis.]Euacuati eſtis à Chriſto,qui cunque in lege iuſtificamini,à gratia excidiſtis.]Poſteaquàm argumentis rē probauit,deinceps pronunciat,eosq; ſuſpēdit in extremo diſcrimine. Cùm enim is qui decurrit ad legem,nec hinc poſſit ſalutem conſequi,& à gratia exciderit,nihil ſupereſt,niſi ſupplicium indeprecabile,dum illa caret vigore,hæc non admittit hominem. Poſteaquàm igitur illis hoc pacto metum exaggerauit,ac mentem illorum perturbauit, poſteaquàm oſtendit totum naufragium quod perpeſſuri, ſunt, è propinquo patefacit illis gratiæ portum:id qđ vbique facit, facillimam ſimul & tutiſſimam demonſtrans illinc eſſe ſalutem. Eoque ſubdit dicens: [Nos autem per fidem in ſpiritu,iuſtitiæ ſpem accepimus. Nihil (inquit)opus habemus illis legalibus.Sufficit enim fides ad hoc, vt donet nobis ſpiritum,& per hunc iuſtitiam,multaq́ue inſuper & magna bona.[In Chriſto enim Ieſu neque circunciſio quicquam valet,neq; præputium,ſed fides, quæ per dilectionem operatur.]Vides vt eos iam maiore cum libertate aggreditur? Qui Chriſtū induit, talium ſit curioſus. Atqui dixerat,noxiam eſſe circunciſionem,quomodo igitur eam facit indifferentem? In his hoc facit, qui iam ante fidem eam habuerant,non in his qui poſt fidem circuncidebantur. Vide verò,quò illam deiecerit,collocans eam cum præputio. Quod enim eorum facit diſcrimen, fides eſt. Quemadmodum igitur ſi qui athletas deligit, ſiue naſo adunco,ſiue ſimos,ſiue nigros, ſiue candidos eligat, nihil refert ad probationem, ſed illud vnum ſpectandum eſt,vt validi doctiq́ue ſint: ita qui adſcribendus eſt in nouum teſtamentum,huic nihil nocent hæc omnia corporalia, ſi abſint, quemadmodum neque iuuant,ſi adſint. Quid autem eſt, [Quæ per dilectionem operatur?]Hic illis ingentem inflixit plagam,ſignificans hanc ſubreptionem inde natam,quòd charitas erga Chriſtum in eis non egerit radices.Non enim credere ſolum eſt quod quæritur, verùm etiam in charitate perſeuerandum eſt,ac ſi dixiſſet: Si dilexiſſetis Chriſtum,ſicut oportuit,nequaquam confugiſſetis ad ſeruitutem:nequaquam eum qui vos redemit,deſeruiſſetis: nequaquam contumelia affeciſſetis eum, qui vos in libertatem aſſeruit.Tectè verò notat & illos,qui Galatis in fidiabantur, ſignificans quòd ſi illi quoq; charitatem habuiſſent erga Galatas, nequaquam iſta facere ſuſtinuiſſent. Vult autem hoc verbo vitam illorum corrigere.[Curretis benè,quis vos impediuit?]Non hoc interrogantis eſt, ſed deplorantis & anxii. Quomodo tantus curſus interruptus eſt? Quis eſt qui tantum potuit? Qui omnibus quidem ſuperiores,& in magiſtrorum eratis ordine, ne in diſcipulorum quidam claſſe manſiſtis.Quid accidit? quis tantum valuit?Hæc potiùs ſunt exclamantis ac lamentantis,ſicut & antea dicebat, Quis vos faſcinauit?[Perſuaſio non eſt ex eo qui vocauit vos.]Non in hoc vos vocauit,qui vocauit vt ad iſtum vacillaretis modū. Non hanc legem vobis præſcripſit,vt Iudaizaretis.Deinde ne quis diceret, Quid rem verbis attollis,& oratione reddis atrocē? Vnicum tantùm legi præceptum ſeruauimus, & tantos cies tumultus? Vide quomodo terrorem illis incutit, non ex præſentibus, ſed ex futuris, loquens hunc in modum: [Exiguum fermentum totam maſſam corrumpit.]Sic & vos,inquit,hoc exiguū malum ſi non corrigatur, poterit in perfectū Iudaiſmum pertrahere, ſicut fermētum cōſperſionem. Ego confido de vobis in Chriſto,quòd nihil aliud ſentietis.]Non dixit, non ſentitis:ſed,nō ſentietis, hoc eſt, corrigemini. Vnde hoc noſti? Nō dixit, ſcio: ſed,confido.Confido,inquit, Deo, & illius opem inuoco ad veſtri correctionem. Confido.Nec ſimpliciter dixit, confido de vobis,ſed adiecit, in Chriſto. Vbique enim laudem miſcet accuſationi. Quaſi dixiſſet,Noui meos diſcipulos,noui quàm ſitis correctu faciles. Confido partim ob Chriſtum, qui non patitur quidlibet etiam perire:partim propter vos, qui facilè poteſtis reuocare vosipſos. Simul autem & adhortatur, vt ipſi etiam ſtudium adhibeant, tanquam non poſſint à Deo conſequi, niſi pariter quod in ipſis ſitū erat, adhiberent.[Qui autem conturbat vos, portabit iudicium ſuum, quiſquis fuerit.] Vtrinque delinit illo,,tùm ex eo, quòd illis addidit, fiduciam: tùm ex eo, quòd Pſeudoapoſtolos execratur, aut potius prædicit illis euenturum ſupplicium. Tu verò iam illud mihi contemplator, vt:

nequaquam

Sup. 3. a:

L.

M.

nequaquã nomen ædidit insidiantium, ne fierent impudentiores. Quod autem dicit, illud est: Nõ quia uos nihil aliud sentietis, eò seductionis authores liberati sunt à supplicio, sed dabunt pœnas. Non enim par, est, ut aliorum probitas aliorum malitiam subleuet. Hoc autem facit, ne alios rursus inuadant. Nec simpliciter dixit, qui cõturbat, sed exaggerauit sermonem dicens: qs quis fuerit. [Ego autem frat es, si circuncisionem adhuc prædico, quid etiamnum persequutionem patior?] Quoniam traducebat Apostolus hoc nomine, quòd ubique Iudaizaret, ficteque prædicaret, uidelicet quàm putè semet explicet à suspicione, ipsos appellas testes. Nam uos quoque scitis, inquit, istam fuisse persequutionum mearũ causam, quòd à lege iubeo desciscere. Itaque si circuncisionem prædico, cur persecutionem patior? Neque enim aliud crimen mihi possunt intẽdere, qui ex Iudęis sunt, præterquam hoc solum. Nam si concessissem, ut seruatis maiorum ritibus crederent, haudquaquàm mihi fuissent insidiati, nec ii qui crediderunt, nec ii qui non crediderunt: cùm nihil ex ipsorum institutis labefactaretur. Quid igitur? An non prædicauit circuncisionem? An non circuncidit Timotheum? Circuncidit quidem, at non prædicauit. Quid igitur est quod hic dicit? Discę eius exactam in dicendo circũspectionem. Non dixit, non facio circuncisionem, sed non prædico: hoc est, non ita iubeo credere. Etenim ne hinc caperes dogmatum confirmationem, circuncidi, quidem, sed non prædicaui circuncisionem. [Ergo euacuatum est scandalum Crucis:] hoc est, obstaculum impedimentumque sublatum est, si uerum est quod dicitis. Neque enim perinde crux erat offendiculo Iudæis, ut quòd non pareremus patrijs legibus. Etenim cùm Stephanum perduxissent in conciliũ, non dixerunt, hic est qui Crucifixũ adorat, sed loquitur, inquiunt, contra legem & locum sanctum. Idem crimen Christo impegerant, quòd legem solueret. Propterea Paulus ait: Si concessa est circuncisio, soluta est quam habent aduersum nos, contentio: nulla iam inimicitia manet aduersus Crucem & prædicationem. Quòd si quotidie cædem exercent contra nos, quomodo hoc intendunt nobis crimen? Me quidem propter hoc adorti sunt, ꝙ incircuncisum induxissem in templum. An igitur adeò stultus sum, inquit, ut cum permiserim circuncisionem, frustra & incassum tantum in me receperim mali, ut tantum offendiculum ponerem cruci? Videtis enim, ꝙ nullã ob causam æque nobis sunt hostes, atque ob circuncisionem. Num igitur adeò uæcors erã, ut pro re nihili, & ipse affligeret, & aliis esse offendiculo? Porrò Crucis offendiculum uocauit, eò ꝙ etiam sermo Crucis hoc imperabat, idque potissimum erat, quòd offendebat Iudæos, & uetabat ne Crucem reciperent, uidelicet, quòd iuberentur à maiorum institutis discedere. [Vtinam & concidantur, qui uos conturbant.] Vide quàm hic est amarulentus in eos, qui Galatas seduxerãt: In initio torquebat accusationem in se ductos, semel atque iterum eos appellans stultos: uerùm ubi illos rectè castigauit, correxitq;, deinceps in seductores fertur. Oportet autem nos & hác Apostoli sapientiam perspicere, quomodo hos tanquàm proprios filios, & tanquàm correctionis capaces admonet, & ad mentem reuocat: eos uerò qui seduxerant, uelut alienos & insanabili morbo laborantes resecat, partim cùm ita dicit, Portabit iudicium suum quisquis fuerit: partim cum imprecans, ait, Vtinam, & abscindãtur, qui uos conturbant. Ac rectè dixit anastatuntes, hoc est, statu mouent. Compulerant. n. eos ut propria patria, ut libertate, ut cęlesti cognatione relicta, alienam ac peregrinã persequerentur, ut iam ab illa superna liberaq; Hierosolyma exules, cogantur ueluti captiui, solumq; uertere iussi, incertis uagari sedibus. Quapropter illis imprecatur. Quod autem dicit, hoc est: Nulla est mihi cura de illis. Hæreticum enim inquit, hominem post unã & alteram admonitionem deuita. Si uolunt, nõ solùm circuncidantur, uerùmetiã exercentur. Vbi nunc sunt, qui seipsos audent euitare, si mul & Apostolicam imprecationem sibi accersentes, & Dei opificium accusantes, & à Manichæis stantes? Nam illi quidem aiunt corpus insidiosum esse, maleque materiæ. hi uerò factis suis, crudelibus illis opinionibus præbent ansam, dum membrum amputant, uelut insidians & inimicum. Itaque multò magis oportebat execrare oculos per oculos enim in animam

A
Act. 16. a
Ibi. 6. d
Ioã. 5. c
B
Sup. 3. 8
ἀναστατοῦντες
Tit. 3. c

UNIVERSIDAD DE MURCIA

mam descendit concupiscētia. Verum nec oculus, nec vllum aliud membrum est in culpa, sed sola praua animi inductio. Quòd si non sustines, quòr non & linguam ob blasphemias, quòr non & manus ob rapinas, quòr non & pedes ad malitiam currētes, denique quòr non totum resecas corpus? Nam & aures delinitæ tibia, frequenter effœminarunt animam: & nares, accepto suaui odore, imposuerunt menti, & ad voluptatem lympharunt. Itaque circuncidamus omnia, & aures, & manus, & nares. Verum hæc extremæ sunt impietatis, ac Satanici consilii. Tantum oportet corrigere inconditum mentis impetum. Isti vero sua resecant membra. Ita malus dæmon perinde quasi errauerit opifex, persuasit ut instrumenta perderent, semper gaudens cædibus. Qui fit igitur, dicet aliquis, vt saginato corpore efferuescat concupiscentia? Quoniam hoc ipsum rursus est animi delictum. Nam saginare carnem, non est carnis, sed animi. Nam si vellet extenuare, habet idem omnem potestatem. At tu perinde facis, quasi si quis videns aliquem accendentem ignem, ac lignis impositis domum incendere, omisso eo qui fecit incendium, flammam accusaret, quæ correptis multis lignis in altum se sustulerit. At qui culpa non est ignis, sed eius qui ignem accendit. Hic enim ad parandos cibos, ad ptæbendam lucem, adque alia id genus ministeria datus est, non ad cōflagrationem ædium. Quemadmodum & concupiscentia ad liberorum procreationem, vitaéque conseruationem data est, non ad adulterium, scortationes ac lasciuias: vt pater fieres, non vt adulter: vt legitimè verseris cum uxore, non ut contra fas eam corrumpas: ut relinquas tuum semen, non vt alienum vities. Siquidem adulteriū non est naturalis appetitus, sed contumeliæ præter naturam. Siquidem appetitus illetantum desiderat misturam, non talem misturam. Hæc autem mihi non temerè dicta nunc sunt, sed præludimus ad disputationes quadam, ac seu velitamur in eos, q dicunt Dei opificium esse malum: omissa animæ socordia, aduersus corpus insanientes, carnemque nostram calumniantes, de quibus & Paulus deinceps disserit, non carnem incusans, sed diabolicas cogitationes. [Vos autem fratres in libertate vocati estis tantum ne libertatem in occasionem carni.] Hic iam videtur ex spatiari in sermonem moralem. Accidit autem illi quiddā nouum, quodque in nulla cæterarum epistolarum accidit. Cū enim omnes in duas F
D partes solitus sit partiri, sicut primum de dogmatibus, in fine de moribus differat: hìc posteaquam incidit in sermonem de moribus, rursum admiscet disputationem de dogmatibus. Nam hic sermo vicissim hæret illi, illi inquam qui pugnat aduersus Manichæos. Sed quid est, Tantum ne libertatem in occasionem carni? Liberauit, inquit, nos Christus à iugo seruitutis, liberum nobis esse voluit facere quicquid volumus, non vt hac potestate ad malitiam abutamur, sed vt maioris præmii sumamus occasionem, ad altiorem philosophiā progressi. Posteaquam enim passim legem Sup. 3. b
appellat iugum seruitutis, & de gratia quæ liberat ab execratione meminit, ne quis suspicaretur ipsum ideo reuocare homines à lege, quòd liceret ex legem agere vitam, corrigit eam suspicionem dicens, Nō vt illegitima fiat vitæ ratio, sed ut legem transcendat philosophia. Soluta sunt enim legis uincula, atque idem ego dico, non ut deiiciamur, sed ut erigamur ad altiora. Etenim tam is qui scortatur, quàm is qui in virginitate perseuerat, legis terminos excessit: verùm non eodem modo, sed hic quidem in deteriora prolapsus, ille uerò ad meliora prouectus: sic ut alter prætergressus sit legem, alter supergressus. Hoc itaq; dicit Paulus, Christus iugum vobis relaxauit, non vt exiliatis, aut calcitretis, sed ut absque iugo compositè incedatis. Post hæc G
ostendit modum, quo hæc facilè queant corrigi. Quis igitur modus? [Per charitatem (inquit) inuicem vobis seruite.] Rursus hic subindicat ambitionem, seditionē, dominandi studium, & insolentiam huius erroris illis fuisse causam, quippe hæreseon mater est principatus cupiditas. Etenim cum dicit, Seruite uobis inuicem, ostēdit hoc mali ex arrogantia fastuque cepisse exordium. Eoque malo respondens admouet remedium: Quoniam, inquit, dum alius alii vultis dominari, dissecti fuistis: seruite uobis inuicem: sic denuò in unum redigemini. At peccatum quidē non explicat apertè, sed apertè refert emendationis modū, ut hinc ēt illud cognoscerēt, perinde

de ac si quis lasciuienti non dicat quidem quòd lasciuiat, tamen frequenter hortetur ad pudicitiam. Nam qui proximum sicut oportet, diligit, non grauatur illi seruire submissius, quam quisquam seruus. Quem admodum enim ignis admotus ceræ, facilè mollit eam, sic & amoris calor omnem
H fastum & arrogantiam vehemẽtius quàm ignis soluit. Eoque non simpliciter dixit, Diligite inuicem, sed, seruite, intensam ac vehementem declarans amicitiam. Etenim quum legis iugum detraxisset, ne subsilirent, aliud illis imponit iugum nimirum charitatis, illo quidem validius, sed multò leuius ac iucundius. Deinde quid boni præstet charitas, ostendit dicens: [To
Leu. 19. & Mat. 22. d ta enim lex in vno verbo impletur, videlicet in hoc, Diliges proximum tuum vt teipsum.] Quoniam legem susque deq; uersauit, si vis, inquit, illam implere, ne circuncidaris: non enim circunciſione, sed dilectione impletur. Vide ut doloris sui nõ obliuiscitur, sed id quod dolet, identidem attingit, etiam ingressus moralem tractationem. [Quòd si inuicem mordetis & comeditis, videte ne à vobis inuicem consumamini.] Non pronunciat, ne grauet illos, non erat tamen id fieri: Verum hoc ambiguè profert. Non enim dixit, quoniam vos inuicem mordetis, & quod sequitur consimili modo: nec enim illic rursum pronũciat, sed obumbrat ac dicit, Ne à uobis inuicẽ consumamini: qui sermo est metuentis, & consulentis, vt caueant; non condemnantis: Ac dictionibus significantibus est vsus. Non enim tantum dixit, mordetis, quod sanè est commoti, sed addidit, & comedetis, quod est in malitia perseuerantis. Nam
I qui mordet quod appetebat, iram expleuit cæterùm qui deuorat, extremæ feritatis & immanitatis specimen dedit. Morsus autem ac tineas non corporales dicit, sed eas quæ sunt his multò crudeliores. Nõ enim qui carnem gustauit humanam tantum mali dedit, quantum is qui morsum fixit in animum. Siquidem quantò corpore præstantior est anima, tantò grauius est hanc læsisse. [Videte (inquit) ne à vobis inuicem consumamini.] Quoniam qui lædunt, & insidiantur, velut alios consumpturi, hoc animo veniunt: ideò dicit: Videte ne res in vos reuoluatur. Nam seditio & contentio corruptionem, & consumptionem affert tum ijs qui recipiunt ea, tum ijs qui inuehunt, ac magis intus corrumpit omnia, quàm tinea. [Dico autem, spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis non perficietis] Ecce alteram indicat viam, quæ virtutem reddit facilem, ac præstat ea quæ dicta sunt, viam quæ gignit charitatem, quæque stricta redditur à charitate. Nihil enim, nihil inquam, sic charitatem inserit nobis, vt si simus spirituales, nec alia res æquè persuadet spiritui: vt apud nos maneat, atque vis charitatis, eoque dicit: [Spiritu ambulate, & carnis concupiscentiam non perficietis.] Quoniam expresserat, quæ res gigneret morbum, & remedium aperit quod adfert sanitatem. Quod autem est illud? Non aliud quam viuere spiritu. Vbi verò dixerat, spiritu ambulate, & carnis concupiscentiam non perficietis: subiecit, [Caro enim cõcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque volueritis, ea faciatis.] Hic quidam adoriuntur nos dicentes, quòd Apostolus hominem in duo dissecuerit, inducẽs eũ, velut ex contrariis naturis compositum, dum ostendit pugnam esse corpori aduersus animam. Verùm hæc non ita se habẽt, non ita se habent inquam. Neque enim hic carnem appellat corpus. Alioqui si hoc sentiret, quomodo cõsentaneum sit, quod mox dicitur. Concupiscit enim, inquiens, aduersus spiritum? Atqui corpus non est de eorum numero, quæ mouent, sed quæ mouentur: non de eorum numero quæ aguntur, sed de eorum quæ aguntur. Quomodo igitur concupiscit, quandoquidem cõcupiscentia non carnis est, sed animi? Siquidem alibi dicit, Cõcupiscit anima mea. Et, Quid desiderat anima tua? & faciam tibi. Et, ne ambules iuxta desiderium animæ tuæ. Ac rursus, Sic desiderat anima mea. Quomodo igitur Paulus dicit, Caro concupiscit aduersus spiritum? Soletappellare carnem, non corporis naturam, sed prauam voluntatem: veluti cùm dicit, Vos non estis in carne, sed in spiritu. Et rursum, Qui verò in carne sunt, Deo placere non possunt. Quid igitur? Tollenda est caro? Ipse verò qui hæc dicebat, an non carne circundatus erat? Non carnis sunt ista, sed Diaboli dogmata. Ille enim homicida erat ab initio. Quid igitur dicit? Car-

K

L

Psl. 83. a & 118. c

Ibid. a

Ro. 8. b

Ibidem

Ioã. 8. f

nem

nem hìc appellat cogitationem terrestrẽ, socordem & incogitantem. Hæc enim nõ corporis est accusatio, sed animæ negligentis crimen: siquidem huius instrumentum est caro: Instrumentum autem nullus auersatur, odit ve, sed eum potius, qui organum malè tractat. Neque enim ferrum, sed hominem & odimus & punimus. Atqui dixerit, aliquis, hoc ipsum est accusare corpus, animi peccata carnis appellare vocabulo. Ego uerò fateor quidẽ carnẽ aĩa inferiorem esse, sed hanc quoque pulchram esse. Non .n. ꝙ pulchro inferius est, statim malum est, sed ipsum quoque bonum. Malum autem non est minus bono, sed contrarium. At tu si demonstrare potes malitiam è corpore proficisci, accusa carnem. Quòd si ex appellatione conaris struere, calumniam, tempus tibi est, vt simul accuses & animam quandoquidem & animalis homo dicitur, qui veritate priuatus est. Et spiritus malitiæ dicuntur Dæmonum multitudo. Rursus carnis vocabulo scriptura solet appellare mysteria, totamque ecclesiã, dicens eam Christi esse corpus. Quòd si vis etiam officia cernere, quæ per carnem præstantur, hinc considera. Imaginare sensus extinctos esse, & videbis animam omni cognitione destitutam, neque quicquã eorum quę nunc nouit, nosse. Etenim si potentia Dei dum ex opificio mundi per res conditas intelligitur, conspicitur, quomodo videre poterimus absque oculis? Quòd fi & fides ex auditu est, quomodo sine auribus audiemus? Prædicare verò, & circumcursare, linguæ pedumque constat adminiculo. Quomodo enim, inquit, prædicabunt, nisi mittantur? Et scribendi munus peragitur manibus. Vides vt innumerabilium causa bonorum est carnis ministerium? Cæterùm cùm dicit, Caro concupiscit aduersus spiritum, de publici loquitur cogitatione, quarum altera alteri aduersatur, videlicet virtutis & malitiæ, non animæ & corpus. Nam si hæc sibi inuicem aduersarentur, seipsa tollerẽt, nõ aliter, quàm ignem aqua, tenebræ lucem. Sin corporis curam agit anima multaque solicitudine illi prospicit, innumeraq; patitur, nec deserat illud, quum vi abrumpitur, obsistit, ac vicissim corpus animæ subseruit, *multarumq; rerum ipsi cognitionem adfert, & ad illius operationem compositum est, quì possunt hæc esse contraria, & inter sese pugnantia? Nam ego non solùm non contraria, verùmetiam magnopere cõcordia, seque vicissim tuentia conspicor ex ipsis factis. Non igitur de his loquitur, quòd sibi inuicem aduersantur, sed malarum, ac bonarum cogitationum pugnam proponit. Velle enim & non velle animæ est. Ideò dicit: Hæc autem aduersantur, ne sineres animam pergere in suis prauis affectibus, Siquidem hęc loquutus est Apostolus ceu pædagogus quispiã ac præceptor terrorem incutiens. [Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege.] Quæ nam est hęc consequentia? Maxima quidem & euidẽs. Etenim qui spiritum, vt oportet, habet: per hunc extinguit omnem prauam concupiscentiam. Porrò qui liberatus est ab his, non eget legis auxilio, sed multò factus est præceptis illis sublimior. Nam qui non iratscitur, quid opus habet vt audiat, non occides? Qui non intuetur intemperantibus oculis, quid opus habet qui doceat non esse mœchandum? Quis enim illi verba facit de fructu malitiæ, qui radicem malitiæ iam euulsit? Radix enim homicidii, ira: & adulterii radix, curiosius oculorum obtutus. Ea propter dicit: Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Hìc autem mihi videtur magnas etiam & admirandas legis laudes retulisse. Quas illas? Quanquam, inquit, lex erat loco spiritus, iuxta suas vires, priusquàm spiritus adueniret, non tamen ob id oportet manere in pedagogo. Tum quidem meritò sub lege eramus, vt metu castigaremus concupiscentias, nondum prodito spiritu. Nunc verò posteaquàm venit gratia, quæ non solùm iubeat ab illis abstinere, verùm & ad altiora prouehit, & ad perfectiorem vitæ rationem adducit, quid opus est lege? Etenim qui ex sese suo fungitur officio, huic quid opus pædagogo? Neque enim qui philosophus est, opus habet Grammatico. Quur igitur vos ipsos redditis viliores? Quum priùs uos exhibueritis spiritui, nunc affidetis legi. [Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, scortatio, adulterium, immundicies, lasciuia, ueneficium, simulacrorum cultus, inimicitiæ, contentio, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, hæreses, inuidiæ, cædes, ebrietates, comessatio-

M

Col. 1.c

Ro.10.d

Ibid.c

A

B

C

meſſationes,& his ſimilia,quæ prædico vobis,& quemadmodum & prædixi, quòd q talia faciunt,non erũt hæredes regni Dei.] Hìc iam mihi dicito tu qui carnis accuſatores, & arbitraris hæc ob ſimultatẽ & diſcordiam eſſe dicta:Sit adulterium,& ſcortatio carnis,iuxta ueſtram opinionem:inimicitiæ,contentio,æmulationes, cõcertationes,hæreſes,& beneficia,cuius erũt? Nã hæ tantummodo ſunt corruptę voluntatis nimirum,vt cætera: quomodo igitur erũt carnis?Vides igitur, quòd hic non loquit̃ de carne, ſed de terreſtri cogitatione quæ humi ſerpit,eoque terrorem ingerit dicẽs, Qui talia faciunt,regni Dei non erunt hæredes.Quòd ſi hæc eſſent naturæ malę,non voluntatis prauæ,ſuperfluè dixiſſet,faciũt: ſed,patiuntur.Huius autem rei gratia etiã exulant à regno cœlorum.Neque enim ad ea quæ ſunt naturæ,ſed ad ea quæ ſunt voluntatis pertinent uel coronæ uel ſupplicia.Quapropter hæc minatur Paulus:[Fructus autem ſpiritus,charitas,gaudiũ,pax.]

D Non dixit,opus ſpiritus:ſed fructus. Num igitur anima ſuperuacanea eſt? Nam ſi de carne & ſpiritu verba fiunt,vbi anima? Nũ de inanimis loquitur? Si quidem vbi quæ mala ſunt,carnis ſunt: quæ bona, ſpiritus: ſuperuacanea eſt anima.Nequaquã. Nam huius eſt temperatura affectuum, & ad hanc pertinent.Ipſa in medio ſita inter virtutem & vitium,ſi ad id quod oportet vtitur corpore,reddit illud ſpirituale:ſin recedit à ſpiritu, ſi ſeipſum præbet malis cupiditatibus,reddit † illud magis terrenum.] Vides eum nõ loqui de ſubſtantia carnis, ſed de mala & bona voluntate. Quur autem vocat fructum ſpiritus? Quoniam mala opera ex nobis ſolis oriũtur,unde & opera vocat.Bona verò non tantum egent noſtra cura, uerùm etiam opus habent diuina benignitate.Igitur hæc diſſerturus priꝰ radicem bonorum proponit, ita dicens: [Charitas,gaudium, pax,lenitas, benignitas,bonitas,fides,manſuetudo, temperantia,aduerſus huiuſmodi nõ eſt lex.]Quid enim aliquis præcipiat illi qui omnia in ſe habeat, etiam perfectam philoſophiæ magiſtram charitatẽ? Quemadmodum.n.

E equi fræno morigeri,omniaque ex ſeſe facientes,nõ opus habent ſcutica:ſic & anima quæ impulſu ſpiritus recta facit, non eget admonitrice lege. Cæterũ hic quoque legem valde mirabiliter deiecit nõ vt malam,ſed vt inferiorem philoſophia,quam dat ſpiritus. [Qui verò ſunt Chriſti, carnẽ crucifixerunt cum uitiis, & concupiſcentijs.]Etenim ne dicerent, & quis eſt iſtiuſmodi? ex factis oſtendit, qui ſint qui talia præſtant,rurſus hic carnem appellans malefacta.Non.n.ſanè carnẽ ſuſtulerant,alioqui qũo uiuerent? Nam quod Crucifixum eſt, mortuum eſt & inefficax. Sed perfectã indicat philoſophiã. Siquidem concupiſcentiæ quanuis obturbãt,incaſſum rabiũt Qm̃ igitur tanta vis eſt ſpiritus, illi viuamus,illo contenti ſimus.Et hoc declarans ſubdit:Si ſpiritus viuimus,ſpiritu & ambulemus.]Hoc eſt,contenti ſimus ſpritus ui, neque requiramus legis acceſſionem. Mox oſtendens eos,qui circunciſionem inducebant,id ambitionis gratia facere,ait:[Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, quæ eſt cauſa omnium malorum, nos inuicẽ prouocantes.] Hoc in contentiones & concertationes dictũ eſt. [Inuicem inuidentes.] F
Si quidem ex inanis gloriæ ſtudio naſcitur inuidia,rurſus ex inuidia hæc innumera mala.[Fratres etiam ſi præuentus fuerit homo.] Quoniam increpationis prætextu vlciſcebantur ſuas cupiditates, videbanturq; id facere propter delicta corrigẽda, quum reuera ſtuderent ſuam dominandi cupiditatem ſtabilire, ait: Fratres ſi etiam præuentus fuerit.Non dicit, ſi fecerit: ſed, ſi præuẽtus fuerit,hoc eſt,ſi abreptus. [Vos qui ſpirituales eſtis,inſtaurate talem.]Non dixit,punite,aut condemnate: ſed,inſtaurate, hoc eſt, corrigite. Ne hìc quidem conſtitit, uerùm ut oſtenderet eos vehementer mites eſſe oportere, ergo eos qui ſupplantantur, ita ſubiecit: [In ſpiritu manſuetudinis.]Non dixit,in manſuetudine: ſed, in ſpiritu manſuetudinis, declarans hæc etiam ſpiritui placere, quippe quum hoc ipſum poſſe cũ humanitate corrigere peccantes doni ſit ſpiritualis. Deinde ne q corrigit alterũ, efferatur aio, & ipſum eidẽ timori ſubiecit, ita loquens: [Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.] Quẽadmodũ enim diuites ſportulas mittunt egẽtibus, quò ſiquando & ipſi in egeſtatem inciderint, eadem ab aliis conſequãtur: ſic & nobis eſt faciendũ. Quapropter & cauſam neceſſariam memorat, ita loquẽs: [Cõſiderans teipſum, ne & tu tenteris.]

Cap. 6.

Hipſam magis terrenã.

teris.]Simul excusat eum qui peccauit: primùm ita dicens: Quanuis præuentus fuerit. Deinde uox illa multam declarat infirmitatem, dum usurpat pronomen tu, ita loquens, Ne & tu tenteris. Quod igitur dicit, tale est: Corrige fratrem, si præuentus fuerit, sed cum mansuetudine, Dæmonis incursionem accusans magis, quàm animi negligentiam. [Alii aliorum onera inuicem portate.] Quoniam fieri non potest, vt homo uiuat, absque defectu, admouet ne rigidi sint expensores alienorum delictorum, sed tolerent etiam proximorum defectus, ut & ipsorũ delicta tolerentur ab alijs. Sicut enim in structura domus, nõ omnes lapides eundem habẽt locum, sed hic quidem in angulum est accommodus, ad fundamenta non itẽ: ille contrà, ad fundamenta commodus est, non item ad angulum: Itidem sanè est in corpore, quòd est ecclesia. Quin & in nostra carne licèt idem cernere, attamen aliud membrum ab alio tolleratur, nec ab omnib. omnia requirimus. Nam ex communi facta collectio, & corpus & ædificium constituit. [Et sic adimplete legem Christi.] Non dixit plerosate, id est, implete: sed, anaplerosate, hoc est, simul omnes implete, vos inuicem ferendo. Velut ille est iracũdus, tu somnolentus. Tolera igitur illius acrem impetum, vt vicissim ille tuã ferat segnitiem: Ita fiet, vt nec ille peccet, dum abs te toleratur: neque tu, dum in his in quibus molestus es, sustineris à fratre tuo. Ad hunc autem modum vobis inuicẽ vbi lapsus imminet periculum, manum porrigentes, mutuis officiis implete legem, sic ut unusquisque quod proximo deest, sua tolerantia suppleat. Porrò nisi sic egeritis, sed quisq; proximi uitam tendas excutere, nunquam inter uos fiet quiequam eorũ quæ fieri decet. Vt.n. in corpore si quis ab omnib. membris eundem postulet usum; nunquã constiterit corpus: sic & inter fratres graue bellum erit, si ab omnibus omnia requirimus. [Et enim si quis videtur aliquid esse, quum nihil sit, seipsum decipit.] Hic rursus arrogantiã specta. Qui sibi uidetur esse aliquid, nihil est, primum suæ utilitatis argumentum ædens: talem morum leuitatem. [Sed suum opus probet unusquisque.] Hic ostendit, quòd oportet nos uitæ nostræ expensores esse, nec leuiter, sed exacta cura probare, quæ nobis gesta sunt: videlicet, feciſti boni quidpiã, considera ne fortè propter inanẽ gloriam, ne propter necessitatẽ, ne in odium, nec ex simulationem, ne ob aliam aliquam causam humanam. Sicut enim aurum videtur quidem esse splendidum priusquam mittatur in fornacẽ: uerum ubi traditum fuerit igni, tũ verò certò dignoscitur, eo quod adulterinum est, ab eo quod est syncerum, separato. Sic & nostra opera, vbi diligenter examinaueris, tum euidenter retegentur, uidebimusq; nos ipsos multis criminibus obnoxios esse. [Et tunc in seipso tantùm gloriam habebit, & non in altero.] Hæc dicit non ueluti legẽ præscribens ut fiat, sed illis obsecũdans, perinde ac si dixisset, Absurdum quidem est gloriari: quòd si porrò gloriari: uis, ne glorieris aduersus proximum, vt ille Pharisæus. Nam qui hoc didicerit, is & ab illo facilè abstinebit. Quapropter etiã illud concessit, ut paulatim totũ eximeret. Nã qui cõsueriit in seipso tantùm habere gloriam, & non aduersus alios, statim & hunc defectum corrigit. Nã qui nõ existimat se cæteris meliorem, quandoquidem hoc est quod dicit, nõ in alterum, sed semetipsum apud sese examinat, etiam si glorietur, desinet tamen id facere id posterum. Atque ut intelligas eum hoc velle docere, vide vt illum metu cohibet, superius dicendo: probet suum opus: hic addendo, [Vnusquisque suum onus portabit.] Videtur quidem proponere rationem quæ vetat gloriari aduersus alium, sed corrigit gloriantem ne sibi placeat, reuocans illum ad propriorum delictorum considerationem dum onus nominat, & sarcinæ gestationis meminit premens illius conscientiam. [Communicet autem is qui instituitur sermone, ei qui instituit in omnibus bonis.] Hic iam de doctoribus loquitur. Vult enim illos diligenter curari ab his quos instituunt. Et quamobrem, inquit? Christus hoc ita præscripsit, & in nouo testamento lex hæc posita est, vt qui Euangelium prædicant, ex euangelio uiuant: & in veteri similiter, multi prouentus erant Leuitis è subditis. Cuius igitur gratia sic hæc constituit, sed prius substrato modestiæ & charitatis fundamento? Quoniam etiam doctoralis authoritas frequenter inflat ea præditos, cohibens doctoris spiritum, constituit illum in hac

necessitate, ut opus habeat Discipulis: & his rursus præbet occasionem, ut faciliores reddantur ad beneuolentiam, exercens eos per beneuolentiam erga doctores, vt erga cæteros fiat mansuetiores, quæ res non mediocrem charitatem excitauit in utra-
L que parte. Alioqui nisi hoc esset, quod dixi, quam ob causam Deus, qui ingratos Iudæos manna aluit, Apostolos in mendicorum deiecisset necessitatem? An non perspicuum est, quòd hinc magna pararet bona, modestiam & charitatem? Et ne pudeDeut.8. a, d Ps.77.b ret discipulos, subditos esse probro obnoxiis. Probrum enim esse uidetur, petere. At iam non videbatur, quum idem palàm omnique cum libertate facerent doctores. Itaque non mediocrem fructum & hinc tulere discipuli, dum per hæc docentur gloriâ omnem despicere. Idcirco dicit: [Communicet autem qui instituitur in sermone, ei qui instituit in omnibus bonis:] Hoc est, omnem in illum exhibeat liberalitatem. Hoc enim innuens dicebat, in omnib. bonis. Nihil, inquit, discipuli proprium est, sed omnia communia, quippe qui maiora quàm dat accipit, atque hoc maiora, quò præstabiliora sunt cœlestia terrenis. Quòd & alibi significans ait, Si nos vobis spiritualia seminauimus, magna est, si nos vestra carnalia metamur? Eoq; negocium hoc appellat communicationem, indicans fieri repensationem. Ex hoc verò charitas quoque redditur feruentior, multoque firmior. Itaque si doctor quærit, quod naturæ satis est, nihilominus accipiens, manet in
M sua dignitate: quandoquidem & hoc laudi dandum est, doctorem sic assiduum esse ministerio sermonis, vt cæteris egeat, altissimaque laboret inopia, contemnès omnia quæ ad uictus necessitatem pertinèt. Quòd si modum trâsgressus fuerit, corrupit suam dignitatem, non eò quòd accipit, sed quòd præter modum. Post hæc ne doctoris improba uita, segniorem ad hæc redderet discipulum, eumque pauperem frequenter prætercurreret ob mores malos, pergit ac dicit: [Bonum autem facientes non defatigemur.] Hìc ostendit discrimen ambitionis huiusmodi, & eius qui incumbit rebus temporarijs, ita dicens: [Ne erretis Deus non irridetur: quicquid enim seminauerit homo, hoc & metet. Nam qui seminat in carne sua, ex carne sua metet corruptionem. Qui verò seminat in spiritu è spiritu metet vitam æternam.] Quemadmodum enim in semète, qui seminat, non potest ex hordeo metere triticum, eo quòd oporteat, & sementem, & messem eiusdem esse generis; sic & in operibus. Qui in carne deposuerit, delicias, temulentiam, concupiscentiam absurdam, quæ hinc proueniunt, meter. Quæ autem sunt istæ? suppliciũ, vltio, probrum, risus, corruptio. Si quidem mensarum sumptuosarum, & cõdimentorum nullus alius prouentus est, A
quàm corruptio: Nam simul & ipsa corrumpuntur, & corrumpunt corpus. Quæ verò sunt Spiritus, haud sunt eiusmodi, sed his omnibus omnino diuersa. Considera uerò, seminasti eleemosynam, manent te thesauri cœlestes, gloriaque sempiterna. Seminasti pudicitiam, excipiet te honor, & brauium, & ab Angelis gratulationes, & ab agonotheta coronę. [Bonum autem facientes ne defatigemur: tempore enim suo metemus non deficientes: ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum est in omnes maximè verò erga domesticos fidei.] Nequis arbitraretur, doctorum quidem habendam esse curam, eosq; alendos, cæteros verò negligẽdos, ad generalitatem profert orationem, omnibusque patefecit ostium huius honoris ambiendi: tantaque vehementia id facit, ut in Iudęos etiam ac gentes, licèt non eodem gradu, tamen eleemosynam conferre iubeat. Quis autem est ordo? Vt circa fideles maior habeatur solicitudo: & quod in cæteris Epistolis facere solet, hoc & hic facit, non modò loquens de danda eleemosyna, verùm etiam studiosè perpetuoque dãda. Si quidem hæ uoces, seminare, & non oportet defatigari, hoc B
innuunt. Ergo qm̃ rem magnam exigebat, præmium quoq; collocat in foribus messis faciendo mentionem nouæ cuiusdã, & admirabilis. Nam in agricolatione, nõ solùm qui seminat verùm etiã qui metit multum sustinet laboris, cum squalore, cum pulue-
re, cumq; multa colluctans miseria. Tunc verò nihil, inquit, tale erit, Quod ẽt explanans, dicit: [Tempore. n. suo metemus non deficientes.] Et hinc quidem illos hortatur & allicit, ex altera verò parte vrget etiam, & compellit, dicens: [Ergo dum tempus habemus operemur bonum]. Quemadmodum non semper est in nostra potesta-
te

tē facere sementem, ita nec dare eleemosynam. Quum enim hinc fuerimus abducti, etiam si milies velimus, nihil efficerimus. Testes huius rei nobis sint & virgines
Mat. 25 a illæ, quæ quàmlibet promptam haberent voluntatem, tamen quoniam abierant non ferentes secum largam eleemosynam, exclusæ sunt à thalamo sponsi. Testis est & di
Luc. 16 f ues ille, qui Lazarum despexerat, qui quoniam hoc destitutus erat auxilio, & plorās & supplicans vehementer, nec à patriarcha, nec ab alio quopiam misericordiam impetrauit, sed citra veniam omnem mānsit in perpetuo flammæ cruciatu. Propterea dicit, dum tempus habemus, operemur
C bonum erga omnes, & hac ratione maximè subducit eos ab humilitate Iudaica. Nam illis omnia humanitatis officia erāt contribules: at gratiæ philosophia, terram pariter & mare, & ad beneficentiæ mensam inuitat, quanquàm erga domesticos copiosiorem exhibet solicitudinem. [Videtis qualibus literis scripsi vobis manu mea. Quicunque volunt in carne placere ijs, cogunt vos circuncidi.] Considera quantus dolor tenuerit illam beatā animam. Quēadmodum enim qui in luctum aliquem inciderunt, aut aliquem ex synceris amicis amiserunt, aut alioqui malum aliquod subitò obortum fuerunt, neque noctu quietem agunt, neque interdiu, luctu pectus illorum obsidente: sic & Beatus Paulus pauca loquens de moribus, denuò reuertitur ad superiora, quæ maximè discruciabant ipsius animum, ita loquens: Videte qualibus literis scripsi vobis: Hic nihil aliud innuit, nisi quòd ipse totam scripserit epistolam: quod affectus mirè synceri erat argumentum. In cęteris enim epistolis subscri-
Ro. vlt. d bebat quidem ipse, cæterùm alius scribebat, idque liquet ex ea quæ est ad Romanos epistola. Ibi si quidem sub calcem ait, Saluto vos ego tertius, qui scripsi epistolam. Hic verò totam ipse scripserat. Fecit
D autem hoc non temerè, sed admodum necessariò, non ob hoc charitatem modò, verūm etiam ad tollendam malam suspicionem. Quoniam enim traducebatur de ijs factis, quibus affinis non erat, dicebaturque circunciſionem profiteri dissimulans tamen quasi non profiteretur, ideo compulsus est epistolam sua manu scriptam mittere, depositō apud illos scripto testimonio. Quod autem dixit, qualibus mihi videtur non magnitudinem, sed deformitatem literarum significans hoc dicere. Nā propemodum illud dicit, quòd quum non nosset optimè scribere, tñ cōpulsus sit per seipsum scribere, vt calumniatorib. os obturaret. [Quicunq; volūt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantùm ne per crucem Christi persecutionem patiantur. Neque.n. qui circunciduntur, ipsi legem seruant, sed volunt vos circuncidi, vt in vestra carne glorientur.] Hic ostendit illos non sponte id facere, sed coactos pati, præbens illos occasionem redeundi, ac propemodum illos excusans, hortansque, vt citò resiliant. Quid autem est, placere in carne? Probari apud homines. Quoniā enim apud Iudæos probro dabatur, ꝙ à patrijs E
consuetudinibus discisserent: ne hoc, inquit possit ipsis exprobari, volunt vos corrumpi, per vestram carnem illis satisfacturi hoc autem dicit, vt ostendat illos nequaquam propter Deum quæ faciebant, facere. Perinde quasi dixisset: Quod fit, non innititur pietati: propter humanam ambitionem hæc omnia fiunt, vt placeant infidelibus, ꝙ fideles truncentur: & inducunt animum, vt Deum offendant modo placeant hominibus. Hoc enim est in carne placere. Post hæc vt ostēdat & à diuerso eos esse procul à venia, rursus illos redarguit, non solùm ob id, ꝙ aliis placere studerent, verū etiam ꝙ suæ gloriæ causa, hæc alijs præciperent, Eoque subiecit, [Vt in carne vestra glorientur, tanquam qui discipulos habeant, sintque doctores:] Et vnde hæc probantur? [Non enim,] inquit, [ipsi legem seruāt.] Maximè igitur etiamsi seruassent, erant accusandi. Nunc & scopus illorum insyncerus est. [Mihi verò absit, vt glorier, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.] Attamen res videtur esse probrosa: verùm in mundo & apud infideles. Cæterùm in cę F
lis & apud fideles gloria est, & quidem maxima. Nā & paupertas probrosa est, sed nobis gloriosa. Item sperni apud vulgus ridiculum est, at nos eo gloriamus. Ita Crux nobis est gloriandi materia. Nec verò dixit, ego nō glorior, aut ego non volo gloriari, sed, absit vt ego glorier, perinde quasi de re portentosa loquens abominatus est, & ad hoc præstandum diuinam opem implorauit. Et quid est quod de Cruce glo-

riatur? Quòd Christus mea causa formam serui accepit, & mea causa quæ passus est, pertulit: propter me inquam, qui seruus etiam, qui inimicus, qui ingratus: sed sic me dilexit, ut seipsum exponeret. Quid huic possit æquiparari? Et.n.si serui dum tantum laudantur ab heris, hisq; eiusdem naturæ uehementer sibi placent: an nõ gloriandum est, quum ille dominus, qui verus est Deus, non erubescit pro nobis Crucẽ subire? Proinde ne nos quidem illius ineffabilis erga nos: solicitudinis pudeat. Illum non puduit tua causa crucifigi, & te pudet eius inenarrabilem profiteri dispensationẽ? Et interim perinde facis, ac si quis vinculis constrictus antè non erubescentes de rege, postquam is astans ipsi in carcere, vincula suis manibus detraxillet, ob hoc illius pudesceret. Verùm hæc extremæ fuerint demẽtiæ: ob hoc ipsum enim maximè gloriandum est. [Per quẽ mihi mundus crucifixus est & ego mundo.] Mundum hic appellat non cœlũ, neque terram, sed res temporarias, laudẽ ex hominibus, famulitiũ, gloriã, opes. Hæc igitur omnia quæ vulgò videntur esse magnifica, mihi facta sunt mortua. Talẽ oportet esse Christianum, & hanc vocem semper habere in ore. Considera & hinc huius beati erga Deum charitatẽ. Non contentus est priore mortificationis modo, sed & alterum intulit dicẽs: [Et ego mundo:] duplicem innuens mortificationem, ad dicens, & illa mihi mortua sunt, & ego uicissim illis. Nec illa me capere possunt, neq; manibus iniectis, captiuũ ducere, quippe semel mihi mortua: neque ego illorum cupidine teneri, quippe mortuus illis. Nihil hac mortificatione fœlicẽ. Hoc est beatæ vitæ fundamentum. [Neque igitur circuncisio quicquam valet, neque præputiũ, sed noua creatura. Et quicunque hac regula incedũt, pax super eos & miseri cordia & super Israel Dei.] Vides Crucis potẽtiam, in quantam celsitudinẽ Apostolũ subuexerit. Nõ enim solùm iam oẽs mũdi res illi mortuas reddidit, verùm etiam longè supra veterum institutum sustulit. Quid huic potentiæ par? Si quidem qui prius pro hac circũcisione occidebatur, & alios occidebat, huic persuasit Crux, vt illa codẽ loco relicta quo erat præputium, noua quædã & admiranda, ac cœlos transcendentia perquireret negocia. Hanc enim appellat nouam creaturam nostrum viuendi institutum, tum ob ea quæ nata sunt, tum ob ea quæ futura sunt. Ob nata quidem, φ nostra † natura, ‖ quæ inueterauerat senio peccati, repentè baptismi lauacro renouata est non aliter, quàm si denuò esset condita. Quapropter etiam noua ac cœlestis à nobis exigitur vitæ forma. Ob futura verò, φ & cœlum & terra, & omnis denique creatura, in incorruptibilitatem transferetur vnà cum nostris corporibus. Proinde ne mihi posthac loquaris, inquit, de circuncisione, quæ nullam habet vim. Quomodo enim hęc extabit, quum omnia tam topere sint immutata? Quin potius res nouas quærite, nimirum gratiam. Hæc.n. qui sectantur, hi & pace & Dei erga nos bonitate fruentur. Qui propriè nomine Israelis appellari possunt, φ hi qui diuersa sentiunt, et si ex illo prognati forent, eiusque cognomen circunferent: ex his tamen omnibus exciderunt, & à cognatione, & ab ipso cognominis honore. Quippe qui regulam hanc seruant, hi sunt qui verè Israelitæ possunt esse, qui à veteribus discedunt, & gratiam sectantur. [De cętero nemo mihi molestus sit.] Hic non quasi lassus, aut defatigatus hæc loquitur. Et enim qui omnia tum facere tum pati causa discipulorum induxerat animum, quomodo nunc fractus esset concidisset ęque? Qui dicit: Insta opportunè, importunè: Qui dicit, Si fortè det illis Deus agnitionem veritatis, & resipiscant à Diaboli laqueis. Quam igitur ob causam hęc dicit? Vt illorum socordem animum premat, & in maiorem conliciat terrorem, & leges ab ipso latas confirmet, nec sinat illos semper uacillare. [Ego enim notas domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto.] Non dixit, habeo: sed, porto, tanquam aliquis de tropheis glorians, signisque regalibus. Quanquam hoc ipsum rursus probrosum esse uidetur. Verùm hìc sua uulnera iactat, neque secus quàm solent milites uexilliferi, hìc exultat, vulnera circunferens. Sed quam ob causam hoc dicit? Quouis sermone, quauis, inquit, voce clarius p hęc me purgo. Hęc nãque vocẽ tuba sublimiorẽ emittunt aduersus eos qui mihi cõtradicunt, prædicantq; me simulare dogma, & ad placandum hominem aliquid dicere. Etenim si quis militẽ videret ex acie cruẽtatũ prodisse, innumeris

† anima.

1. Ti. 4. a

2. Ti. 2. d

I

K

meris vulnetibus saucium: num posset illum ignauiæ proditionisque damnare, argumenta fortitudinis in ipso corpore gestantem? De me quoque igitur, inquit, simi liter iudicate. Et si quis nolit meam excusationem audire, animumque cognoscere, spectet vulnera, quæ certiorem exhibent probationem, quàm hæc verba, quàm epistola. Exordiens enim epistolam, ex subita sui mutatione, syncerum animum suum, sucique expertem euidenter ostendit: finiens verò declarat idem, ex periculis huius mutationis causa toleratis. Nam nequis diceret, recto quidem animo mutatus est, verum perstitit in eodem proposito, testes allegat, se etiam perstitisse, nimirum tentationes, pericula, plagas. Deinde posteaquàm se dilucidè purgauit de omnibus declarauitque, quòd nihil eorum quæ dicta sunt, dixerit animo commoto, aut odij causa, sed immobilem habeat erga illos charitatis affectum, rursus hoc ipsum confirmat, claudens orationem precatione, plena bonis innumeris, hunc in modum loquens: [Gratia domini nostri Iesu Christi cum Spiritu vestro fratres, Amen.] Hoc extremo verbo, cunctis quæ prius dicta sunt, signaculum addidit. Non enim simpliciter dixit, vobiscum; quemadmodum de cæteris, sed ait, cum spiritu vestro: auocans illos à carnalibus & vbique demonstrans Dei beneficentiam, gratiæq; commonefaciens quam acceperant, per quam poterat illos ab omni errore Iudaico reuocare. Nam & Spiritum accepisse non erat legalis inopiæ, sed iustitiæ, quæ est secundum fidem: nec acceptum tenere, erat ex circunciſione, sed ex gratia. Ea propter admonitionem clausit deprecatione, spiritus simul & gratiæ mentionem refricans, & fratres alioquens, & Deum inuocans, vt his perpetuò fruantur, & duplici muro quæ prius dicta sunt, communiens. Siquidem hæc ipsa præcatio consummata doctrina est eorum quæ dicta sunt, duplicis muri vicem illis exhibens. Nam & doctrina commonefaciens illos quantum bonorum accepissent, magis continet illos in ecclesiæ dogmatibus: & precatio gratiam inuocans, & in ijsdem perseuerare suadens, non sinit Spiritum ab illis discedere: quo quidem in illis manente, non aliter ac puluis, dispellebatur omnis eiusmodi dogmatum fallacia.

FINIS.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

D. IOAN. CHRYSOST.

A

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

IN EAM, QVÆ AD EPHESIOS EST, epistolam argumentum: Godefrido Tilmanno in Cartusia Parisiensi monacho Interprete.





PHESVS, Asiæ metropolis. Erat planè ea ciuitas addicta cultui Dianæ: quā in primis vt patrium numē venerabatur. Tanta in eam superstitione tenebantur Ephesij, vt nomen eius, qui templum Deæ incenderat, indicta pœna sanxerint ne à quoquam in vulgus exiret: incēdio si quidem illo templum conflagrauit. Beatus proinde Ioannes Euangelista plurimum illic ægit ętatis. Etenim ea ex vrbe relegatus in exilium, redux tandem vita perfunctus est Ephesi. Plerique Philosophorum qui in Asia id ætatis efflorueranr, in ea agebant ciuitate. Dicitur etiamnum Pythagoras † illinc nomen celebre assecutus. Quin & omnis Ionicæ philosophiæ schola adeò illic tum temporis florebat, vt etiam hodie inuenire possis non paucos, qui Parmenidem, † Zenonem, Democritum, & alios id genus Philosophos adhuc consectentur. Nolim existimes hæc mihi dicta esse temerè, sed vt demonstrem Paulo fuisse exactiore studio opus, cùm ad Ephesios scriberet. Dicitur enim Paulus sensa quædam doctrinæ altioris istis concredidisse: vt qui iam qualencunque gustum cepissent nostræ fidei. Est planè epistola hæc sublimiū sententiarum atque dogmatum pondere prægnans, quam è Roma vinctus quoque scribit: sicut ipse ait: Orate pro me, vt mihi detur sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Euangelij: pro quo legatione fungor in catena. Sententijs sanè quàm arduis & supra modum grauibus tota hæc scatet epistola. Nam quæ nusquàm propè locutus est, hic ea profert: vt cùm ait: vt innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei. Rursus: Conrefuscitauit, & considere nos fecit in cœlestibus. &, Quod alijs generationibus non est agnitum, sicut nunc reuelatum sanctis Apostolis eius, & prophetis in spiritu: vt sint gentes cohæredes, & concorporales, & comparticipes hæreditatis ipsius in Christo.

Act. 19. d. e. f. g. Dianæ huius, quæ πολύσμαθος. dicta est templum incendit Erostratus. Strabo suorū geo

B graphum nō 14. Au. Gel. c. 6. secūdi l. Pli. 35. . . Tit. a.

† De Ioanne Euang. Euse. 3. eccle. hist. Hiero. i catalogo.

† De Timotheo idem Euse. c. 4. tertii.

† Pytagoras.

saminus Ephesi primum edidit opera philosophia. Laert. li. 8. Philosophię initia duo Ionicum cuius C princeps Thales Milesius: Italicum, huius author Pythagoras. Idem i. lib. † De Parmenide. Laertius lib. 9. Ibid. de Zenone & de Democrito.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

D. IOAN. CHRYSOSTOMI, IN EAM, QVAE AD EPHESIOS EST, Sancti Pauli Epistolam enarratio : Godefrido Tilmano in Cartusia Parisiensi monacho Interprete,

HOMILIA PRIMA.

PAulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Gratia uobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.] Ecce ut particulam hanc, dia, hoc est, per, patri etiam hoc loco adscripsit. Quid igitur? Num ideo Christum dixerimus patre ipso minorem? Nequaquàm. [Sanctis,] ait, [qui sunt Ephesi, & fidelib. in Christo Iesu.] Ecce etiam num sanctos uocat uiros, qui uxores habent, liberos & turbam famulorum, idque à fine epistolæ liquidò colligitur: ut cum dicit: Mulieres propriis uiris subditæ estote. Rursus: Filii obedite parentibus uestris. &, Serui obedite dominis. Ad mentem reuocemus, quæso, quanta nos socordia detineat, quàm rara nobis hodie exerceantur munia virtutum. Contrà, quantus tunc generosè cuncta, & cum uirtute agentium fuerit prouentus, adeo ut non dubitet eos appellare Sanctos ac fideles: qui secularib. negociis operam dabant. [Gratia uobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo.] Gratiã quidem dixit, & patrem uocauit Deum. Gratiæ enim illius hoc argumentum. Quod illud? Audi ipsum alio loco dicentem: Quia uerò estis filii: misit Deus spiritum filii sui clamantem, Abba, quod est pater. [Et domino Iesu Christo.] Nam nostræ salutis gratia Christus natus est, & carnem assumpsit. [Benedictus Deus,] inquit, [& pater domini nostri Iesu Christi.] En videsne quia Deus quidem est incarnati. Quod si non admittis certè Dei uerbi pater est. [Qui benedixit nos in omni benedictione Spirituali in cœlestibus, in Christo.] Præsenti loco uidetur Iudaicam illam tacitè fugillare benedictionem. Benedictio quidem erat, at non spiritualis: ueluti sunt illæ: Benedicat te Deus, Benedicet fœtum uteri tui. &, Benedicet ingressum tuum pariter & egressum. Atqui hìc dissimiliter, Quid illud? Nempe in omni benedictione spirituali. Quid reliquum fecit, quod præterea queas desiderare? Ecce immortalis factus es, liber, filius, iustus, frater, cohæres ipsi factus es: unà cum Christo regnas, gloriæ ipsius consors efficeris: denique semel omnia tibi contulit, idque gratuitò. Quomodo non etiam cum ipso, inquit, omnia nobis donabit? primitiæ tuę, Christus, ab Angelis suppliciter adoratur, à Cherubin, à Seraphin. Quid proinde defit? In omni benedictione spirituali. Nihil hìc, quod carnem resipiat. Ob id enim uniuersa illa, quæ carnis erant, exemit, cùm ait: In mundo pressuram habebitis, nimirum ad hæc spiritualia nos subinuitans. Vt enim carnalibus desideriis affixi audire non possunt, quæ sunt spiritualia: sic illi, qui spiritualia sectantur, illa assequi nequeunt, nisi à se prius carnales affectus abdicarint. Quid est, benedictio spiritualis in cœlestibus? Non utique ait in terra, quemadmodũ illæ sunt apud Iudęos: Bona terrę commedetis. In terram lacte & melle manantem, Et, Benedicet Deus terram tuam. Hic autem nihil tale. Quid igitur? Qui diligit me, mandata mea seruabit: & ego & pater ueniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Et, Qui audit uerba mea hęc, & facit ea: assimilabitur uiro prudenti, qui ædificauit domum suam supra petram. Flauerunt uenti, & uenerunt flumina, & impegerunt in domum illam: & non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Quænam petra illa, nisi facta cœlestia: quæ omnem transcendunt rerum præsentium mutationem? Quisquis enim me confessus fuerit coram hominibus ait, confitebor, & ego

Vt initio aduersus Arianos pugnat.

E Ephe. 5. c & 6. a.

F Nu. 6. d Deu. 7. b

Ro. 8. g.

Io. 16. g

Dissimile.

G Esa. 1. e. Leu. 20. d & Nu. 3. c. Deut. 15. c Ps. 84. a Io. 14. c Matt. 5. d

Gal. 4. b

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Ma. 10. d eum coram patre meo, qui est in cęlis. Et, Quisquis me negauerit, negabo & ego eũ, Mar. 8. d Item q;, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt. Luc. 12. b Iterum: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Rursus: Beati estis, qui persecutionem Mat. 5. a patimini propter iustitiam: quoniam merces vestra multa est in cęlis. Videsne, ut ubi H que cęlorum commeminit? vt nusquã terræ, aut eorum, quæ in terra sunt? Rursum: Phi. 3. d Nostra conuersatio in cęlis est: ex quo etiã saluatorem expectamus dñm Iesum. Item q;. Non terrena sapientes, sed quæ in cęlis sunt. [In Christo Iesu.] Hoc est, quæ sunt p Ibid. Christum Iesum, Neq; enim authore Mose erat hæc benedictio. Itaq; non qualitate Heb. 3. a modò, sed mediatore uos lõgo superamus Nu. 12. b interuallo ò Iudæi: quemadmodum in ea, quæ ad Hebræos est, epistola ait Apostolus: ἐπὶ τὸν οἶκον αὐ τοῦ ἐυ δοκίαν. Et Moses quidem fidelis in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum, quæ dicenda erant: Christus verò tanquam filius in domo sua: cuius domus sumꝰ nos. [Sicut etiam elegit nos,] inquit, [in ipso ante constitutionem mundi: ut essemus sancti & immaculati in cõspectu eius.] Quod dicit, perinde est, ac si dicat: Per quem nos benedixit, per eundem & elegit. Ipse igitur nobis illic bona illa refundet omnia. Siquidem iudex cùm sit, dicet: Venite Benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnũ à constitutione mundi. Rursus: Vbi sum ego, uolo vt & ipsi sint. Et in omnibus propemodum epistolis magno studio adnititur Apostolus demonstrare, q̃ quæ nobis cõtingunt, non sint nuper inuenta, sed superne ab ipso rerum primordio præfigurata, neq; ex eo, quod pigeat factorum: sed sic diuina ratione cuncta dispẽsata sint ac præfinita, idque per multam erga nos prouidẽtiam. Quid est, [In ipso elegit.] Per eam, q̃ in ipsum habenda esset, fidem: hoc præstitit, priusquam ipsi essemus, magis autem priusquam mundi huius iacerentur fundamenta. Pulchrè admodũ catauolen dixit, quasi indicet mundum à summo quo pia fastigio iactis in imum fundamentis esse conditum: dum ostendit mundum ipsum in summi Dei potestate esse. Magna prorsus & nulli explicabilis Dei celsitudo, non loco quidem discreta, sed arcano naturæ καταβολὴ successu disiuncta. Porrò quod inter creaturam Creatorem que medium interiacet, cũ immensum sit: nulla mens queat concipere. Pudeat hæreticos, cum ista audiunt. Sed cur elegit? Vt simus sancti & immaculati in conspectu eius. Ne igitur ob id quod te elegit, existimes tibi fidem sufficere solam: adiecit & uitam. Nam propterea elegit, inquit, & in hoc elegit, vt sanctissimus & immaculati. Elegit Iudæos quoque aliquando. Ecquam demum asserit electam gentem? Elegit sanè ex gentibus. Quòd si homines, vbi obuenit eligendi optio, pulcherrima quæque eligunt: quantò magis Deus? Quare istiusmodi electio & diuinæ erga nos benignitatis argumentum est: & eorum virtutis commendatio. Omnino K enim si futuros pbos elegit, & nos utiq; fecit didit sanctos: sed semel sanctificatos necesse est in sanctimonia vitæ persistere. Sanctus est is, qui fidei particeps factus, innocens uitam exigit nulla dignam reprehensione. Sed & sanctitatem uitæ requirit, non eam quæ utcunque irreprehensibilis appareat: verum, quæ nos tales, hoc est, nulla uitiorum labæ culpabiles repræsentet in conspectu eius. Sunt enim sancti quidam & irreprehensibiles, sed qui sic reputantur hominibus, non absimiles sepulchris dealbatis, quemadmodum ii, qui pellibus ouium integuntur. Atqui non tales requirit dominus, sed quales ptopheta indicat: Et secundum puritatem manuum mearum, Quales eam profectò sanctimoniam uitæ requirit in conspectu oculorum eius apparere: quã ipsius Dei oculus benignè contuetur, si quidem & ab his benefacta. Rursum Paulus ad eius gratiam reuertitur. Non enim à laboribus fit, sed etiam à charitate. Neque à charitate duntaxat, sed à nostra virtute. Nam si à sola ipsius charitate proficisceretur, iam necesse esset omnes homines saluos fieri. Contrà uerò, si à nostra L solùm uirtute, Dei in nos gratia dependeret, ipsius ad nos aduentus foret supernaceneus, ac omnia denique ab ipso pro nobis admirabili dispensatione gesta, fructu carerent. Cæterum neque à sola dilectione, neque à nostra ipsorum uirtute, sed ex utroque temperato. [Elegit enim nos,] inquit, Qui eligit, nouit vtique, quid eligat. [In charitate, qui prædestinauit nos.] At uerò neminem seruauerit uirtus, nisi adsit & charitas. Dic tu mihi, quæso: Quid Paulo profuisset, aut quod

Audi Luthe- re.

Sanctus quis.

Mat. 25 c

Ibi 7. c

Psl. 17. c d

UNIVERSIDAD DE MURCIA

suæ

suæ sapientiæ dedisset specimem: si nō cœlitus illum acciuisset ad fidem, & quē prius dilexerat, ad se attraxisset? Quòd denique nos sit tot bonis dignatus: suę fuit erga nos charitatis, non ité nostræ virtutis. Et enim si nobis infuerit virtus, si Christi fidem amplectemur, si ad Deum accesserimus: hoc & eius munus est, qui nos vocauit: sed tamen & nostrum. Illud verò, q̄ nos qui ipsi propinquauerimus, tot honorib. cumulauerit, ita vt nos mox ab odio in locū filiorū proueret (adoptione, omnino,) superemine tis est ipsius erga nos dilectionis. [In charitate, ait? qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum.] Vides vt nihil sine Christo? vt nihil sine patre? Hic prædestinauit: ille conciliauit: Et hæc inducit Paulus, attollens quæ gesta sunt, quemadmodum & alio loco ait, Non solùm autem, sed gloriamur per dominum nostrum Iesum Christum. Magna enim prorsus & plurimi facienda semper, quæ à Deo collata sunt humano generi: sed quæ per Christum dari contigit, multò præstantiora. quia non vnum quemlibet è famulis misit ad conseruos, sed ipsum vnigenitum. [Secundùm propositum voluntatis suæ.] Inquit. Perinde est quia uehementer vellet fieri, hoc ipsius erat desiderium: quasi si quis dicat, Hæc ipsa eius erat voluntas. Edocia enim vbique est præcipua Dei voluntas. Est enim & alias eius voluntas, vt est primaria illa: secundum hanc non vult perire peccatores. Est & secundaria: secundum quam eos, qui in sceleribus persistunt contaminati, vult perire. Neque enim istos necessitas plectit supplicio, sed voluntas. Tale aliquid videre licebat apud Paulum: videlicet, vt cùm dicit: Volo omnes homines esse, sicut meipsum. Rursus: Volo iuniores nubere, filios procreare. Eu docia itaq; primariam illam voluntatē indicat, & ingentem ipsius atque propensam erga nos eum flagranti desiderio coniunctam benignitatem. Neque enim defugiā dictione hac vti, communiore licèt: idque explicādæ rei cā, & in eorum gratiam, qui simpliciores sunt: qđ ipsi dicimus pisma, & secundum animi nostri vehementem affectionem: hoc est, quia mirum in modum cupit, vehementer desiderat nostram ipsorum salutē, Qua, quæso, gratia sic nos amat? Sola id facit sua bonitate. Hæc enim Dei gratia bonitas ipsius est. Ideoque, inquit, nos prædestinauit, & asciuit in filiorū adoptionem, volens id atque vehementer expetens: vt gratiæ ipsius gloria declaretur. [Secundum propositum (ait) voluntatis suę in laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua gratificauit nos in dilecto.] Vt gratiæ ipsius gloria declaretur, inquit, in qua gratificauit nos in dilecto, siue gratiosos sibi reddidit. Itaque si in hoc gratos sibi effecit, nimirum in laudem gloriæ gratiæ suæ, atq; vt demonstret gratia suam: in ipsa tamen permanens idem ipse. [In laudem gloriæ,] inquit: vt quis ipsum laudet. Nos ne? Angeli? Archangeli? Immo creatura oīs. Et quo id suo emolumēto? Nempe nullo. Nullius enim indiga est diuinæ maiestas naturæ. Qua igitur gratia sic vult laudari à nobis atque glorificari? Nimirum vt nobis erga ipsum flagrantior charitas inseratur. Nihil enim eorum expetit, quæ possidemus, præter nostram duntaxat omnium salutē, non famulatū, non gloriā, nō ité quidquis aliud. Et sanè omnia ob hoc vnū facit. Profectò quisquis & laudibus tollit & miratur tm gratiæ in se à Deo deriuari: is in posterum attentior fuerit suæ salutis commodis, & ad studia virtuum multò propensior. [Qua gratificau t nos, ait] Non vtique echaritato dixit, hoc est, non solùm à peccatis eximit. sed echaritosen hemas, i. ubi mirè gratiosos reddidit atque amabiles. Quemadmodu enim si quis piā vnū ex eorum numero, qui cutim habent extima scabie operam, desumpserit curandum: addé peste vitiatum aut morbo incurabili, senioque defectum, præterea paupertate atque inedia: hunc talem confestim reddat ex deformi, bonitate formæ conspicuū, ex vetulo iuuē culum: vt qui cunctos ante eat præstantia decoris: eximii? qui ex ipsis malis splendorē euibret, qui oculorū ictibus iubar quoddam roseum occultet. Deinde nostrum hunc senioulum in ipso constituat flore ætatis. Ad hæc, purpureo circundet amiculo, caput cingat diademate, omniq; cultu condecoret. Ad hunc sanè modum animā nostram adornauit, elegantem reddite ac desiderabilem, & mirè amabilem. Angeli enim ipsi vehementer affectant talem cōtēplari animam, Archangeli, oēs deniq; sancti. Sic nos cunctis mirificè gratiosos condidit Deus, sibique ēt desiderabiles. Cōcu-

piscen-

Alexan. Hallē. q. 36. prima partis. & nauen. in dist. 47. 2. Ægidiū Roman. Vdalricū in 2. summæ Guilielm. Altis. in 2. quæst. 8. tractat 4. & cæt.

B

πεῖσμα, priore loco apparet uocē non ignotam fuisse uulgo posteriore item, à πάσχω aut πείθω, quòd Phauorino testē, tria indicat, ἐλπίζειν, φίλον εἶ

C

κλῖν, atq; πυθέσθαι.

M Ro. 5. b ἐν δὲ τῷ χριστῷ.

id est, beneplacitum, à

complacuit. Hanc uoluntatem beneplaciti diuini Chryso. in primam, & secundam partitur. Ioā. verò Damasc.

A primo sē ētiarum fuarū in antecedē & consequentem. lege

Homę- ośis elegã s. Pſ. 44. c

piſcet.n.,inquit,rex decorem tuum. Tecũ nunc expende,quã præ hoc noxia ſint quæ præfati ſumus: contrà quanta exundent, gratia,quos nũc promimus ſermones. Nõ iam diuitias ſuſpicimus, non item temporaria iſta demiramur, ſed celeſtia illa & q̃ in cœlis ſunt. Num quæſo, ſ[illegible]endum eſt puerulum ciuſmodi videri debere cunctis gratioſum, qui cum venuſto corpore & plurimum habet in verbis leporem? Sanè ad hunc modum fideles ſe habent omnes. Vide iam qualia efferunt iſti, qui primùm ſunt initiati. Quid illo ore contingere poſſit gratioſius, quòd verba depromit digna prorſus admiratione? quod puro cordis affectu ac mundis labijs illius myſticæ menſæ tam excellentis ſit particeps, cum multa alacritate ac fiducia? Quid, inquam, gratius poſſit eſſe verbis illis quibus renuncia mus diabolo, quibus Chriſtianæ malitiæ accenturiamur & counimur. Quid profeſſione ea elegantius, quæ illam, per lauacrum præit regenerationem? Illa item, quę

D ſequitur? Nobiſcum reputemus, quotquot ipſi baptiſma noſtro vitio contaminauimus, ac ſuſpiremus: vt quam fecimus iactu ram, de integro ſarciamus. [In dilecto,] ait, [in quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius.] Quo id pacto? Non enim quia filium tradidit, tam admirabile videri debet: quàm ipſum ſic dilectum in hoc tradidit, vt noſtri cauſa immolaretur. Multa ſanè hìc exuperantia diuinæ charitatis. Quem enim vnicè diligerat pater, pro his conciliandis tradidit: quos meritò oderat. Perſpice nunc, quanto nos dignetur honore. Etenim ſi cùm ipſum odiſſemus, eique eſſemus, infenſi, tradidit nihilominus ſic ſibi dilectum: quid non deinceps efficiet, cùm huic per gratiam reconciliemur? [Remiſſionem,] ait, [peccatorum.] Vt ſe initiò demittit ad inferiora. Prius enim cum dixiſſet, filiorum adoptionem, ſanctificationem, immaculatos: tum etiam pium illum animi affectum nihil imminnit. Neque enim à magni momenti rebus ad res puſillas deducit ſermonem: quin potius ab exiguis aſſurgit ad ea, quæ per ſe eximia ſunt. Nihil.n. aliud quicquam inuenias ſic magnum, ut eſt, ꝙ Dei quodammodo ſanguis, noſtri cauſa effuſus ſit. Sanè

E ꝙ filio non pepercit maius multò uideri debet, q̃ ꝙ nos in filiorum numerum adoptarit, aut donis pleriſque alijs abundè cumulauerit, Magni quidem muneris loco habẽdum eſt, ꝙ abſoluti ſumus a peccatis: ſed illud lõgè pſtantius quia dominico interlita ſunt ſanguine. Et quia hoc cęteris oĩbus anguſtius ſit: uide, ut ẽt in hac parte acclamarit, dicens: [Secundùm diuitias gratiæ eius, qua ſuperabundauit erga nos.] Diuitiæ quidem illæ, ſed hæ longè uberiores. [Qua ſuperabundauit,] ait, [erga nos] Hæ nidelicet diuitiæ in nos copioſius effuſæ ſunt. Hoc enim inſinuat uerbũ, eperiſſeulen. Non facilè poſſis repræſentare oratione, quantum grãtiæ re ipſa ipſi experti ſimus. Et hæ igitur diuitiæ, planè diuitiæ ſunt omni ex parte cumulatiſſimæ. Hinc ẽt nobis abundè dilargitus eſt. Diuitiæ, inquaſſi, non hominum, ſed Dei copioſæ uſque adeò, ut eas ſermone nemo explicet. [In omni ſapientia & prudentia, ut notum faceret nobis myſterium uoluntatis ſuæ.] Hoc eſt, ſapientes & prudẽtes efficit omni no ſecundum ſuam ſapientiam, prorſus ſecundùm ſuammet prudentiã. Papè, quan tum hic diuini erga nos amoris educet. Et quidẽ ſua myſteria nobis enarrat, [Voluntatis ſuæ,] ait. Ac ſi dicat aliquis: Quæ in arcano cordis ſui receſſu cõdita erant, ea nobis innoteſcere uoluit, Hoc ſanè ſcramẽtum omni ſapientia exubetat ſimul & prudentia. Quid.n. tali ſapiẽtia requiras pſtantius? Qui nulla re digni erant, hos inuenit, ut ad diuitias ſubueheret. Quid ſolerti huic conſilio par. Quid inimicus & idem odio habitus, hic derepentè in ſublimè euectus eſt. Neq; id ſolũ, ſed & vbi opportunum fuit. Et hoc ſapientiæ erat atque beneficio Crucis adſcribendum. Vt hæc de mõſtrẽ, ſermone fuerit opus prolixiore: uidelicet ut docea m, qui id conueniret ſapientiæ diuinæ, rurſus quo pacto nos reddiderit ſapientes. [Secundùm beneplacitum eius quod propoſuit in ipſo.] Hoc eſt, quia id cupiebat: ac ſi quis dixerit, animo parturiebat euulgare nobis arcanum illud ſacramentum. Quòdnam? Quia hominem in ſublimi collocare uolebat. Cupiebat, inquam, hoc efficere. [In diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo.] Ac ſi dicat, cœleſtia illa à terrenis diſiecta, non unum & idem habebant caput, Et quidem ſecundùm rationem

UNIVERSIDAD DE MURCIA

omnium Deus: secundùm verò, qđ quisq; sibi peculiariter vendicarat, non item: idq; per errorem gentilitiæ superstitionis toto
G orbe circunfusum. Diuisi enim erant homines, & quasi refecti ab obedientia creatoris. [In dispensationem plenitudinis temporum.] Hoc ipsum vocauit, plenitudinem temporũ. Vide vt exactè loquitur omnia. Et originem quidem ipsam rerum vt à patre profluxuisse declarauit, propositum, consilium item, atque primariam illam suæ erga nos clementiæ motionem: operum verò adimpletionem, quæ per Christum fieri demonstrat, nusquam tamen ipsum nominat ministrum. [Elegit,] inquit [nos in ipso, dum prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Christum Iesum in ipsum, & in laudem gloriæ gratiæ suæ: in quo habemus redemptionem, per sanguinem ipsius, quam proposuit in ipso, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare oĩa in Christo.] Vt nusquam ipsum dixit ministrũ. Quòd si particula hæc, in, atque ità, per, vtraq; ministeriũ & famulãtis operã indicet, obserua vbi id quadrat. Nã epistolã hãc statim exorsus dixit, per volũtatem patris. Pater, inquã, voluit: filius exe-
H cutus est patris voluntatẽ. Neq; tñ ex eo qđ pater voluit fieri, filius censendus est extra
Io. 17. b operationem paterni operis: neque rursus ex eo, quod idem filius opere perfecit, voluntate priuatus est pater, cum communia sint patris & filij omnia. Omnia enim mea tua sunt, ait: & tua mea. Aduentus autem eius in carnem, plenitudinem illam temporum declarabat. Simul itaque vt nihil non molitus est per Angelos, per Prophetas, denique per legem, neque tamen per hæc quidquam promouerat, sed & res hæc eo reciderat periculi vt homo ipse frustra natus videri posset, frustra productus, immo in malum genitus cunctis semel peccantibus, magis etiã quàm tẽpore diluuij: inuenit sua solus miserentis gratia talem assumptæ carnis à verbo dispensationem, vt nõ iam frustra, neve inaniter factus foret homo. Hoc sanè est, quod plenitudinem dicit esse temporum simul & sapientiam: quia cùm omnibus graue immineret discrimen, ne interirent, tunc salutem consecuti sunt. Anacephalæosasthæ ait. Quid est, anacephalæosasthæ? Conferere videlicet, & in vnum coagmentare. Cæterùm adnitamur affinitate vniri veritati huic. I
Sed & à nobis ex consuetudine anacephaleosis dicitur, cùm ea quæ fusius dicta sunt, in breuem summam contrahimus: & quę laxiore orationis sinu explicauimus, omnia in compendium reuocamus. Et præsenti quidem loco hoc ipsum significat. Nam quæ prolixiore superioris seculi tẽpore dispensatione cœlesti contigerant pater in ipso suo filio anacephalæosato, hoc est, concidit, abbreuiauit, terminauit. Anacephaleosis.
Verbum enim consumans fuit & abbreuians in iustificatione. Et illa quidem Ro. 3. f
omnia vna complexione comprehendit, insuper & alia adiecit, id quod est anacephalæosis. Aliud quiddam insuper hinc colliqueſcit. Vnum omnibus caput pater imposuit, Christum videlicet secundùm carnem, & Angelis, & hominibus. Nempe Angelis ipsum dedit caput secundùm aliam originem: & hominibus, his quidem, quod secundùm carnem est, illis verò quod secundùm Deum verbum. Perinde atque dicat quispiam de domo, cuius pars flaccida sit, ac carioſa vetustate ruinam interminetur: altera verò pars fortis sit: De integro reparauit domum, hoc est, fortiorem reddidit. Fundamentum quippe imposuit solidius. Ad hanc dicendi formulam præsenti loco differit Paulus, hoc est, omnem creaturam sub vnius capitis redegit ditionem. Sic enim omniũ vnio facta fuerit, sic exacta obsolutaque connexio contigerit: cùm vniuersi sub vnum caput coacti fuerint necessariam veluti compaginem de super habentes. Tanta igitur munificentia conditoris digni habiti, tanto cohonestati honore, tanta denique benignitate affecti: ne, quæso, dedecore vllo aspergamus eum qui tantis nos beneficijs cumulauit. Et ne tantam hanc gratiam gratuitò nobis indultam sinamus incassum defluere: Angelicam vitam re ipsa demonstremus, Angelicam virtutem opere ipso & conuersatione exeramus. At enim obsecro oroque supplex, vt ne ad iudicium, nève in damnationis nostræ cumulum contingat nobis hæc prærogata fuisse, magis verò vt cedant in illorum fruitionem bonorum, quæ benignitate domini omnes nos aliquando assequi promereamur. K

Homilia

Homilia ii.

IN quo & nos sorte vocati sumus, Prędestinati ſm propositum eius, qui oīa operatur ſm consilium voluntatis ſuæ: vt simꝰ nos in laudem gloriæ eius, qui ante ſperauimus in Christo, in quo & vos cū audissetis verbum veritatis Euangelium salutis vestræ: in quo etiam vos qui credidistis, ſignati estis ſpū promissionis sancto qui ē pignus hæreditatis nostræ, in redēptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Magnopere studuit Paulus vbiq; Dei erga nos clementiā nulli alioqui ꝓ dignitate explicabilē, declarare, idq; quatenus ipſi possibile erat. Nam qđ impossibile esse sciret eā, quanta est, explicare, ētſi pro virili adniteretur: audi, quid ipse dicat: O altitudo diuitiarū & sapiētiæ & scientiæ Dei, q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Attamen hoc quadātenus esse possibile indicat, Quid igr illud, quod ait? In quo ēt nos sorte vocati sumus, prædestinati. Dixit superius, elegit nos: at pñti loco, sorte delecti sumus. Cæterū qñ sors res est casus fortuiti, non itē voluntatis liberæ aut virtutis vllius (ignorantiam.n. hēt sibi adiūctā, & consecutionem rei optatę, sed quæ a fortuna pendeat, ut plurimū posthabēs eos, qui cæteris præluceut virtute, illis interim pro motis quos nec rōne vlla dignos iudices) vide, ut nunc sortis nomen mitiget ac castiget. [Prædestinati] inquit [ſm propositum eius, qui omnia operatur.] hoc est, nō uulgari sorte acciti sumus. Vt.n. non vtcūque electi sumus, qñ Deus est, qui elegit: ita non cōi sortium iactu asciti sumus in sortem sanctorum: cum Deus ipse nos sorte acciuerit, sed secundum propositū. Idipsum & in ea, quæ ad Romanos est, epistola indicat, scribens: Qui secundùm propositum vocati sunt. Quos & vocauit, hos & iustificauit. quos autem iustificauit, hos & glorificauit. Cum aūt prius dixisset, his qui secundùm propositum vocati sunt, idq; in genere: sub inde exprimere uolens eximū quiddam, quod istis supra alios contigisset sortem vocauit: ita tamen, vt nullatenus libertatem ademerit arbitrii, quod peculiarius hominis concernit beatitudinem: id quod præsenti loco constituit. Sors.n. non virtutis est, sed casus fortuiti: quasi ſi quis dicat, aut perinde atque dixisset Paulꝰ: Sorte facta nos elegit, in summa etiam per liberam ipsius voluntatem aut decretū prædestinatos: hos est, Secreuit nos sibiipsi ac se potuit, cùm eligeret: Tanquam diceret Paulus, Priusquam ipſi essemus: ipse iam uiderat nos sorte prius esse delectos. Admirabilis prorsus ista Dei præcognitio, ut quæ uniuersa norit, priusquam exoriātur, aut ad esse procedant. Tu uerò mihi nunc uide, quàm nō segni studio adnitatur ubique commostrare res istas non ex pœnitentia priorum, sed ab initio diuinitus ad eū modum præfiguratas esse: ita ut nihil nos minus Iudæis habeamus, quantùm ad hoc spectat. Idque ut doceat, nihil non facit. Quidnam hoc inquies, cùm Christus non sit missus, nisi ad oues quæ perierunt, domus Israel? Idem rursus dicebat Discipulis: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis. Quin & Paulus rursum dicebat: Vobis oportebat primùm loqui uerbū Dei: postquàm autem repellitis illud, & indignos iudicatis vos æternæ uitæ: ecce conuertimur ad gentes. Ideoque ista mihi dicuntur, vt ne quis existimet hoc extra propositum contigisse, [Secundum propositum,] inquit, [eius: qui operatur omnia, secundum consilium uoluntatis suæ.] Hoc est, nihil postea operatus est: ut qui uniuersa cœlitus ante rerum conditionem dispoſuerat atque instituerat. Ad hunc modum omnia ad se inuitat, secundum consilium uoluntatis suæ. Itaque quòd Iudæi nō accommodarint aures prædicationi Euangelicæ: non ideo gentes excluit ad fidem, siue ulla necessitate adactus, aut alicunde inductus, puta illorum pertinaci malignitate. [Vt simus nos,] inquit [in laudē gloriæ ipsius, nos qui ante sperauimus in Christo. In quo & uos cū audissetis uerbum ueritatis, euangelium salutis uestræ.] In quo, hoc est, per quem, Christum uidelicet. Vide, ut ubique Christum omnium authorem cōstituat: nusquàm uerò audis subseruientis nomenclaturam aut ministri, quemadmodum alio etiam loco ait, ad Hebræos scribens: Quia, qui olim loquutus est patribus nostris in Prophetis: nouissimis diebus loquutus est nobis in filio: hoc est, per filiū [Verbum,] ait, [veritatis:] non iam figuræ uerbum, aut ullius adumbratæ imaginis. [Euangelium salutis uestræ.] Pulchrè ipsum

L

Ro. 11. d πολυτουχαίσοφίας. Hic supra. a.

Sors qd

M

Ro. 8. f

Astruit arbitrii libertatem.

A

Mat. 15 c

Ibi. 10. a

Act. 13 g

Videtur hæc sententiæ pars pēdere, sortè superplendū, operæ quæ si sibi nouum aut quapiam similē.

Hebr. 1 a

B

tum uocat Euangeliū salutis, partim ad legem obscurè quidem alludens, partim ad futuram respiciens reprobandorum punitionem. Nihil.n. aliud ipsa prædicatio est, quàm salutis Euangelium: quod eos, quos æterna morte dignos repetit, non sinit perire. [In quo etiam uos, qui credidistis, signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.] Rursus illud non mediocris prouidentiæ præfert insigne, quòd signati sint. Non iam dicit, quia a cæteris se positi sint solum, aut sorte duntaxat delecti: sed quia etiam signati. Quēadmodum siquis eos, quos fortitò sibi comparauit, uelit familiari aliqua nota notiores reddere: sic & Deus nos in hoc secreuit à cæteris, ut in ipsum fidem haberemus. Porrò idem nos charactere Spiritus sancti insigniuit: ut futuram illam hæreditatem possideamus. Num uides, ut ipsos progressu temporis admirabiles reddidit? Et enim quandiu in diuinæ mentis præscientia fuerunt, nulli dum erant manifesti: ubi autem illos signauit Deus, manifesti facti sunt. cæterum, non ut uos. Erunt enim præter paucos manifesti. Signati sunt etiā Israelitæ, sed circuncisionis nota, vt pecora & bruta. Et nosipsi signati sumus, sed ut filij: nimirum Spiritu sancto. Quid illud est, spiritu promissionis? Videlicet, quia ipsum ex pacto promissionis accepimus. Duæ enim leguntur promissiones. Vna quidem per prophetas, altera autem ab ipso Dei filio repromissa est. De ea, quæ per prophetas prænunciata est, audi Iohelis testimonium ita dicentis: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii uestri & filiæ uestræ: & iuuenes uestri uisiones uidebunt, & seniores uestri somnia somniabūt. De altera rursus audi Christum dicentem: Et accipietis uirtutem superuenientis Spiritus sancti in uos: & eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & usq; ad ultimum terræ. Etsi oportuerat ipsum ut Deum credi, non tamen hinc sumit robur fidei ferendæ: sed quasi de homine texat sermonem, sic quæstionem promouet, quemadmodū & in ea, quæ ad Hebræos est, Epistola dicit. Vt per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, forte solatium habeamus: Ita & præsenti loco argumentum elicit eius, quæ de futura est fœlicitate, promissionis. Hinc sanè quę iam ipsis benignè impensa erant, arrhabonem vocat. Arrhabo enim totius summæ pars, qualiscunque est. Emit à nobis quodammodo nostram ipsorum salutem: dedit prius nobis pignus etiam istius salutis. Vt quid non statim contulit solidā ipsam fœlicitatem? Quòd uidelicet ipsi nondū opere expleuimus cuncta, quæ pietas fidei nostræ requirit. Credimus quidem & hoc exordium est promerendi. In se credentibus dedit etiam arrhabonem. Porrò vbi fidem nostram ipsis operibus expresserimus, tum & ipse summam adiiciet hæreditatis ex pacto nobis promissæ. Quin potius aliud iam prærogauit nostræ redemptionis precium, propitium uidelicet sanguinem. Rursus promisit & aliud, Quemadmodum enim sigenti bellum exoriatur aduersus aliam gentem, consignant utrinque obsides: ita sanè Deus fecit. Suū enim ipsius filium tradidit sarciendæ pacis authorem, atque firmandi iam icti fœderis pignus, Spiritum scilicet sanctū à se procedentem. Sanè, qui beati istius spiritus consortes facti sunt, ii omnino norūt, quā uerum sit ipsum esse nostræ futuræ hæreditatis pignus. Talis erat Paulus, vt qui iam qualemcunque gustum prælibasset futuræ illius beatitudinis: ideoque desiderio utebatur eò festinandi, inque morem parturientis dilacerabatur internis doloribus, atque ingemiscebat, cupiens subduci præsentis vitæ incōmodis. Alijs enim quàm nos, cernebat oculis, ut qui totam animi sui cōtemplationem illò transmiserat. Sed istiusmodi rerum non sentis te esse participem. Vt quid? Nimirum, quia & ab ipsis uoluptatibus spiritus deficis. Quòd si, ut par est, ipsi essemus consortes gratiæ Spiritus sancti: cœlestem gloriam contemplaremur, simul & municipium illic agentium ordinem. Arrhabo iste cuius rei est index? Redemptionis illius, atque acquisitionis. Pura enim tunc redemptio fiet. Nunc interim dum in seculo isto diuersamur, uaria incidamus discrimina humanæ cōditionis. Adde, quòd eum impiis conflictamur. Illa autem pura erit redemptionis libertas cum desierint esse peccata, cum passiones humanæ in tranquillo conquieuerint, neque res nobis fuerit cum promiscua omnium turba: tunc inquam uera erit libertas. Nunc autē istius redemptionis arrhabo nobis prærogatur.

C Argumētū à simili.

Dissimile.

Spūsan cti aduē tus bis promiſ ſus p.p. phetas primū, turſus p Chriſti. Iohel. 2 g Actor. 1 a

D

Heb. 6. d

Fides arrhabo ēmerendę ſęlicitatis.

E

A ſimili.

F

gatur. Ab improborum igitur congressu secedamus, nec super terram sit conuersatio nostra: ipsi & enim iã sumus extra omnem terrenarum rerũ solicitudinem. Nã & aduenæ etiam nunc sumus. [In laudem gloriæ ipsius,] hoc subinde profert. At qd tandem? Nimirum, q̃ idoneum sit persuadere, plenamq; facere fidem auditoribus. Vtrum enim propter nos, ait, faciebat: poterat in dubium verti. Quòd si propter se, & ut suam in nos benignitatẽ declararet, veluti quoddam testimonium, causam ponit, q̃ ista non poterant aliter fieri: quæ ẽt de Israelitis suprà vidimus, & infrà videmus repeti. Fac nobis propter nomen tuũ.

Ps. 108. c — Rursumq; Deus ipse ait: Facio propter me.

Es. 48. b — Et Moses, Fac nobis propter nomen tuum,

Eze. 36. c — etiam si nullius gratia alterius. Nã id abundè satisfacit auditoribus, quos dimittit, ut qui edocti sint Deum propter suam bonitatem planè præstaturũ, quæ pollicet, oĩa.

G

1. Reg. 2. f

Morale.

Ne, quæso, hoc audito sermone, interim desideamus ocio. Etiamsi propter semetipsum vniuersa efficit, attamen nostram quo que repetit operam. Etenim si, ut ait, glorificantes me, glorificabo: & qui contemnũt me, erunt ignobiles: cogitemus ipsi, quia à nobis requirit & opera. Laus est gloriæ ipsius etiam quòd inimicos ad salutem proue hit, sed illos, qui vbi semel amici ipsius facti sunt, in amicitia perseuerant. Quòd si denuò ad priores recurrãt inimicitias, oĩa frustra & incassum. Non. n. alterum regenerationis lauacrum conceditur, neq; rursus superest secundaria reconciliatio: sed terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Si enim semper pergamus, ut ipsi hostili odio semper infensi ab ipso iudicandi semel: non desinemus interim inimicitias cum eo exercere, diffluentes deliciarum luxu, peiores effecti, deniq; ad appropinquantem iustitiæ Solem caligantes. Non perspicis radium illum iustitiæ adaperientem oculos, decoros efficere cupientẽ, sanos atq; acriter contuentes? Ostendit tibi, lumen illud uerum. Quod si ipso depulso, tenebras rursus incurreris: quis tibi relinquitur excusationi locus? Quam speres uenĩã? Ne vna quidem speranda est deinceps. Sanè iteratio istiusmodi peccatorum argumentum est odii in Deum suprà quam dici possit.

οὐδὲ καταλλαγὴ πάλιν δὲ δευτέρα. .i. neq; rursus ecũdaria reconciliatio, li quet nõ ĩtelligi de pœnitentia priuata,

H

ad quã totlocis inuitat

potentis. Cum. n. ne uideris quidem Deum inimicitias tamen exercẽs cum ipso: qua quæso fronte expectes te ab illo consecuturum veniam? Quando autem prægustasti bonitatem ipsius atque dulcedinem plusquam melleam, si rursus dimisso eo, ad uomitum vsq; reuolueris: nihil iã quàm indicia præ te fers, ingentis in Deum concepti odii atq; contemptus. Non ita, inquies: sed naturæ vi quadam eò perpellor inuitus. Amo quidem Christũ, sed eò me trahit impetus naturæ. Si necessitatẽ pateris aut uim veniam utique consequeris: si autem per ignauiam ac torporem laberis in peccatũ, non item. Agè igitur, rem ipsam reuocemus in quæstionem, utrumne necessitate, uiolentove naturæ impulsu peccata admittantur, an per socordiam nostram siue contemptum. Non occides, ait scriptura. Quæ aduersus legem hanc te adigit necessitas? Quæuis? Vis ne est, vt unum aliquem occidas? Nunquid nostrum aliquis eligat in proximi sui guttur immergere gladiũ, & dexteram alieno fœdare sanguine? Ne unus quidem, qui hoc uelit. Vides, vt in diuersum res hæc abeat? Peccando enim necessitatem potius infers naturæ, ipsamq; uiolas. Impressit enim Deus naturæ nostræ philtrum quoddam, ut nosipsos mutuo complectamur amore. Omne enim animal, ait ille, diligit simile sibi & homo proximum suum. Num intelligis, ut ab ipsa etiam natura seminaria ad virtutem comparandam velut sortitò accepimus? Nam quæ ad malitiam scelusve inuitant, præter naturam sunt. Quòd si præualent: nostræ talia sunt argumenta ignauiæ. Nam ut mœcheris, quæ te adigit necessitas? Certè inquies, nimirum tyrannis illa concupiscentiæ nobis congenitæ. Vt quid? dic tu, obsecro, mihi: Nunquid non liceat propria tua uti vxore, sicque uiolentam illam concupiscentiæ sedare tyrannidem? Sed sic me, inquies, transuersum rapit amor potiundi vxore proximi. Itaque non hoc necessitatis est. Amor enim iste obscœnus non est necessitatis. Nemo enim ut sic amet, necessitate deflectitur: sed libera ac ultronea mentis destinatione. Et quidem ut misearis, uideri forsan poterit qualiscunque esse necessitatis: ut autem hanc deames aut illam, nihil iam necesse. Neque de concupiscentia cõmixtionis causa hic uertitur, sed de im-

potenti

UNIVERSIDAD DE MURCIA

potenti affectatione gloriæ inanis, de contumelia proximo illata, de ea, quę modum prætergreditur, voluptate. Quale illud quęso, quantum ad rectæ rationis regulam attinet: Vxorem sponsalitio iure tibi locatã, & in hoc locatam, vt ex te excipiat liberos, hanc inquã retinere domi velut incognitam? Nunquid non scitis, quòd istiusmodi consuetudines patere soleant amabilem vitæ ac morum paralitatem? Itaque non natura vitium est: vt ne in ius trahas concupiscentiam. Propter copulam cõiugalem impressa est tibi isthæc concupiscentia, propter liberorũ propagationem commodata est: non item vt te adulterio cõamines, non teipsum obscœnè corrumpas. Norunt vtique leges his indulgere veniam, qui necessitate ad peccatum prolapsi sunt. Magis verò nõ meretur peccatum dici, quicquid necessitate admissum est: quando omnia hæc ex contemptu prouenium, incontinentiave. Non enim sic condidit naturam Deus, vt necessitate perpelleret nos ad peccandum. Alioqui si hoc in causa esset peccati, nulla iam peccanti impenderet peccati pœna. Nam eorum, quæ necessitate conficiuntur aut vi, ne nos quidem vllam reposcimus rationem: saltem non ipse Deus, sic erga nos clemens, ac bonus cùm sit. At verò, vt aliena suppiles, quæ necessitas? Certe, inquies, paupertas enim hoc facit. Imò verò ipsa te paupertas vrget magis, vt quidpiam operis conficias: non item, vt suffureris. Itaque diuersum & cum tua ista sententia pugnans efficit paupertas. Nam compilare non sua, uacui est hominis & cessantis ab opere: paupertas enim non ocium consueuit parere, sed amorem paupertatis. Itaque & hoc ad ignauiam pertinet. Idque vt intelligas, quæritur: Vtrum difficilius, dic mihi, aut minus iucundum esse, possit noctem ne insomnem traducendo circumire, suffodere parietes, mediis ingredi tenebris, animam suam in manibus habere, atque ad cædem instructum velut in procinctu semper consistere, denique intremiscere ac pœnæ magnitudine timoris exanimari: an potius sese accommodare laboribus diurnis, tutumque esse cum multa trãquillitate animi? Et hoc vtique tibi est in procliui: tantùm si uis. Quòd autem facile sit, hinc liquet: quia hoc plures longè opere ipso cõ sequũtur, quàm illud tanquam molestius. Vides ne, ut virtus secundum naturam sit maximè: contra quam sit præter naturæ ductum malitia omnis? Nam ad eundem modum secum pugnant, vt morbus & sanitas. Proinde vt mentiaris, vt peieres: quæ te percellit necessitas? Nc vnam quidem dixeris aut vim vllam: sed è rectitudinis calle vltronei eò diducimur. Suspecti habemur, inquies. Quãdo ita ipsi volumus. Cæterùm liceret à more laudabili fidem uerbis nostris impetrare maiorem quam interposito iuramento. Cur enim dic mihi, his ne iuratis quidem fidem habemus: illos autẽ dignos fide arbitramur, etiam si nihil interserant iuramenti? Num vides, vt nusquã opus sit iurisiurandi interpositione? Si talis perspectæ fidei mihi dixerit, credo, iquies: tibi autem non sine iuramento. Sanè superfluit iuramẽtũ: est enim perfidiæ potius, quam fidelitatis argumẽtum. Quòd enim tam sis ad iurandum ptopensus, nõ sint te apud alios obtinere pietatis opinionem vt vsque adeò: qui assiduo vsu verbis intermiserit iuramentum: nullam ex ea consuetud ne referat vtilitatem. Contrà, qui nunquam iuramento vtitur: is maximè capit fructum iuramenti. Dixeris iuramento opus est, vt mihi fides habeatur. Ipsi consideremus, quòd qui non iurant, iis maior soleat præstari fides. Præterea quid necesse est: ut alios tam sis contumeliosus? Certè, dixeris. Eò enim me extimulat vehementia conceptæ indignationis, incendit etiam animi feruor: nec sint requietam esse animam & tranquillam. Non vtique animi fortis est & generosi ò homo, potius timidæ cuiusdam pusillanimitatis indicium sic alios impudenter appetere contumeliis. Quòd si id abscribendum esset animositati isti congenitæ, quotquot sunt ad iram præcipites nunquam sibi temperarent ab inferendis contumeliis. Acrimoniam animi, fateor, etiam vehementem ab ipsa natura sortiti sumus, non quidem, ut in proximos simus contumelioſi: sed vt solerter eos, qui peccant, conuertamus ab improbitate, vt ipsos quasi oscitantes expergefaciamus ad meliorem vitæ frugem, vt ne ipsi marcescamus ignauia. Quasi enim stimulus quidam, ab natura ipsa inserta est nobis vehmentia hæc animi qua aduersus

Diabolum

Eccl. 13. c

L

M

A

φιλο- φιλ- ον. ppa ret di- ctionẽ hãc notham ese pro φιλοτω νιαν. amorẽ, & ala- critatẽ ad opus

Diabolum dentes exeramus, ut aduersum commenta maligni vehementer instemus: non item, ut aduersus nos ipsos consistamus. Arma suppeditat natura, non vt nos ipsos mutuis bellis conficiamus: sed ut aduersus communem humani generis hostē omni vtamur genere armorum. Sentisne te ad iram præcipitem? Talis esto aduersus tua ipsius peccata: tuam animam increpa durius, verbera intimam cōscientiam, acerbus tibiipsi esto iudex, sententiam pronuncia aduersus peccata propria plenam amaritudinis, & ex ista tua ad iram propēsione non mediocre capies lucrum. In hunc vsū nobis inseuit Deus passionem iræ. Sed & rapina nunquid necessitatis est? Neutiquā. Nam quæ te, quęso, necessitas adigit, vt aliena per rapinam extorqueas? Quæ te vrget vis? Paupertas, inquies, hoc facit, atque timor: ne quod necessarium est viaticum, nō suppetat. Ob hoc igitur non debes, quæ alieni iuris sunt, ut eripere. Quæ enim sic parantur opes, nequaquam tutæ sunt. Tu autem perinde facis, quasi si quis interrogatus: Quid vtique fundamētia tuæ istius domus iacis in arenam? is respondeat, * propter precipitium & pluuię inundationem. Hac igitur gratia maximè omnium non conueniebat in arena eam collocare. Nam à fundamentis eam subruet ocyus vis ventorum aspirantium vehementior. Itaque si diteſcere vis: ne quæras, quàm par sit, plus possidere. Si liberis voles velut per manus tradere diuitias: illas acquire, quæ æquitate ac iustitia nitantur. Quæ enim tales sunt, vtique durant ac solidè subsistunt: quæ autem non tales, facilè depereunt euntque pessum. Diteſcere vis, dic mihi, & quæ alieni iuris sunt, in tuum trahis vsum? Atqui hoc non est diuitem esse: sed potius dinitem esse, est, quæ sua sunt, retinere. Qui autem habet, quæ aliena sunt: is nequaquam hoc nomine sit dives. Nam & hoc modo, qui serica vendunt, si pallium à quopiam ceperint: affluentiores quàm quisquam & ditiores dici possent. Iam vt ipsorum existimetur esse pallium, sed tamen non eos vocamus diuitem. Quid ita? Nimirum quòd aliena habeant. Quanuis enim contingeret, ut ipsorum essent pallia: non tamen ipsorum esset honor. Quòd si etiam honor esset ipsorum: tamen non hæ forent diuitiæ. Quòd istiusmodi pacta sic initia non continuò efficiunt diuites, quòd ocyus à nobis deficiant ad alios quæ ex rapina proueniunt, quo pacto reddere nos possint verè diuites? Quòd si omnino cupis opulentior fieri, (non tamen res hæc necessitatis est.) quànam re vt præstantiore optas perfrui? Num uita longiore? Atqui hi è vita citissimè præripiuntur paucique fiunt temporis. Plerunque enim pœnam dant suæ rapinæ ac immoderatæ cupiditatis vltricem intempestiua morte præuēti, nec sinūtur malè partis perfrui. Et hoc quidem per se paruū est: sed vbi hinc commigrarunt, rapiuntur ad gehennā. Sæpenumero iisdem contracto prius morbo per luxū deliciarum, immodicos labores, aut noxias solicitudines periclitati sūt vita. Optarē sanè ego didicisse, cur tam anxiè studeant homines congerendis opibus: quanuis Deus ob eam rem sic naturæ mensuram atque limitē perscripserit, adeò ut nulla supersit necessitas opes conquirendi: videlicet vna veste aut altera iussit amiciri corpus. Supfluę ac maioris copię nulla necessitas, quantum ad corporis munimen attinet. In quē quęso vsum innumerę adeò vestes, & quæ arrosionib. tinearum exesæ sint? ventri utique mensura ēt circūscripta est, ultra eam si quid datū præter videlicēt naturę necessitatē: id cedit in animantium pernicem. Quò igitur armenta tot, tot ouilia, tot item minutæ illæ carnium concisiones? Iam vno tecto indigemus. Quorsum igitur hæ porticus, totq; impensis substructa ædificia: ut uultures ac graculi sedes illic suas constituant, & pauperes interim suis spolias uestibus? Quota hæc non gehēna digna sunt? Et in loca plerunq; quæ neuiderūt quidem, columnas, lapides preciosos, & subſtructiones ędificiorum plurimo fulgore perlucentes infulciunt ędificaturi. Quid enim non excogitarunt isti? Sed neque fructū vllum ceperūt, at ne alii quiuis. Solitudo sanè non sinit eos illuc emigrare: neque demum sic cessant. Vides, vt ne dite scendi quidem causa ista fiant? Cæterum omnium horum causa amentia est, incogitantia reddendæ aliquando rationis, ac fitis inanis gloriæ. Hanc magnopere, vt fugiamus adhortor, ut alia pleraque uitare possimus incommoda, bonisque perfui promereamur: quæ Deum diligentibus reposita sunt in Christo Iesu domino nostro.

Homilia

ὀργίλος ἐι

διὰ τὸν κρυμὸν

κρημνὸν

A

B

C

D

E

meo arbitratu legendū est, præcipitium, ñ frigus.

Homilia tertia.

PRopterea, & ego cùm audissem fidem
vestram, quæ est in Christo Iesu, & dile
ctionem in omnes Sanctos, non cesso gra
tias agens pro uobis, memoriam vestri fa
F cieas in orationib. meis: vt Deus Domini
nostri Iesu Christi, pater gloriæ, det uobis
spiritum sapientiæ & reuelationis in agni
tionem eius, illuminatos oculos cordis ve
stri: vt sciatis quæ sit spes vocationis eius,
& quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in
sanctis, auc quæ sit supereminens magni
tudo virtutis eius in nos, qui credimus.]
Nihil inuenias, quod apostolicis istis vi
scerib. possis ex æquo componere. Nemo
fuit, qui sic ingemisceret alienis malis: ne
mo, qui propensiore affectu salutem sitiret
filiorum, vt beatus hic Paulus: quippe qui
sua ipsius uota, orationes suas omneis ef
fundebat pro ciuitatum commodis, pro
communi reipublicæ salute. Idque omni
bus insinuat, scribens: [Quia gratias ago
Deo pro uobis, memoriam vestri faciens
in orationib. meis.] Expendite, quot in ar
cano pectoris sui sinu memoria cõplecte
batur: quorum vt meminisset in oration
ibus, operæ pretium erat, pro vniuersis gra
tias agens Deo, quasi illorum contempla
tione ingentib. affectus sit beneficiis. Pro
pterea, inquit, hoc est, propter futurum il
lud præmiũ ac ea bona, quæ orthodoxam
fidem atque pietatem uitæ amplexis repo
sita in cœlis sunt. Dignum quidem est igi
tur gratias exoluere pro beneficiis omni
bus tàm prius, quàm postea impẽsis ab ip
so Deo uniuerso hominum generi. Sed &
dignum pro credentiũ fide rependere gra
tiarum actiones. [Cum audissem, inquit,
G eam, quæ in uobis est, fidem in Christo Ie
su, & dilectionem in omnes sanctos.] Nul
lo nõ loco has duas ceu indiuiduas comi
tes connectit, & agglutinat fidem atque di
lectionem, par uirtutum sanequàm admi
rabile. Nec indigenas dixit solum, sed om
nes vbiubi sunt, sanctos. [Non desino gra
tias agens pro uobis, memoriam vestri, fa
ciens in orationibus meis.] Quid pro ipsis
obsecras Paule, aut cur interuenis? [Vt
Deus dñi nostri Iesu Christi, pater gloriæ,
det vobis spiritum sapientiæ & reuelatio
nis.] Duo postulat illos ĩstrui, ceu par erat,
vt discerẽt: videlicet ob quæ essent ad Chri
fidem acciti, atque, vt à prioris vitæ flagi
tijs erepti sint clementer. Porrò idem hæc
esse tria indicat. Quo nam pacto tria sunt?
Sanè de futuris, vt intelligamus. A bonis
quidem, quæ fidelibus reposita sunt, nosse
poterimus arcanas ipsius atque superemi
nentes diuitias. Item vt discamus nos qui
sumus fideles, quomodo ipsi credidimus ĩ
eius potentiam, & authoritatem: quòd eos
ad se conuerterit, qui tot prioribus seculis
ab se alienati fuerant. Nam quod infir- 1.Cor.1.
mum est Dei, fortius est hominibus. Ter- d
tiò demum discere liceat ab eius uirtute,
qua excitauit à mortuis Christum, nosque
ad se pertraxit. Nec ad resurrectionem vs
que solùm illa se diuinæ potentiæ maie
stas porrigit: sed amplius multò. [Et con
sidere fecit ad dexteram suam supra om
nem principatum & potestatem, & uirtu
tem, & dominationem, & omne nomen,
quod nominatur: & omnia subiecit sub
pedibus eius: & ipsum dedit caput super
omnia Ecclesiæ quæ est corpus ipsius, ple
nitudo eius, qui omnia in omnibus adim
plet.] Magnorum prorsus sacramentorum
ac nulli pro dignitate explicabilium con
scios nos reddidit: & quæ nullis contingat
intelligere, nisi qui participes fuerint effe
cti non mediocris gratiæ Spiritus sancti.
Hinc fit, vt Paulus ipsis apprecetur: [Pa
ter,]inquiens, [gloriæ:]hoc est, qui in gen
tia nobis bona impertiuit. Porrò à subie- ἀπὸ τοῦ
ctis ipsum semper uocat: ueluti cum in- ὑποκει
quit, Pater misericordiam & Deus totius μένων.
consolationis. Rursus propheta: Dominus 1.Co.1.a
fortitudo mea, & auxilium meum. [Pater Ps.17.&
gloriæ.]Neque.n. alio quouis nomine pos- 30.a
sit efficacius repręsentare istiusmodi. hinc
vbiq; gloriam vocat, quod genus nomen
claturæ totius in se splẽdoris insigne apud
nos comprehendit. Et ecce vt gloriæ qui
dem pater est, Christi verò Deus. Quid igi
tur? Num patris gloria ideo credi debet I
minor filius? Sed nemo, etiam si insaniat, Aduer-
hoc dixerit, [Det uobis]videlicet spiritum sus Aria
qui mẽtem uestram attollat à terrenarum nos.
rerum fœce, & subuolare faciat ad cœle
stium cõtemplationem. Neque enim aliàs 2.Co.2.
liceat hæc nosse mysteria. Animalis enim d
homo non capit, quæ sunt spiritus. Stul
titia enim ipsi est. Vtique spirituali opus
sapientia: vt, quæ spiritualia sunt, mente
contemplemur: vt, quæ abstrusa sunt &
recondita, intelligamus. Ipse autem

UNIVERSIDAD DE MURCIA

ſpiritus iſthæc oĩa reuelat: ipſius eſt myſteria enarrare Dei. Nam ſacramentorum Dei ſolus ipſe Spiritus ſanctus abſolutam habet cognitionem, vt qui ſolus etiã profunda Dei ſcrutatur: non Angelus, non Archangelus, non alia item virtus quamlibet fœliciter condita. [Det itaque vobis:] hoc eſt, gratiam ſpiritualem vobis impertiatur. Quòd ſi ad reuelationem referatur: iam nulla ſignificatur humanarum ratiocinationum inuẽtio. Nam qui ſemel Deũ & didicit, & probè nouit: non hic deinceps vlla de re addubitauit. Non dicet, hoc quidem impoſſibile: illud verò poſſibile eſt. Aut, quinam hoc contingere potuit? Si Deum, ceu par eſt, didicerimus: ſi Deum edocti fuerimus, à quo oportet nos edoceri nimirum. Spiritu ſancto doctore, nõ iam vlla de re ambigemus. Propterea ait, [in agnitionem ipſius illuminatos oculos cordis veſtri.] Qui propè didicit, quid ſit deus: nihil hæſitabit pro ijs, quæ ſibi promiſſa ſunt: non his diſcredet, quæ præterierunt. Orat itaque, ut ipſis detur ſpiritus ſapientiæ & reuelationis, etiam ſi ſeipſum communiat ratiocinationum vi, quantum poteſt, etiã ab his, quæ iſtis iam collata erat. Cùm enim eſſet explicaturus ea, & quæ iã facta erant, & quę nondum contigerant: ab his quæ iam facta erant, fidem mutuatur confirmans ea, quæ nondum contigerant, quale illud eſt: [Vt ſciatis (inquit) quæ ſit ſpes vocationis eius.] Minus adhuc perſpicuum, quæ iſta ſit ſpes, licèt nota fidelibus. [Et quæ diuitiæ gloriæ ipſius, hæreditatis in ſanctis.] Hæc etiamnum oratio æquè obſcura eſt. Quid verò eſt hoc vtroque manifeſtius? Quia indubia fide credidimus, quòd potentia ſua Chriſtum excitauit à mortuis. Multò ſanè admirabilius, quòd animæ ad fidem perſuadeantur, ut credant: quàm quòd morticina caro reſurgat, vt res hæc colliqueſcat magis, adnitar pro virili. Audi enim. Dixit Chriſtus iam mortuo: Lazare, veni foras: dicto ocyus paruit. Dixit Petrus: Tabitha ſurge: quæ nihil cunctata, dicenti geſſit morem. Dicet Chriſtus extrema illa die: Et reſurgent omnes: idque tanta cum velocitate, ut tum viuentes ne puncto quidem eos præuenturi ſint qui prius obdormierint ſomno mortis. Sicque in momento, in ictu oculi vniuerſa hæc conficientur, concurrentque. Vt aũt quis fidem amplectatur, non ſic. Rurſum audi dicentem: Quoties volui congregare filios veſtros, & noluiſtis? Videsne, vt hoc illo ſit difficilius? Itaq; ab hoc totius rei, quam nititur perſuadere, adornat ſummam. Multò. n. difficilius fuerit humanis rationib. libero hominis arbitrio perſuaſiſſe, vt Chriſti fidem complectatur: quàm ut credat quiduis naturam operari. Et hęc ſanè cauſa eſt, qñquidem nos adeò vult bonos vltrò effici, non item inuitè. Sicq; meritò dixit, ſuperminentem eſſe magnitudinem potentię eius in nos, qui credimus. Nam quando nihil promouerunt prophetæ, at ne Angeli quidem, atque Archangeli, denique creatura omnis viſibilis iuxta ac inuiſibilis, viſibilis quidem in medium expoſita nihil interim potens adferre adminiculi. Inuiſibilis autem numeroſa licèt, tunc ſuam ipſius præſentiam in carne admirabili diſpenſatione exhibuit, re ipſa declarans, quòd negocium peragendæ humanæ ſaluris diuina virtute opus haberet. [Diuitias gloriæ:] hoc eſt, ineffabilem gloriam. Quæ enim oratio gloriam illam expromere queat: cuius tum conſortes futuri ſunt omnes Sancti? Quis inquam, ſermo explicet? Nullus ſanè. Omninò gratia Spiritus ſancti opus eſt præduce: vt vel mẽte intelligere eam poſſis, & ad ſummum, quamlibet puſillum eius gloriæ radium excipere promercaris. Quę autem & prius ſciebat cupiebat ipſos abſolutius inſtrui, atque noſſe explanatius. Num vides, quanta effecerit? [Excitauit Chriſtum à mortuis.] Hoc ne mediocre videri par eſt? Rurſus, & hoc expende: [Conſidere fecit Chriſtum ad dexteram ſuam.] Et ſanè quæ hoc dignè repræſentare poſſit oratio? Nimirum eum, qui ex terra, qui pi-ſcibus ipſis magis fuerat mutus, qui ludibrium dæmonum factus erat: vide nunc vt ab infirmo terræ centro in quàm ſublimem thronum ſubuexerit. Velis, nolis, fateri te neceſſe eſt ſupereminentem eſſe magnitudinem diuinæ potentiæ. Specta, quæſo te, quàm ſublimiter ipſum euexerit. [In cœleſtibus.] Hoc eſt, omni naturæ quamlibet fęliciter conditæ ſuperiorem conſtituit, nimirum ſupra omnem principatum, & poteſtatem. [Supra omnem principatum,] inquit. Omnino gratia Spiritus opus eſt, ut mens tua ſapientiæ luce illuſtre-

Ioan. 11. f
Act. 9. g

illustretur. [In agnitionem ipsius.] Certè id opus est reuelationis. Reputa tecum nũc, quantum inter Dei hominisque naturam interfit. Atqui Christũ pater ab infima hac
A vilitate ad tanti honoris fastigium prouexit. Non vnum aliquem gradum transcendit, & alterum atq; item tertium. Papè, non vtcunq; dixit, ano, sed, hyperano. Supra. n. omnes potentatus illos, qui in cœlis sunt, eminet Deus. Igitur illò usque Christum pater promouit. Et hunc quidem nostræ carnis similem ab extremis carceribus humani stadii ad supremum illum usque perduxit principatum, post quem alter gradus honoris nullus est. [Supra omnẽ principatum,] inquit. Non supra illum: sed supra omnem principatum, & potestatem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, si quod aliud in cœlo celebratur nomen, superior omnibus constitutus est Christus. Idq; de eo intelligendum, qui a mortuis excitatus est, quod planè admiratione dignum est: non item de Deo verbo. Quod enim culices sunt ad homines collati: hoc omnis creatura est, si Deo comparetur. Etiam si omnes homines instar salinæ sint ex ore prosilientis, aut tanquam momentum stateræ reputentur: fac etiam inuisibiles illas potentias quasi culices esse, sed & de eo idem dici, qui nostræ participes esse effectus est naturæ: stupendum
Esa. 40. d prorsus atque omni admiratione dignum. Et ecce ab infimo terræ centro quò ipsum extulit. Si gentes uniuersę quasi stilla: vnus aliquis ex omni hominum numero, quota utique stillæ portio reputari debet? Sed & hunc videlicet Christum hominem omnibus creatis superiorem constituit, non in seculo hoc solùm, uerùm & in futuro. Fortè aliquot ordines cœlestium uirtutũ supersunt: quarum ne nomina quidem nobis assignata sunt, nostramq; adhuc fugiũt
B cognitionem: & ecce omnia quantęcunq; virtutis sint, substrauit Christi pedibus. Nec vtcunque effecit superiorem, quasi præficiens istis per comparationem: verius quasi Dominum seruis ipsum cunctis anteponens. Papè q̃ stupenda sunt hæc, quan tæque plena formidinis. Ecce ut homini Christo omnis creata virtus quasi ancilla Domino substrata est, idq; propter inhabitantem in ipso Deum verbũ. Liceat vnum aliquem uidere cæteris superiorẽ, cui tamen nemo præstare cogatur obedientiam, sed primas tantum is occupet honoris par C tes: hic uerò non ita. omnia enim subiecit pedibus eius. Nec utcunque subiecit: sed ad extremam usque exhibendæ obedientiæ subiectionem, & postquam altera non est. Ideoque dixit, sub pedibus eius. [Et ipsum dedit caput super omnia, ecclesię.] Papè, rursus quò ipsam ecclesiam prouexit? Quasi enim machina quapiam affabrè excogitata ipsam librans pertrahẽsque in sublime illud cœlorum fastigium perduxit, atque iussit eam in solio secum considere: Vbi enim caput, ibi & corpus: & si caput, vtique & corpus est. Nullo enim intermedio loco alterum ab altero dirimitur. Quòd si alterum diducitur ab altero: non iam fuerit caput, non item corpus. [Super omnia,] inquit. Quid est, super omnia? An ipsum insinuat super omnia eminentem, quę vel corporeis oculis subijciuntur simul & quę mente queunt comprehendi: an uerius super omnia bona sua hoc effecit, ut filium suum daret caput ecclesiæ? Non quidem Angelum aliquem, non Archangelum, non ullum alium permisit esse Christo superiorem. Non hac solùm ratione nos tanto dignatus honore est, quòd Christum qui ex nobis erat, eò promouerit: sed quia in commune dispo-
suerat, ut ipsius Christi vestigia vniuersum hominum genus consectaretur pietate D operum, mẽte illi cohæresceret, illum imitaretur. [Quæ est corpus ipsius.] Vt ne cum audieris caput, tecum reputes principatum tantùm prætexi, sed etiam firmitatem: nõ quasi principem assignat tantùm, sed ut totius corporis caput. [Plenitudo eius, (ait:) qui omnia in omnibus adimplet.] Quid est hoc? At interim quasi satis superque demonstrarit huius corporis cognationem ac germanam affinitatem ad Christum caput, quid rursus intulit? Ni mirum plenitudo Christi ecclesia est. Plenitudo capitis, corpus: ut plenitudo corporis, caput est. Pespice, quanta differendi moderatione usus sit Paulus, ut à nullo uerbo sibi temperarit, modò id faceret ad repræsentandam Dei gloriam. Plenitudo, inquit, videlicet caput à corpore ipso adimpletur atque perficitur: hoc est, per omnia integrum constitit corpus, & suis quibusque partibus co-

agmentatum, nõ in genere solum. Nec tamen ipsum inducit, quasi alienæ opis indignum. Quòd si ipsi neutiquam fuerimus
1. Cor. 12. b numerosæ multitudinis, & hic quidem manus, iste autem pes, ille uerò alia quæ
E uis corporis pars: iam non insolidũ absoluitur corpus. Itaque per omnia ipsius corpus adimpletur. Porrò tum caput implet, tunc in sua ipsius exacta perfectione constituetur corpus: cum insimul fuerimus cõ cordi animorum fœdere consentientes, ac veluti conculcati mutuæ glutino charitatis. Agnoscis ne, quæ sint diuitiæ gloriæ hæreditatis? Vides supereminentem magnitudinem potentiæ eius in eos, qui credunt? Perpendis, ne, quæ sit uocationis nostræ spes?

Morale.

Veneremur itaque caput hoc nostrum. Cogitemus sedulò, cuius sumus & q̃ suspiciendi capitis corpus: cuius nimirũ imperio creatura omnis subiecta est. Angelis sanè, quantum attinet ad præscriptã demonstrationẽ, par est: vt nosipsos exhibeamus meliores, imò præstantiores quadamtenus Archangelis ipsis, vt qui præ is omnibus primatũ obtinuerimus honoris tanti. Neque. n. Angelos apprehendit Deus quẽad-
Heb. 2. d modum ad Hebræos scribens Paulus ait, sed semen Abraham. Non Principatũ, non Potestatem, nõ Dominationem, non deni-
F que vllam aliã virtutem: sed nostrã assumpsit, reparauitq; naturã, atq; sublimi solio considere fecit. Quid dico, considere fecit? Trabeam illam carnis suæ non vtcunque adornauit: sed pedibus ipsius substrauit vniuersa. Quot vis tibi supponã mortes? Quot animas? Innumeras ne, an etiam his numerosiores? Sed & nihil dixeris æquale. Duo. n. hæc omnium præstantissima fecit. Ipse quidem ad extremum usque gradum humilitatis se demisit, & hominem proue xit ad apicem tantæ celsitudinis, quẽ suo
Phili. 2. a ipsius asseruit sanguine. Dixit illud primũ Paulus, qa seipsum exinaniuit vsq; adeò. Dicit etiamnum firmius aliquid, quod per se magni est momenti & totius causæ caput: q̃ solũ, etsi nullo enumeratorũ bonorũ digni habebamur, abũdè tñ sufficiebat. Quamuis ne hoc quidem haberemur digni sufficiebat tñ absq; eo, quòd nostri causa tam atrocem oppeteret mortẽ. Porrò cum duo hæc in nos sic clementer collata sint: quam non exuperent ac supergre diantur humanæ orationis magnitudinẽ? Non iam magnum aliquid videri resurrectio poterit, cùm hæc mecum reputauero. Hac de re inquit, Deus Domini Iesu Christi: idq; non Deo uerbo. Reuereamur, obsecro germanam hanc atque cognatam affinitatem nostræ carnis cum Christo capite contractam. Timeamus interim, ne quem nostrum contingat à Christi corpore præcidi, ne vllus excidat, neve aliquis tanto capite appareat indignus. Siquis ex nobis G diademate caput sibi induerit, corona ité aurea: quid non imperemus, vt digni videri possimus gemmis illis inanimatis? Nũc autem non nostro capiti imponitur diadema, imò caput nostrum Christus factus est, quod præcellentius est multò, nec vllã tamen inimus tanti capitis rationem. Et Angeli quidem omni honore ipsum prosequuntur, Archangeli, omnes denique cę lestes illę potentię: nos autem, qui ipsius capitis sumus corpus, ne hac gratia, neque ob illud eundem reuerebimur? Quę demum nobis relinquitur spes salutis obtinendæ? Ad mentem aduoca regale illud solium. Recole præcellentem gratiam honoris tibi exhibiti. Nam eiusmodi cogitatio, siquidem uoluerimus, magis nos exterrere poterit, quàm gehenna ob oculos posita. Etiam si nulla gehenna esset, quum nos tanto honore dignatus sit: si indigni tot donis inueniemur atque flagitiosi, quo non supplicio plecti mereatur tanta ingratitudo? Quam non vindicem pœnam debeat sustinere? Tecum reputa cui proximè assideri iam caput illud tuum: idque solùm ad quiduis operis pii abundè extimulare te poterit. Caput inquam tuum ad H patris dexteram adstat proximè supra omnem Principatum & Potestatem, & Virtutem: & huius capitis corpus à dęmonibus sic miserè proculcatur? Ne hoc, quæso, fiat. Non sit in posterum tale Christi corpus. Qui inter Dei seruos probati sunt, caput istud tuum multo cum tremore sunt venerati: & corpus aduersarijs capitis tui vltrò substernis? Quantum te manet merito tuo supplicium? Siquis regijs pedibus canes admoueat & pedicas: an non hic extremæ pœnas reus censebitur? Tu corpus insolidum expones beluis istis immanibus deuorandum:

Apparet hoc loco in exẽplari τιμῆς, suppositionem esse dictionẽ, pro ἀξ χῆς, vt pleriq; alię.

nec

nec horrescis immanitatem flagitii? Cæterum quādo sermonem de Domini corpore exorsi sumus, agè de illo etiam dignum meminisse est, quod cruci cōfixum, quod confossum clauis, quod immolatum est patri. Si corpus Christi es, fer crucem, ille enim tulit, fer purulentas ac sanioſas execrationes, fer alapas, fer deniq; clauos. Tale erat illud Domini tui corpus, illud inquiam corpus, quod nullum admisit peccatum, neque dolus inuentus est in ore Esa. 53. c eius. Manus ipsius nihil non fecerunt, I quod ad subleuandam liberaliter alienam Ioan. 7. inopiam pertineret. Nihil os illud promebat aliquando indecorum. Dæmonium c habes, audiuit: nihil interim mitissimus respondebat. De corpore nobis sermo est, & eo, quod ab illo nihil dissidet. Quot istius corporis efficimur participes, quot eius gustamus sanguinem? Recolite, quia illius corpus est & sanguis: qui supra cœlos residet, qui ab Angelis suppliciter adoratur, illius inquam, qui proximè consistit immortali Dei potentiæ. Huius delibamus sanguinem. Hei mihi, quot nobis vitę præstruuntur ad parandam salutem præduces atque opportunæ. Nos suum ipsius corpus effecit, proprium corpus nobis sumēdum tradidit: & ecce nihil nos horum detetret Colos. 3. a ab improbitate, nihil nos à vitiis auocat. O tenebras & abyssum nimiam. O humanæ mentis stuporem. Quæ sursum sunt, inquit, sapite: vbi Christus est in dextera Dei sedens. Et post tot insignia diuinæ erga nos benignitatis, tam anxiè nescio qui pecunias aut aliud quiduis temporarium curant, tam misere toti consumuntur affectibus suis. Nunquid non ipsi perspicitis, vt in cōrpore nostro quæcūque superfluit pars, aut nulli vsui subseruit: resecari solet, & circuncidi? Nam quòd de corpore fuerit, nihil inde resilit lucri: quando iam ea K pars mutila fuerit, cum emortua aut absumpta puttilagine, quādo etiam reliquū corporis vitiat & corrumpit. Ne igitur nimirum hinc confidentiæ sumamus, quod semel ipsi fuimus de corpore. Si enim corpus hoc, naturale quum sit, secatur tamen quæ electione liberæ voluntatis fiunt, si nō in arrepto semel proposito perstiterint, quid non graue & cerbum patientur? Quū nihil alimenti acceperit corpus, quum meatus oppilati fuerint: tunc emoritur. Tū periclitatur in mortem, quum obstipiuntur fistulæ. Ad eūdem mòdum nobiscum agitur. Quum enim aures obturaut rimus, perit caro nostra. Quum nullius iam alimoniæ spiritualis participes efficiemur: tunc nequitiæ quædam, veluti vitiati humores corrumpunt nos & opprimunt. Et hęc quidem omnia morbum pariunt non simplicem, sed permolestum, sed qui saniem purulentam operetur: usque adeò vt in posterum igne illo opus sit cunctis formidabili, aut vt bifariam secetur. Neque enim in thalamum suum patitur Christus ingredi eum, qui corpore est ad hunc modū uitiato. Si eum, qui squalenti veste amiciebatur, iussit rapi ad pœnam: & eum exclusit foribus, qui corpore sordes præferebat: quid non tum efficiet? Quid non statuet pœnarum aduersus animas sceleratas? Plerosque vestrum conspicio: qui corporis quidem Christi fiunt participes, sed temerè, & quasi fortuitò id contigerit atque cō suetudine magis quàm lege, ratione aut præuia mentis cogitatione. Si instaret, ait aliquis, sanctæ Quadragesimæ tempus, qualis hic fuerit, qui promerebitur fieri particeps sacramentorum? Si ingrueret solennis Epiphaniorum dies. Addo, etiam si tēpus Aduentus sacri, nedum Epiphaniorum aut Quadragesimæ: non efficeret dignos tanti aditu sacramenti, sed sola animæ synceritas atque expurgatio. Cum tali puritate accede semper: sine hac ne præsumas unquam. Quoties, ait Paulus, hæc facitis, mortem Domini annūciatis: hoc est, salutis vestræ memoriam instauratis. nempe munificentiæ meæ, Christi scilicet, omnibus collatæ. Considera nunc quanta illi veteris sacrificii participes, vitæ frugalitate utebantur. Quid enim non hi faciebāt? Omni tempore purificabantur: & tu ad salutarem hanc hostiam accessurus, quam Angeli ipsi cum tremore suspiciunt, rem tantam circunscribis temporum ambitu? Qua fronte teipsum sistes ad Christi M tribunal præsentem: qui impuris manibus ac labiis sic impudenter ipsius corpus ausus sis attingere? Regem vtique non eligas exosculari, siquidem os tuum olet grauiter: & regem cœlorum impudens exoscularis anima tua tam vitiis olente? Atrox sanè contumelia est res eiusmodi. Dic tu mihi. Num eligas illotis manibus

ἡμῶν ἡ σαρξ: forte πασχη, anima nostra.

Animæ synceritatē requiri ad suscē ptionē Eucharistiæ. 1. Cor. 11. f

bus ad tam venerabilem victimam accedere? Non puto. Quin, vt coniicio, malis prorsus tibi temperare ab aditu, quàm sordidis accedere manibus. At interim in paruo tam religiosus quum sis, animam autē habens cœno vitiorum squalentem, accedis, & audes impudens conringere? Etiāsi ob manuum sordes ad tempus quis contineat: sed ad animam omni eluuie vitiorum repurgandam totus interim redeat. Quin perspicis venerandam illam vasorum supellectilem sic perfusam aquis, tanto splendore interlucentem? Atqui nostras ac multò splendidiores animas par est reddi istis longè puriores, sanctiores, virtutum ornamentis. Cur id? Illa siquidem nostri causa talia fiunt. Neque enim capacia sunt se inhabitantis virtutis. Non enim sentiunt: nos autem maximè. Iam verò nolis eo vti uase, quod sordeat: & anima sic contaminata accedis? Nimiam hic video rei huius inæqualitatem. In a-
A liis quidem temporibus sæpenumero impuri acceditis: tempore autem Paschæ etiam siquid temerè prius flagitiosève vobis tentatum est, aditis nihilominus sacrosancta hæc mysteria. O consuetudinem. O veriùs temerariam præsumptionem. Fruſtra ad hunc modum offertur hostia salutaris: nequicquam adsistimus aris. Nemo enim est, qui dignè participet. Hęc idcirco dixerim, nō vt quolibet modo participes sitis hostiæ, quin potius, ut dignè vosipsos adornetis futuræ communioni. Indignū te agnoscis, qui uel per te sumas hostiam, aut per alium sumendā accipias? Igitur nec oratione ipsa dignus es. Audis adstātem tibi ac inclamātem præconem: Quicunq; in pœnitentia constituti suppli
† Videt deesse verbū, abite: vel, ab sistite hinc. † in pœnitētia solenni
B acerban tur etiā ecclesiæ ingressu.
castis: † Quisquis enim non communicat, in pœnitentia esse dignoscitur. Si in numero es pœnitentium, neutiquam ad hostię cōmunionē accedere debes. Qui enim nō communicat, in pœnitentium albo cēsetur descriptus. Nam qua gratia inclamat, absistite sacris, qui hic nō poteſtis orationes fundere? Et tu interim tanta cum temeritate perstitisti? Cæterùm nō in iis es, sed inter eos, qui possunt communicare, non tamen magnopere curas, nec magni ducis rem hanc. Animum, quæso, huc aduerte. Mensa regia apparata est tibi. Mensæ isti Angeli administrāt. Deniq; ipse rex adest: & tu tam adstas oscitanter? Squalet sordibus vitiorum pallium animæ tuæ: nec ulla istius rei absonæ ratio initur tibi. Sed pura est animæ tuæ stola, inquies. Igitur accumbe mensæ, & esto particeps Dominici corporis. Venit quotidie rex, vt interuisat discumbentes, texit cum vniuersis sermones familiariter: & nunc quidem in quorundam conscientia tacitus insurrat Amici, quomodo hic vos præsentastis, non habentes vestē illam nuptialem? Nō equidem dixit, vt quid accubuisti mēsæ? sed iam antè, quam inuitareris, aut introires, te indignum fuisse pronunciauit. Neque enim ait, utquid discubuisti? sed, cur intrasti? Eiusmodi sunt, quæ omnibus etiam nobis nunc eloquitur: quo perspicit sic impudenter atque temerè adsistere aris. Omnis enim, qui non est sacramentorum particeps: impudens admodum sit hic oportet, vt qui temerè adstiterit sacris. Ob hoc enim qui flagitiis noscuntur esse C
contaminati, prius eliminantur templi foribus, quam communio sumenda dignis proponatur. Quemadmodū enim ad mensam Dñi alicunde nuper redeūtis, non eos A simili.
famulos, prius adsistere oportet, qui Dominum graui aliquo delicto offenderunt, sed exiguntur domo: ita & hic. Elata enim hostia, Christoque immolato, hoc est, Dominica oue quū audieris: Oremus omnes in cōmune, quū videris bifores adyti valuas subduci repagulis, & adaperiri: tunc tecum reputa supernè cœlū ipsum dissindi, Angelos cœlo delabi in terras. Proinde vt neminem addecet propius sacris adesse, qui non sit sacris initiatus: sic neque ex iis, qui initiati sunt quidem, sed fœtent scelerū sordib. cōuenit sacrificio illi interesse. Dic tu mihi: Si quis ad epulū inuitatus manus lauerit, accumbat etiam, seque accommodet mensæ, ac interim non illi mēsæ participet: nunquid non is inuitatorē suum graui afficit iniuria, An non ptæstitisset talem non adesse conuiuio? Sic sanē. Et tu aduenisti inuitatus, hymnum cecini sti, cum cæteris confessus es te in eorū numero debere decerni, qui digni sunt sacramenti aditu, nō qui cogaris cū īdignis secedere domum: Cū remānisti quasi particeps futurus mensæ illius venerandæ: nec tamē participas. Indignꝰ sum, inquies. Igitur & ea indignus cōione es quę contrahi-

tur

D tur inter nos orationum suffragiis. Neq; enim propter accumbentes mensæ Dominicæ solùm, sed & ob cantica illa quouis tempore ad nos vsq; Spiritus sanctus descendit. Num uides, ut mensam uelut spongia quadam abluit, collustrat domum, & circunuertit, lauces imponit mensæ? Atqui hoc fit per orationes, per prę-
Exo. 19 b conis uocem. Et quasi spongia ipsi hanc ecclesiam abluamus, ut in ecclesia cũ synceritate expiata, cuncta administrentur: vt nulla discolor appareat uestium sordes, nulla sit ruga. Alioquin indigni oculi sunt istiusmodi spectaculis, indignæ aures. Et si bestia (ait) tetigerit montem, lapidibus obruetur. Vsqueadeo indigni censebantur mõtis illius ascensu, quanquàm postea & iidem adierint supercilium montis, & uiderint, vbi constiterat Deus. Liceat etiamnum tibi postea & accedere, & propius contemplari. Dum tamen præsens fuerit, illinc abito. Non enim liceat tunc tibi adesse magis, quàm catechumeno.
E Nec æquale æstimandum est nondum fuisse consequutum mysteria fidei: aut postquàm assequutus es, offendisse, & ad hæc addidisse contemptum, ac teipsum re tanta indignum vltrò constituisse. Liceret his plura in medium depromere, multòque formidabiliora iam dictis. Cæterum ne sensus uestros plus æquo onerem, satis sint hæc præsenti loco. Nam qui per hæc qualiacunque minus resipuerint: neque, si pluribus egero, ad meliorem redituri sunt vitæ frugem. Itaque ne maius iudicium uobis ipsi operemur, adhortamur uos, non quidem ut ne accedatis: magis autem ut uos ipsos Christi præsentia atque accessu constituatis dignos. Dic mihi tu: Si rex quispiam mandarit, dicens: si quis hoc fecerit, abstineat mensæ meæ aditu. Nunquid non omnia ipsi feceritis in gratiam huius solius præcepti? Ad regnum cœlorum nos inuitauit, ad mensam vtique magnifici regis illius atq; admirabilis: & excusamus, & cunctamur? Cur non pro virili adnitimur, aut incursionem etiam admolimur, implendo tam salutari negocio? Et quæ nobis demum relinquitur spes salutis obtinendæ? Neque enim liceat in ius trahere infirmitatem, non ipsam accusare naturam. Sola est nostra, qua toti marcemus, ignauia: quæ nos sic efficit tanta gratia indignos.
Et hæc interim à nobis dicta sint. Qui sa- F
lutari compunctione atterit corda mortalium, qui dat spiritum compunctionis: ipse corda uestra compungere dignetur, inseratque in profundum usque semina: vt à timore eius promereamini concipere, simul & parere spiritum salutis, & cum
omni fiducia ad mensam Dominicam ac- Ps. 127. a
cedere. Filii enim tui, ait scriptura, sicut nouellæ oliuarum sunt in circuitu mensæ tuæ. Nihil hic uetustum, nihil immitte, nihil acerbum. Tales enim nouæ plantulę ad proferendam frugem bonam, fructum sanè quàm admirabilem accommodæ sunt & opportunæ, fructum dico oliuæ. Sed & fortes ac uegetæ sunt, ita ut omnes consistant in circuitu mensæ salutaris. Ne id quidem ab re, neue quasi fortuitò acciderit huc conuenisse uos: sed cum timore, & tremore. Sic enim ipsum etiam Christum perspicietis illic omni cum fiducia: quam contingat omnes nos assequi gratia & benignitate, &c.

Homilia quarta.

ET vos quum essetis mortui delictis & Cap. 2.
peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius secundum principem potestatis aeris, huius spiritus: qui nunc operatur in filio
diffidentiæ, in quibus & nos conuersati su- G
mus aliquando in desideriis carnis nostræ facientes uoluntates carnis & cogitationum, & eramus natura filii iræ sicut & cæteri.] Est sanè mortificatio, vna quidẽ corporis: est & altera, animæ. Quòd autem illius particeps sis, uerti tibi uitio non de bet: sed & nihil hinc periculi. Siquidem naturæ id opus est, non item liberæ voluntatis. Id enim ex transgressione primi parentis profectum est. Ab illo & deinceps ea res in naturam demutata est, atque degenerauit. Alioqui citò etiam dissoluetur. Porrò mortificatio animæ cùm sit vtique destinatæ uoluntatis, culpam habet, absolutionem autem ex se nullam. Iam uerò vide, ut magnum aliquid cùm demonstrasset Paulus, quia uidelicet præstantius sit animæ mederi peccatis emortuę, quàm eadauera excitare rursus ad uitam: idipsum

Mortificatio vna corporis, altera animæ.

ēt nūc vt qddā magni momēti loco recitās ponit [Et uos cùm,]inquit,[mortui essetis delictis & peccatis,in quibus aliqñ ambulastis secundum seculum mundi huius,secundum principem potestatis aeris, huius spiritus,qui nunc operatur in filios diffidētiæ.]Vides Pauli lenitatem?vt ubique consolatur auditorem, in hoc magno pere adnitens,ne qua in re illi sit grauis? Postquā
H enim dixit,quia ad extremum usque malitiæ gradum progressi estis: (quod perinde est, atque dicas illos mortuos fuisse) ne igitur grauius eos exagitare voluisse videretur, (pudefiunt enim homines, nec parum, magniq; probri habent loco: quum illis obiiciuntur ob os atque eulguntur prioris uitæ commissa,etiam si interciderint, & quę nihil deinceps habeant periculi) consignat his cooperarium, qui videlicet eò flagitiorum ipsos inuitarit: vt ne sibiipsis adscriberent totam scelerum suorum molem, cooperarium sanequàm fortem. Quem,quæso te,hunc? Diabolum vtiq;. Ad hunc certè modum & in ea,quæ
1.Cor.6 b ad Corinthios est,epistola,facit. Vbi.n.dixit: Nolite errare,neque fornicarii,neque idololatræ, atque vbi cętera omnia percensuit & induxit: quia regnum Dei non consequentur,tunc etiā subiecit: Et hæc quidem eratis.Non vtcunque dixit,eratis,sed
τίνες ἦτε ι. οὗ τῶ πῶς ἦτε. I Marciō qui Polycarpo dictus est, primogenitus diaboli.hic Deū dixit iustū simul & crudelē. tines etc quidam eratis:hoc est, tales,magna ex parte eratis. Præsenti loco eiusmodi flagitia hæretici contendunt dicta esse Deo,& suam effrenem linguam supra modum exerentes, talia Deo accommodant: quæ solius sunt commenta diaboli.Et quo randem pacto tam impudentibus linguis iniiciemus frenum? Et uerbis ipsorum licebit. Nam si iustus est, ut & fatemini nobiscum: hæc autem secundum vos fecit. Porrò iusti non est talia admittere,sed vehementer iniusti atq; à rectitudine iustiæ aberrantis,ac supra modum flagitiosi. Quòd autem flagitiosus sit Deus,nemo sanus dixerit.Obiicies:Quur uerò ipsum dixit, principem seculi huius? Ex quo sanè omnis propemodum humana natura seipsam ultrò illi adduxit, adeò ut vniuersi ferè isti vltroneè malint obsequi. Et Christo innumera licēt bona pollicenti uix vnus est aut alter, qui accommodet animum:illi verò nihil talium bonorum promittenti, vt etiam nos in gehennam procuret transmittere, passim omnes manum dant ultroneam. Et hic quidem principatus plures in seculo isto possidet, quā Dei regnū:& quos sibi magis dedititios impurus ille obstringit suæ ditioni, q̄ ipse Deus
K Qui operatur suppletum in filiis diffidētiæ. ἐνεργοῦντος ἀπειθείας. præter admodum paucos.idque contingit nostra omnium ignauia. [Secundum potestatem,]inquit,[aeris huius spiritus.] Hoc rursum ait, quia subcęlestē obtinet regionē,Proinde spiritus aerei incorporeæ quędam sunt potētię eius,qui operatur.Quod autem secularis sit, ac temporarius huius principatus, hoc est, cùm præsenti seculo dissoluendus, audi Paulum sub huius finē epistolæ dicentem: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus,aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum seculi huius. Vt autem, cùm audieris mundi rectores: non dicas, mundi istius molem à nullo esse conditam: cùm etiam alio loco vocet scriptura mundum hunc malignum,sed & tempus peruersum, non quidem id intelligens de creaturis dici. Mihi enim uidetur sic à Deo princeps constitutus sub hoc cœlo aereo, vt eo tamen principatu nunquàm ceciderit etiā post prævaricationem. [Qui nunc operatur in filiis,] inquit, [diffidentiæ.] Num vides, quia, non vi, neque tyrannica oppressione,sed persuasione sibi conciliat? Diffidentiam enim,ait,quasi siquis dicat: Impostura ac fraudulenta persuasione uniuersos ad se pellicit. Neque hac tantùm ratione ipsos consolatur, uidelicet consignando illis communem malorum omnium incentorem:sed quòd seipsum cum eis adnumeret. [In quibus,] L Pro.:o. ait, [& nos omnes conuersati sumus aliquando.]Omnes,inquit.Neque enim cuiquam mortalium dicere liceat,quòd à peccati contagione exemptus sit & immunis. [In desideris carnis nostræ facientes uoluntatem carnis & cogitationum: & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri omnes.] Hoc est, nihil sapientes eorum, quæ spiritualia sunt, Sed ut nequis carnem suam traducat, neue graue aliquod ipsi imputet delictum: uide,ut se communit rationibus. [Voluntates carnis nostræ,] inquit, [& cogitationum facientes.] Hoc est, voluptatum atque illecebrarum passiones,quibus ipsi exacerbauimus Deum, atque

atque illius in nos proritauimus iram. Nã & hoc ipsum indicat, Ira eramus, & nihil aliud quàm ira: hoc est, iræ filii. Vt enim hominis filius, homo est natura: sic & nos, quemadmodum cæteri. [Deus autem qui diues est in misericordia.] Non simpliciter dixit, misericors: sed, diues in misericordia: quemadmodum & alio loco dicit, In multitudine misericordiæ tuæ. Rursus: Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam. [Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos.] Quibus, quæso, meritis nos sic dilexit? Neque enim istiusmodi numerata flagitia dixeris digna esse dilectione, sed q̃ potius irã promereãtur & extremũ supplicium. Et hoc igitur à multa Dei miserentis benigni tate proficiscitur. [Et cùm mortui essemus in peccatis, conuiuificauit nos in Christo.] Christus iterum medius inducitur, quo ve luti parario fidem conciliet dictis. Si enim primitiæ ipse Christus viuit, vtique & nos uiuemus: illum viuificauit, & nos item. Num vides, vt omnia hęc de Christo dicta sint secundum dispensationẽ carnis? Agnoscis ne supereminentem illam potentię ipsius magnitudinem in nos qui credimus? Nos sic mortuos, nimirum filios iræ, tales cum essemus, viuificauit. Intelligis, quæ sit tuę spes vocationis? [Et conresuscitauit, & considere fecit.] An non uides gloriam hęreditatis ipsius? Et hoc quidem, quia conresuscitauit, non obscurum esse putem: illud uerò, quia considere fecit nos, videlicet in cęlestibus in Christo Iesu. Cęterùm quinam constitit, quia conresuscitauit? Neque enim quispiam adhuc resurrexit: nisi fortè dixeris, quia capite resurgente, & nos in ipso excitati sumus ad uitam: ac si dicas, Iacob vbi procidit adoraturus Ioseph filium suum, procidit & Rachel vxor. Ad hanc itaque loquendi formulam, intelligi debet illud, Considere nos fecit: quia considente capite, & considere dicitur & corpus: ideoque intulit, in Christo Iesu. Quòd si hoc non est, sed quia conresuscitauit per lauacrum: quinam igitur intelligi debet, quia considere fecit? Si enim comparamur, inquit, & conregnabimus: si commortui fuerimus, & conuiuemus. Omnino opus Spiritu sancto simul & reuelatione, vt mente penetrare possis tam arcanam mysteriorum abyssum. Deinde ut ne diffidas promissis, quid subijciat, vide. [Vt ostenderet in seculis superuenientibus superbũdantes diuites gratię suę in bonitate super nos in Christo Iesu.] Postquàm enim retulit, quæ de Christo sunt, (& hęc quasi ad nos nihil pertinerent? Nam quid ad nos, inquies, si ille resurrexit,) ea probauit ad nos etiam pertinere. Siquidem nobiscum societatem iniit Christus, nobis secundum carnis dispensationem vnitus. Prętereà quod & de nobis seorsim commemorat, videlicet: Quòd quum delictis essemus mortui, nos cum illo simul excitauit, & cum illo pariter iussit considere, Itaque quod nuper dicebam, ne qua in re diffidas, sisue incredulus & à prioribus & à capite Christo: neq; ex eo, quòd ipse uoluit bonitatẽ erga nos suam declarare, & cuius iam specimen accepisti, expertusque es. Alioqui quo pacto declarabit, si hoc minimè continget fieri? Et declarabit in seculis superuenientibus. Quidnam? Nimirum quia ingentia erant ea bona: & qbus fides haberi maximè debuit. Et nunc quidem hęc quę dicuntur, deliramenta esse videntur ac nugæ, sed infidelibus: tunc uerò agnoscẽt omnes. Nosse ne uis, ut considere nos fecit? Audi Christum discipulis dicentem: Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Itemque: Sedere ad dexteram meam, & ad sinistram non est meum dare: sed quibus paratum est a patre. Itaque paratum est. Pulchrè dixit, [In bonitate super nos in Christo Iesu.] Sedere enim à dextris honoris supra cæteros præcipui, & post quem alter non est. Hoc itaque insinuat, quia uidelicet & nos sedebimus. Prorsus superabundantes diuitiæ, omnino supereminens magnitudo potentię eius, cum Christo residere. Quòd si innumeras haberes alas: num dubitares eas morti exponere, Christi gratia? Aut si necesse fuerit te rogũ ingredi: nunquid nõ te oporteat tale aliquid alacriter tolerare? Rursus ait: Volo, ut ubi sum ego, & ministri mei sint. Etiã si te opus sis minutim quotidie cõcidi: nõne horũ gratia cõueniret cũcta te generosè excipere? Recole nunc tecum, ubi ille consedit, nimirum supra omnem principatum & potestatem. Et cui considebis tu? Christo uidelicet, etiam si mortuus sis, & natura filius iræ. Quid inte-

Psal. 68. c
Ibi. 50. a
πολλῶν multa.
M
Ge. 46. c
Vt Iacob adorãte Ioseph, dicitur & Rachel adorasse: ita Christo resurgẽte dicũtur in ipso resurrexit
reuisse mortui. 2. Tim. 2. b
1. Cor. 15. c
B
C
Ioã. 17 d
Matth. 19. d
Ibi. 20. c

tim cum laude ac meritò dignum peregisti?Nihil.Prorsus tempestiuũ nũc, ut exerRo. 11. d ta clamemus voce:O altitudo diuitiarũ,& sapientiæ,& scientiæ Dei.[Gratia enim seruati estis,]inquit. Vt enim fastu non eleuère,magnitudine beneficiorum tumidus:vide,vt istum animi tumorem premat,[Gratia,]inquit,[seruati estis per fidem.]Deinde vt ne rursus libertas vitiaretur arbitrii, quę in nostra potestate sita sunt,posuit.Itẽque ipsum sustulit,dicens:[Et hoc non ex nobis.]Ac si diceret, Ne fides quidem ipsa ex nobis est. Si enim non venisset, si non vocasset: quinam in ipsum potuissemus Ibid. 10 c credere?Quomodo,inquit,credent, nisi audierint?Itaque quod fidei est meritum, ne quidem nobis adscribendum est.[Dei enim donum est,]ait. Neque enim vsquequaque sufficiebat fides:vt fieres saluus.Cæterũ, ut ne operis vacuos,nèue marcentes ignauia crederes adsalutem pertingere:talem,inquit, Deus requirit à nobis fidem,quæ non sit vacua boni operis. Dixit,quia fides seruat. Quandoquidem sic D voluit Deus: fides ipsa ad salutem proficit.Alioqui quo pacto nos seruare quĩ at fides,quæ sine operibus est?Hoc ipsum Dei donum est,inquit, vt ne quis glorietur, vt ne ingratos esse sinat suæ erga nos gratiæ. Quid itaque est,quod ait? Ipse ne impedimento fuit, quò minus ex operibus iustificaremur?Nequaquam. Sed nemo(ait)ex Ibi. 3.a operibus iustificatus est? idque vt Dei gratia declararetur simul & ipsius erga nos benignitas.Nõ quòd habentes opera repulerit:sed eos, qui confidentia operum pessũ ibant. Gratia sua seruauit, ut nemo deinceps possit gloriari. At interim vt ne cùm audieris,quia non ex operibus,sed per fidẽ totius rei summa absoluatur:ne inquam, hoc audito te continuò dedas,ignauiæ,vide,quid subiecerit.[Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu, in operibus bonis:quæ præparauit Deus,vt in ipsis ambulemus.] Nunc quid hoc loco velit Paulus, perspice: hic nanque regenerationem subindicat.Omnino regeneratio creatura altera est.Ab ipso summo opifice cum nõ essemus,sumus ad esse prouecti.Quod priE eramus,cõmortui sumus,hoc est,uetus noster homo: rursum quod prius non eramus facti sumus, nimirum creatura, quæ multò sit altera illa priore preciosior. Ex illa quidem viuere datũ est:ex hac autem, vt honestè & cum decoro viuamus, integrum est nobis. [In operibus bonis, quæ præparauit Deus,vt in ipsis ambulemus.] Non ut initia quædam honestæ vitæ auspicemur solùm, sed vt ambulemus. Ad hoc uirtute opus est,quæ nobiscum perseueret, & ad mortem usque nostram protendatur.Neque enim,si nos viam ingredi A similiconueniat, quæ recta in ciuitatem ducat li argumẽcum. regiam,& iam cõfecta meliore itineris parte, si postea circa uiæ finem lentescentes animoque præmolliti desederimus: nihil nos iuuerit eiusmodi spes vocationis. In operibus,inquit,bonis.

Morale.

Nihil inquã,nobis profuerit tale negocium.Ad hunc sanè modum etiã præsenti loco.Neq; enim ut unum è multis operemur,iubet:sed ut in simul omnia.Quẽadmodum sensus nobis quinque sunt:omnibus tamen uti cõuenit, prout uel rei,vel temporis exigit decorum:sic & singulis qbusq; virtutibus vtẽdũ est.Quòd siquis sibi temperet cupiditatibus, non sit is erga inopes misericors:aut pius quidem in pauperes, sit tamen auarus:vel etiam cõtineat, ne suppilet aliena, non item quæ sua ipsius sunt,in pauperũ vsus dispertiatur,frustra fiunt omnia.Neq; enim sufficit vna qpiam & sola uirtus, quæ nos cum fiducia repræsentet ante illud formidabile Christi tribunal,sed multiiuga opus uirtute,varia;omnipariaq;: imò nulla nonne cessaria est: Audi enim ipsum dicentem discipulis.Profecti docete omnes gentes,docen Matth. 28. d tes eos seruare omnia, quæcunque mandaui uobis. Rursus: Qui soluerit vnum de Ibid. 5. mandatis istis minimis, minimus uocabitur ī regno cęlorũ: hoc est,in resurrectione. Non enim is demum in regnũ introibit. Tempus ipsum resurrectionis pulchrè nouit uocare regnum.Vnum siquis soluerit,ait,minimus vocabitur.Itaque omniũ virtutum ornamẽtis ut decoremur, necesse est.Iam mihi vide, ut sine eleemosyna nõ penetretur ad regnum.Sed etsi sola hęc desit: in ignem nihilomnus cõmigrãdum nobis fuerit hinc abituris.Abite,dicet,maIbi. 5. ledicti in ignem ęternum, qui paratus est d Diabolo & Angelis eius. Qua gratia, aut propter quid? Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis

G distis mihi bibere. Vides, vt nullo alio illis obiecto crimine, ob hoc solum perierunt? Et virgines illæ hac tantum causa à sponso excluſæ sunt thælami ingreſſu, etiamſi pudicitiam haberent atque, vt dicit Paulus, ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Dominum. Tecum igitur reputa, quia ſine caſtitate nulli contingit videre Dominũ. Neq; rurſus omnino poſſibile ipſum videre cum caſtitate, ſi ſola fuerit. Plerunque enim aliud aliquid incidit impedimenti. Iterum, ſi actiones noſtras omneis ad rectitudinis lineam moderabimur, proximum uerò nulla in re iuuerimus: neque ſic ingrediemur regnum. Vnde id liquet? A domeſticis illis conſeruis, quibus concredita fuerant à Domino ſuo talenta. Et aderat quidem illic ſyncera, & ſine fuco virtus omnis, nihilque defuit: ſed quando circa talenti operationem deſedit, iure optimo depulſos regno eſt. Contingit etiam ob ſolum aliquod cõuicium incidiſſe gehennam. Qui dicit, ait Dominus, fratri ſuo, fatue: reus mittetur in gehẽnam ignis. Etiam ſiquis uniuerſam opera ſuorum ſummam cum laude perfecerit, conuiciator tantùm ſit: is non ingredietur regnum. Proinde ne quis Deum inſimulet crudelitatis, quod ſic lapſos cœlorum regno excludat: Etenim ſi inter homines, quamlibet puſillum quis committat aduerſus legum decreta, ſcitaue maiorum, mox is abducitur è conſpectu regis, etiam ſi vnum ſolũ eorum ſit prætergreſſus, quę lege iubentur. Quòd ſi calumniam intenderit neſcio cui delator: ſuo ſtatim cecidit magiſtratu. Et ſi commiſerit adulterium, & deprehenſus is fuerit: indignus ac uilis effectus eſt: etiãſi innumeras egregiè perpetraſſet, perijt tamen. Si cædem perpetrauerit, & indicatus fuerit: & hoc idoneum ac ſufficiens ipſum perdere. Quòd ſi humanę leges tanta uigent obſeruantia, quãtò magis diuinæ? Sed benignus eſt, inquies. Quouſque ſtultum hunc ſermonem efferimus? Stultum autem dixi, non quia bonus non ſit Dominus: ſed quia temere ipſius bonitatem exiſtimamus ad eiuſmodi vſum nobis fore vtilem, quamuis ſæpenumero hac de re plurima vobis diſſeruerimus. Audi, quæſo, ſcripturam dicentem: Ne dixeris, quia miſeratio Domini multa multitudini iniquitatum mearum propitiabitur.

Heb. 12 d

Iac. 2. a, b

Mat. 25. c

H In Marcionẽ, qui teſte Euſebio Cæſar. Deũ in ſimulabat, ut plagoſum, & crudelem. A ſimili argumẽtum.

Nihil nos prohibet dicere, quia miſeratio Domini multa eſt. Non hoc monet ſcriptura, qnin potius uult, ut id continuò dicamus: ob hoc etiam nihil non mouet Paulus, ſed & hęc primo ordine differentur. Ne in hoc, ait, admirare Dei benignitatem, quia eum peccamus, ſolemus dicere: multitudini peccatorum meorum propitiabitur. Idcirco enim tanta diſſerimus de Dei bonitate, ut ne huic innixi, nimiaue freti audacia, quæuis tentemus efficere: alioqui ipſa Dei bonitas noſtræ potius obfuerit ſaluti. Cæterùm, ut ne peccatorum preſſi pondere in deſperationis ruamus laqueum, ideo locus iſte inducitur: & ut nos commiſſorum pœniteat. Hæc enim Dei bonitas, quæ te ad pœnitentiam adducit: non item ad copioſiorem nequitiæ cumulum. Quòd ſi nimia Dei benignitate abuſus, fias inde deterior, iam tu eam potius traducis, exponisque hominum calumnię. Pleroſque noui, qui Dei coarguant longanimitatem. Itaque lues quidem pœnam: q̃ non ſis utiliter, & ut oportuit Dei erga te vſus benignitate. Fortè dices: An non benignus Deus erga homines? Vtique, ſed iuſtus iudex. Nunqd non indulget peccatis veniam? Sed & unicuique reddit ſecundum opera ſua. Nonne tranſcendit iniuſtitias, aufert iniquitates? Sed & iuſto examine perſcrutatur iniquitates. Quinam hæc tam ſibi compugnãtia queant conuenire? Non pugnant utique hæc, ſi quidem ipſa per temporum diſtinxerimus. Sanè aufert iniquitates in præſenti quidem uita, & per lauacrum regenerationis, & per pœnitentiam. Porrò illic torturis, nimirum igne atque ſupplicio examinat, quæ ipſis fecimus, omnia. Dices: Igitur ſi & innumera mala commiſero, aut ſi fortè vnum ex omnibus, quæ præcipiuntur, omiſero: peræquè depellor, & excido regno cœleſti: quidni igitur operer mala? Ingrati prorſum famuli vox iſta eſt. Veruntamen & hunc diſſoluamus uulgi ſermonem. Nulla quæ mala ſunt, admiſeris, vt & profis tibiipſi. Equidem ut donem tibi, quia regno illo omnes ſimiliter excidemus: in gehenna autem illa non eandem luemus pœnam: ſed hic quidem acriore, ille verò mitiore plectetur. Etenim ſi tu & ille quippiam admiſeritis per cõtemptum ſiue faſtum, & tu quidem

Ecc. 5. d

I

Ro. 2. a

Ibid.

K

in

in multis, ille verò in paucis: similiter regno excidetis. Quòd si dissimiliter contempseritis eorum quippiam, quæ præcepta sunt, puta hic grauius, ille uerò minus: in gehenna non consimilem sentietis pœnam. Dices: Quid itaque interminatur ijs qui non dederint eleemosynam, vt eant in ignem? Non utcunque dixit, in ignem: sed, in ignem, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Vt quid, aut qua id gratia? Nihil enim sic Dei in nos proritat iram. Insuper & ad alia quæuis mala hoc etiam adijcit. Si enim inimicos necesse sit, ut ames: qui perditè lædit amicos, Gentilibus ipsis, quantum ad hoc attinet, cum sit deterior, quo non supplicio is censebitur dignus? Itaque hic ipsa peccati magnitudo fecit, vt abiret cum diabolo. Væ. n. eleemosynæ ac pietatis opera non exercenti. Quòd si cum vigeret lex illa vetus, res se sic habebat: quàtò magis constante nouæ legis gratia? Si cùm permitteretur indulgentius possessio facultatum, cùm liceret fructum ex illis decerpere, curam adhibere congerendis opibus, tanta tamen prouidentia consulebatur pauperũ subleuandæ inopiæ: quàtò magis cùm admonemur semel excutere à nobis omnia? Quid enim illi non faciebãt? Decimas, & rursus decimas alias conferebãt in pios vsus, puta orphanorum, viduarum, proselytorum. Sed mihi dicere solebat nescio quis, miraculi loco referens, Talis decimas dat. Quanti dedecoris plenum hoc est, quia quod Iudaicæ legis tempore nihil præ se ferebat miraculo dignum: hoc ipsum inter Christianos cœpit videri mirabile? Si tunc tanti erat periculi omisisse decimarum solutionem: reputa tecum, quanti nunc sit neglectim illas transmittere. Rursum: Ebrietas nõ habet sortem in regno Dei. Ecquis tam multorum malorum modus? Proinde dixeris: Si & ego & ille in eisdem pœnis constituemur: non mediocris consolationis ratio supperet. Quid igitur? Maximè quidem, si tu & ille parem sustineatis vltricem scelerum pœnam: alioqui id nullo pacto nomen meretur consolationis. Tunc enim communio passionũ consolationem qualemcunq; habet: quum moderata quadam proportione temperatæ fuerint. Porrò cum excesserint modũ ac velut in extasi nos constituerint: non iam sinunt nos in posterum vllam habere cõsolationem. Dic tu ei, qui flagris occisus est, insuper pyram inscendit iamiam vrendus, quia talis graue aliquid patitur, sed neque is vllam sentiet consolationem. Nonne insimul omnes perierunt Israelitæ? Isthęc communio pœnæ quam illis, quæso, adferebat cõsolationem? An non hac potius causa mœrebant animo? Ideoque fortè dicebant: Perijmus, exterminati ad internecionem sumus, miserè consumpti sumus. Quam, quæso, hìc dixeris consolationem? Frustra nos consolamur spebus tam euanidis. Vna prorsus sola ac solida consolatio est, non incidisse in ignem illũ inextinguibilem. Eum verò qui incidit semel, iam nulla manet consolationis spes: ubi stridor dentium, ubi fletus, ubi vermis nullo fine interiturus, vbi ignis inextinguibilis. Num quæso, tanta & tribulatione & angustia undique cinctus, recordabere vllius consolationis? Apud ne teipsum fueris deinceps? Non utique. Obsecro itaque & adhortor, ne nosipsos frustra seducamus, & istiusmodi vanissimis sermonibus cõsolemur: sed ea potius studiosè exequamur, quæ nos possint ad æternam salutem prouehere. Vt cum Christo aliquando consideas, repositum est tibi: & tu de his tam anxiè disceptas dubius? Quòd si nullum adesset aliud peccati genus, quantum tamen supplicij nos conueniat sustinere propter istiusmodi uerbis? Quia sic lenteſcimus, sic miseri adeò & socordes sumus, vt & tanto nobis proposito honore, tam pronunciemus indigna? Cùm eos ad mentem aduocaris, qui tum strenuè cũcta peregerũt: nunquid non amplius animo liqueſies? Quum aliquod agnoſces è seruorum numero, aut qui nulla excelluerint claritudine generis, ob tamen paucos in præsenti vita desumptos labores fieri ob id participes sedis illius regiæ: nunquid non hæc tibi videbuntur supplicio etiam illo horrendo deteriora? Nam si nunc cùm uideas tales probari omnibus, licèt nihil hinc passus aduersi, peius tamen omni supplicio ob hoc solùm animo macereris, lucio ob hoc solùm animo macereris, luges teipsum miserè ac illachrymaris, cenſesque te innumeris mortibus dignum: quid non tunc sustinebis? Etiam si nulla foret gehenna, ipsa ne consideratio regni idonei fuerit ac sufficiens, quæ te miserè

L Mat. 25. d Videtur & hoc lococo ruptum exẽplar Veronẽſe.

Epipho nema.

κελευο- μεθα.

M

A Vulgat.

B mat. 9. 5

rè perdat, redigatq; in nihilū? Porrò quòd res hæc ad eum modum succeſſura ſit, ſatis potes idoneè intelligere ipſa rerum directrice experientia. Ne igitur temerè nos ipſos oblectemus iſtiuſmodi verbis, ſed intentam curam adhibeamus, meditemurq; ſolicitè, quæ ad noſtram ipſorum ſalutem propius attinent: ſedulò curemus, quę C ad uirtutum nos prouehant munia: & ad ea explenda opere, quę per ſe honeſta ſunt pro uirili nos ipſos excitemus: ut digni habeamur tantam aſſequi gloriam, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Homilia quinta.

QVapropter memētore, quod vos quōdam Gentes in carne præputium vocabamini ab illis qui circunciſio dicūtur, quæ manibus fit in carne, quod eratis in tēpore illo ſine Chriſto, abalienati à republica Iſraelis, & extranei à teſtamētis promiſſionis, ſpē non habentes, Deoq; carentes in mundo.] Multa ſunt quę benignitatem Dei erga nos declarant. primum, quòd per ſeipſum ſaluauit, idq; tali modo per ſeipſum Alterum quòd tales exiſtentes ſaluauit. Tertium, quòd eos nos euexit. Hæc ſiquidem omnia in ſeipſis penſata maximā habent benignitatis ipſius demonſtrationem. Atq; omnia illa Paulus his quæ nūc ſcribit, exuperat. Dixerat, quòd nos ſaluauerit Deus mortuos exiſtentes delictis, ac filios iræ: iam commemorat, quibus nos adæquarit. Propterea dicit: Mementote ſolemus enim omnes, ſiquando ex multa tenuitate in æqualem aliis aut certè maiorē quendam honorem euecti fuerimus, ne meminiſſe quidē priorum, gloria illa inD escati. Propterea mementote, inquit. Quid eſt illud, propterea? Quòd uidelicet, conditi eſtis ad opera bona. Iſtud verò perſuadere poterit, vt virtuti operam ac curam impendatis. Mementote: valet enim illa rem re. Quòd uos quondam Gentes. Vide quō Iudęorum Prærogatiuam deijciat, Gentiumq; deiectionem ac vilitatem celebrē faciat: quæ quidem deiectio ac uilitas non erat, ſed ab ipſo conſuetudinis, ac uitæ genere vtriſq; ſuadet. Qui uocabamini. In verbis erat hic honor, in carne erat iſta prę rogatiua. Nihil.n. eſt præputium, nihil circūciſio. Ab illis qui circunciſio dicuntur, quæ manibus fit in carne, q eratis in tēpore illo ſine Chriſto, abalienati à republica Iſraelis, & extranei à teſtamentis promiſſionis, quem non habentes, Deoq; carētes in mundo. Vos qui à Iudæis ita vocabimini Quid igitur? Cùm eſſet beneficium Gētibus præſtitum declaraturus in eo quòd communionem Iſraelis eſſent nacti, rurſus Iſraeliticam dignitatem non deiicit, ſed ī illis eam extollit, quæ ad ſalutē ſunt neceſſaria; in eis verò deijcit, quibus Gētes non communicabant. In ipſo nanque progreſſus dicit: Conciues eſtis ſanctorum ac Hic indomeſtici Dei. Vide qūo non deijciat. fr.d Iſta inquit, indifferentia ſunt. Nolite puta E re differre vos à Iudæis, quòd circunciſionem non adepti, in præputio eſtis. Nam hoc demum graue ac moleſtum erat, q ſine Chriſto eratis. Abalienati à reipublica Iſraelis. Hoc eſt, non eſſe in republica. Extraneos eſſe à teſtamētis promiſſionis, non habere futurorum ſpem, Deo carere in hoc mundo. Ad hæc omnia illorum erant. Dixerat de rebus cœleſtibus, mentionem iam & eorum facit quę ſuper terram erant, qm̄ in illis magnam habebāt Iudæi gloriam. Ita & Chriſtus, conſolando diſcipulos, cum dixiſſet, Beati qui perſequutionem ſuſtinent propter iuſtitiam, quoniam Matth. ipſorum eſt regnū cęlorum: quod minus 5.a eſt, ſubiungens, ponit: Nam ita inquit, ppheras quoque qui ante vos fuerunt, perſequuti ſunt. Iſtud quippe ad magnitudinem quidem priorū minus eſt: ad hoc verò, vt propinquum faciat, ac petſuadeat, ſufficiens eſt ac multū hñs roboris. Hoc itaq; erat eſſe in republica. Non dicit, ſeparati: ſed, abalienati à republica Iſraelis. Nec dicit, non attendentes: ſed, nec participantes, & extranei. Multa eſt in verbis emphaſis, multam oſtendens ſeparationem. Alioqui & ipſi Iſraelitę, & extra rem- F publicam erant: at non vt alieni, ſed vt ſocordes: & a teſtamētis exciderant ſed non vt extranei. Quæ erant aūt promiſsionis teſtamenta? Tibi ac ſemini tuo dabo terram hanc, & quicquid aliud illis promiſit. Spem, inquit, non habētes, & ſine Deo. Atqui Deos adorabant. Verùm non erant Ge. 15. d j. Nihil.n. eſt idolū. [Nunc aūt in Chriſto Ieſu vos qui quondā eratis lōginqui, propinqui facti eſtis in ſanguine Chriſti.

Ipſe

Ipſe ſiquidem eſt pax noſtra qui fecit ex utriſq; vnum,& interſtitium ſepis,inimicitiam uidelicet, in carne ſua, ſoluens.]An hoc magnũ eſt,inquis,ꝙ in Iudæorum rẽpublicam venimus?Quid dicis? Summatim inſtaurata ſunt oĩa,ſiue quę in cęlis,ſiue quæ in terra: & nunc demum de Iſraelitis loqueris?Certè,inquit. Nam illa quidem fide oportet comprehendere,iſta verò ipſis etiam operibus.Nunc aũt, inquit, in Chriſto Ieſu uos qui olim eratis longinqui, propinqui facti eſtis huic reipublicæ.Lõginquitas.n.illa,& propinquitas,electionis dũtaxat ſunt liberæ.[Ipſe.n. eſt pax noſtra, qui fecit ex vtriſq; vnũ.]Quid eſt, vtraq; anum fieri?Non hoc dicit,ꝙ in illã Iſraelis nobilitatem nos euexerit, ſed ꝙ & nos & illos in maiorem extulerit.Verũtamen maius eſt beneficium quod nobis obtigit. Nam illis quidem & promiſerat, & viciniores erant, nobis uerò & nihil ꝓmiſerat, & præterea remotiores eramus: G
propterea & alibi dicit: Gentes uerò pro Ro. 15. b
miſericordia glorificent Deum. Promiſit quidem Iſraelitis, licèt indignis: nobis verò neq; promiſit etiã, ſed extranei eramus nihil habebamus, cõmunionis cum illis. Fecit autem vt unum eſſemus, non nos illis coniungendo, ſed & illos, & nos in unum conglutinando. Exemplum uerò dicam: Proponamus eſſe ſtatuas duas: vnam argenteã, alterã plumbeam: deinde opere fuſorio, vtraſq; aureas fieri. Ecce duas,vnam fecit artifex. Aut aliter:Ponamus hinc ſeruum,iſthinc adoptatum, vtroſque eodem addictos Domino: hunc quidem abdicatũ puerum, illum verò & fugitiuum,& neq; pr̃m agnoſcentem: deinde & hæredes vtroſque factos,& genuinos filios:Ecce quomodo ad unum & eundem honorem inducti, ambo facti ſint vnũ: ille quidem è longinquo, iſte verò è vicino ueniens,& iam germanior,quàm antequàm eſſet reiectus.[Interſtitiũ, inqt, ſepis ſoluens.]Quid eſt hoc interſtitium? Inimicitiam, inquit,in carne ſua, legem præceptorum in dogmatibus abrogans. Sunt quidam, qui dicant,legem fuiſſe in- H
terſtitium inter Iudæos,& Gentes, vnde factum ſit, ut commiſceri nequiuerint. Mihi verò iſtud non videtur,ſed commune hoc interſtitium eſſe, nimirum inimicitiam in carne. Hoc.ſ. erat interſtitiũ dirimens, quemadmodum propheta dicit: Eſa. 59. a
Nũquid peccata vra diſcernũt inter me & vos?Interſtitiũ erat inimicitia quã habebat Deus,tàm aduerſum Iudæos,quàm Gẽtes. Per legem uerò illa non ſolùm ſublata nõ eſt,ſed & aucta:lex enim,inquit, iram operatur. Quemadmodum igitur illic cùm dicit:lex iram operatur, nõ legi totum adſcribit,ſed ſubauditur,quoniã illam tranſgreſſi ſumus:ita & hoc loco illam,interſtitiũ ſortè dicit,ob id quòd neglecta,inimicitiã cauſata eſt.Sepes erat lex,ſed erat illa munitionis gratia facta, vnde & ſepes Eſa.5.a
nominata eſt, vt circunſepiret. Nam audi Matth.
rurſus prophetam dicentem:Et ſepem illi 21.d
circũdedi. Et iterum: Detraxiſti ſepẽ eius, Pſal.79.
& vindemiarunt eã omnes quotquot illac b
iter fecerunt:hic munitionem uocat ſepẽ. Eſa.5.b
Et rurſus:Dirimã ſepem eius,& erit in cõculcationem.Item,Legem ad auxiliandũ Pſ.102.
dedit.Et iterum: Faciens miſericordiam b
& iudicium Dominus,notas fecit iuſtificationes ſuas Iſraeli.Factum eſt uerò interſtitium illud tale quod illos non amplius in munitionem conſtituat, ſed à Deo etiam I
ſeparet. Tale ſiquidem eſt interſtitium illud,quod à maceria eſt. Quòdnã eſt illud? inimicitiam,inquit,in carne ſua.Quomodo? Obſepierat,ac rurſus illic inimicitiam ſoluit.Neq; verò hoc ſolum, ſed & obſeruantiam ipſius ſoluit. Quid igitur? Si à priore tranſgreſſione liberati ſumus, an rurſus illam ſeruare cogimur? Hoc rurſus idem fuiſſet. Igitur & ipſam legẽ diſſoluit:[Legem, inquit, mandatorum in decretis abrogans.]Papè, quanta benignitas?Dederat nobis legem, ut illam obſeruaremus: quoniã uerò nõ ſeruauimus, atq; ideo puniendi iam eramus, legẽ diſſoluit: quemadmodum ſiquis pædagogo comendatũ puerũ, quoniam morẽ nollet gerere, & abduceret, & pædagogo liberaret. Quantæ benignitatis eſt iſtud? Quid eſt,in decretis abrogãs? Multam enim hic inter mandatũ,& decreta differentiam ponit. Aut fidem dicit, decretum illam vocãs.Ex ſola quippe fide nos ſaluauit. Aut Matth.
præceptũ intelligit,quemadmodum Chriſtus dixit:Ego uerò dico uobis,neque iraſcamini,oĩno,hoc eſt:Si credideris, quòd Exo. 30
Deus illum excitauerit à mortuis, ſaluus c
eris. Et iterũ: Propè eſt uerbũ in ore tuo, Ro. 10.
& in corde tuo. Ne dicas:quis aſcendet in b
cœlum?

K cœlum? aut quis descendet in abyssum? aut quis reduxit illum ex mortuis? Pro vita, fidem induxit. Etenim ne frustra saluareris, & ipse suppliciū tulit, & fidem vicissim per decreta exegit. [Vt duos conderet in seipso in unum nouum hominem.] Vides gentilem non esse Iudæum factum, sed & hunc & illum in alterum statum venisse, non vt ex Gentili alium facere, sed vt duos simul conderet? Et benè vbique cōdendi, vel creā di dictione vsus est, non dicens, vt transmutaret, quatenus ostenderet facti efficaciam: & licèt visibilis sit reliqua creatura, istam tamen non minorem esse, & à naturalibus rebus non esse nobis in posterum resiliendum. Vt duos cōderet in seipso: hoc est, per seipsum. Non mandauit istud alii cuiquā, sed per seipsum, & hūc, & illum reformās: vnum ex illis admirabilē planè retulit, primum ipse hoc factus, quod quidem priore creatura maius est. Hoc enim est quod dicit, i seipso: nimirum quòd ipse primus typum & exemplar noui huius hominis exhibuit. Vbi enim Iudæum, illic apprehendit & Gentilem, medius ipse factus, & vtrosL que commiscens: ac quicquid illorum extraneum erat, & alienum amoliens, diuinitus reformauit per ignē, & aquam, non amplius per aquam ac terram, sed per aquam & ignem Circuncilius factus est Iudæus, factus est maledicto obnoxius. Gētilis extra legem & super Gentes & Iudæos factus est. In vnum nouum hominem, inquit: [Faciēs pacem.] Ipsis ad Deum, & erga se mutuò. Non enim perseuerantes Iudæi ac Gentes conciliati sunt, & non nisi à propria liberati quisque cōditione, in maiorem aliam uenerunt. Iudæus enim tum demum Gentili coniungitur, quuando fidelis redditur. Tāquam si duo quidam ex domesticis infernè, & unus admirandus quidam, & magnus supernè, existentes alius alium uidere nequeat, donec in sublimi cōstituantur. Faciens pacem, magis & præcipuè ad Deū. Quid enim sequitur, hoc declarat. Quid autē dicit: [Et ut reconciliari ambos in uno corpore Deo, per crucem.] Non dicit, vt conciliaret, sed reconciliaret: ut ostēdat quod & antea conciliata fuerit humana natura, ut pote in sanctis, & ante legem. In uno corpore, inquit, ipsius uidelicet Dei. Quomodo istud factum est? pęnam, inquit, quę debebatur, ipse luit per crucem. [Peremptainimicitia per ipsam.] Nihil his dictionibus propriū magis, nihil expressius. Mors M ipsius inimicitiā interemit, uulnerauit, ac perdidit. Non præcepit alij cuiquam hoc negocii, neque operatus est tantum, sed & passus. Non dixit, soluta, neque sublata, sed quod omnium erat uehemētissimum, peremptā inimicitia. Itaque nō excitetur amplius. Quō igitur excitatur? A multa nostra malitia. Nā donec in corpore Christi māserimus, donec fuerimus adunati, non excitatur, sed iacet emortua: imò uerò illa nū quam excitatur. Si verò aliam quampiam parturierimus, non amplius ad eum pertinebit, qui priorem sustulit, ac peremit, Tu sanè aliam parturis. Affectus enim carnis, inquit, inimicitia est aduersus Deum. Si ni Ro. 8.b hil carnale sapuerimus, non generabitur altera, sed pax illa manebit.

Morale.

Cogita siquidem quam sit enorme, siqñ tanta conciliationis nostræ gratia moliente perficiēteque Deo, ad inimicitiā denuò fuerimus reuersi. Eam certè non amplius baptisma, sed gehenna, non iam remissio, sed aeris inquisitio, ac condemnatio mnne ret. Affectus carnis sunt deliciæ, ac uoluptatum oblectamenta. Affectus carnis sunt auaritia, & omne peccatū. Quamobrē affectus carnis dicūtur, quū tñ nihil horum sine anima fiat? Nō hoc ideo dicit, ꝙ carnē culpet, ac traducat. Quādoquidem, & cùm A dicit, Aīalis homo, animā non ideo crimi- 1. Cor. natur. Neque enim corpus, neq; anima ēt 2.d in seipsa, nisi supernum adsit auxilium, ad generosum quid & magnum præstandum suffecerit. Propterea uocat illa animalia, quæ per seipsam operatur anima: & carnalia illa, quæ ex seipso facit corpus. Non quòd illa sunt naturalia, ideo perdunt, sed quòd cœlesti moderatione potita nō sunt. Alioqui & ipsi oculi boni sunt, sed sine lumine innumera mala perpetrant, quod infirmitatis illorum est. Si uerò naturalia in se mala essent, nunquā utiq; ut oportet bene illis usi fuissemus. Nihil enim quod naturale sit, malum est. Quid igitur sunt affectus carnales? Peccata. Peccatum enim quando supra aurigam ✠ eleuatum] obtinuerit, mille mala parit. Virtus enim ca- † superiores. nis est, animæ subditam. Malitia uerò est, quando caro dominatur animæ. Quemadmodum igitur bonus quidem est

equus

equus & robustis cruribus vtilis, sine ta-
B men auriga nullum huius specimen de-
dit:ita & caro, si quando lasciuiam illius:
præciderimus. Sed neq; auriga probatur si-
ne scientia. Etenim & ipse peiora illis de-
signabit. Itaq; vbique cura & inspectione
opus est. Spiritus, qui resti summa ac mo-
derationem habet, aurigam et firmiorem
facit. hic videlicet & animã & corpus ac-
curatè adornabit. Quemadmodum enim
anima quæ corpori ineſt, bonũ illud qui-
dem ostendit, qñ verò illa energia sua cor
pus destituerit, ac dereliquerit, quemad-
modum si pictor colores præter ordinem
confuderit, multa turpitudo fit, vnoquo-
que membrorum ad corruptionem ac dis
solutionem properante: ita & spiritus, si tã
corpus quàm animam desolationi permi
serit, peior fit ac maior turpitudo. Noli
itaque corpus, propterea, quòd minoris est
quàm sit anima, improbare. Neque enim
animam ego improbare audeo, propterea
quòd nihil præter spiritũ præstare valet.
Quòd si quid hic omnino culpãdum: ani-
ma magis accusanda fuerit, quàm corpus.
Nam corpus quidem nihil mali absque
anima designat, anima verò vicissim mul
ta mala sine corporis vsu cõmittit. Tabe-
scente si quidem & nihil minus quàm la-
sciuiente corpore, multũ illa malorũ ope-
C ratur: quemadmodum incantatores illi &
magi, & qui inuidia laborant & uenefici,
corpora sua potissimum tabefaciunt. Pro-
pterea neque deliciæ ad corporis necessita
tem pertinent, sed magis animæ cognitioi
admetiendæ sunt. Cibus enim, nõ deliciæ,
corpori necessarius est: si frenum diligen-
ter & acriter immisero, equum facilè re-
pressero. Animam verò corpus in malis
ipsius cohibere non potest. Quam ob rem
igitur affectum ipsum carnis vocat? Eo q̃
totum carnis sit. Tum enim caro peccat,
quando primas obtinuerit, mentemq̃; &
animæ principatũ abstulerit. Virtus itaq;
corporis in hoc est, vt animæ morẽ gerat,
alioqui in se nec mala est, nec bona. Quid
enim ex seipso faciet corpus? Bonum itaq;
est coniunctione propter subiectionem,
alioqui nec bonum nec malũ, sed vel ad
illud vel istud, idoneum ad utraq; motum
habens. Corpus concupiscit, at neq; forni
cationẽ, nec adulterum, sed simpliciter cõ
mistionem. Corpus concupiscit, uerũ non
delicias, sed cibum: non ebrietatem, sed
potum. Quòd enim ebrietas, nõ sit corpo-
ris cõcupiscentia, uide quomodo, si quã-
do mensuram trãgressus fueris, corporis-
que fines excesseris, nihil curet aut cõple-
ctatur amplius: alioqui reliqua omnia ani
mæ sunt, quando uidelicet in ea quæ car-
nalia sunt, delabitur, quando ueluti incraſ
satur. Licèt enim bonum sit corpus, uehe-
menter tamen infra animam est, quemad-
modum infra aurum est plumbum: & ta-
men ut adglutinato plumbo opus habet
aurum, ita & corpore aĩa: & sicut nobili
quidem puero, pædagogi tamen opera ne-
cessaria est. Quemadmodũ igitur, qñ quæ
pueri agunt, puerilia uocamus, non ex eo D
ætatem illorum, sed quæ in ea ætate com-
mittuntur taxamus: ita & corporis habet
ratio. Verùm, si uoluerimus, licebit nõ esse
in carne, ut neque in terra, sed in cœlis &
spiritu. Esse si quidem alicubi, non tã iux-
ta situ localẽ, dicitur, quàm iuxta affectũ.
Atque ita multos alicubi existentes, illic
non esse contendimus, dicentes: hìc non
fuisti. Et quid dico? Sepænumero dicimus:
Non es apud teipsum, non sum in me ip-
so. Atqui quid corporalius eo, quo quis-
que sibijpsi proximus est? Et tamen non
dicimus eum ideo esse in seipso. Itaque in
nobisipsis cõstituti in cœlo & in spiritu,
maneamus in pace & gratia Dei, ut omni-
bus liberati carnalibus promissa bona cõ
sequi ualeamus, in Christo Iesu domino
nostro, cũ quo sit patri, simul & Spiritui
sãcto, gloria, imperium atque honor nunc
& semper, & in secula seculorum, Amen. E

Homilia sexta.

ET ueniẽs euãgelizauit pacẽ uobis qui
lõgè aberatis, & illis qui propè: qñ p
ipsum utrique habemus aditũ ad patrẽ in
uno spiritu. Itaque non estis amplius ho-
spites & ĩcolæ, sed cõciues sanctorũ, ac do-
mestici Dei superstructi super fundamẽtũ
Apostolorũ & prophetarũ, summo angu-
lari lapide existẽte ipso Christo in quo to-
ta structura coaptata, in templum sanctũ
crescit, in Domino, in quo & uos pariter
ædificamini in habitaculũ Dei, in spiritu.
Neque alium, inquit, misit, neque per aliũ
quempiam pacem uobis nunciauit: sed ip
se, per seipsum. Nec Angelum huc aman-
dauit, nec Archangelum. Quandoquidem

dem tot moderi malis quæque fiebant annũciare, nullius erat alterius, sed suiipsius aduentus, ministri ac propè diaconi sumpta conditione dominus aduenit. Et euangelizauit pacem uobis qui procul aberati, & illis qui propè Iudæos intelligit propè existẽtes, nobis collatos. Quoniam per
F ipsum habemus auditum utriq; ad patrẽ,
Io.14.d in uno spiritu: pace, inquit, ad Deum nos
Io.16.g cõciliauit. Nam & ipse dixit: Pacem relin-
Ibi.14.b quo uobis, pacem meam do uobis. Et ite-
Ibi.16.f rum: Bono sitis animo, ego uici mundum. &, Quæcunque petieritis in noĩe meo, accipietis. Et rursus: Quoniã pater uos amat. Ista pacis sunt indicia. Et præterea quomodo? Quoniam per ipsum aditum adepti sumus in uno spiritu. Nõ uobis minus, Iudæis uerò plus obtigit. Sed una utrinque gratia. Nam iram quidem morte sua sustulit, amicos uerò nos patri reddidit per spiritum. Ecce rursus, in, idẽ est quod, per, hoc est per seipsum & spiritum adduxit nos ad patrem. Itaq; non estis amplius hospites & incolæ, sed conciues sanctorum. Vides qđ non simpliciter dicit, Iudæorum, sed sanctorum, ac magnorum illorum virorum,
& Abra- † qui cum Abraham sunt, cum Moyse, &
ham, Moy- Helia,] cum quibus in eandem ciuitatem
ſe, & He- descripti sumus? In hanc videlicet declara-
lias. mur (qui enim talia dicunt, inquit, patriã se quærere declarant) nõ iam hospites sanctorum, neque incolæ. Nam qui cœlis poIoã. 8.d titur non sunt, incolę sunt. Filius enim, inquit, manet in æternũ. [Et domestici Dei.] Quod illi tantis laboribus ab antiquo adeptum habebant, istud nobis per gratiam Dei paratum est. Ecce uocationis spem, [Superstructi super fundamentum apostolorum ac prophetarum.] Vide quo omnia
G cõmiscet, Græcos, Apostolos, Prophetas & Christum, & nunc quidem corporis, nunc uerò structuræ exemplo coniunctionem istã ob oculos ponat. Superstructi, inquit, super fundamẽtum apostolorum: hoc est, fundamentum sunt apostoli ac prophetæ. Et primum ponit apostolos, qui tũ tẽpore posteriores sunt. Hoc sanè dicens, ostẽdit illos esse fundamentum, totũ tamẽ vnam esse structuram & radicem vnam. Intellige hic & gentes fundamenti loco patriarchas habere. Hic certè quod propriũ est, magis dicit, quàm dum insertionis alicubi meminit: illic magis cõglutinat. Deinde omnia continens, inquit, Christus est. Sũmus enim angelaris lapis, & parietes cõtinet & fundamenta. In quo tota structura. Vide quomodo coniunxerit. Nunc quidem supernè totum corpus cõtinentem, & conseruantem, nũc verò infernè & structurã sustinentẽ, & radicem existentem induHic su. cit. Illud verò, quod suprà dixit, ut duos cõderet in seipso in unum nouũ hominẽ, per istud declarauit, quod ostendit Christum utrosque parietes per seipsum coniũxisse, eo quòd in ipso conditi sunt. Et priCol. 1.b mogenitus, inquit, omnis creaturæ. Hoc est, ipse sustinet, ac portat omnia, in quo tota structura coaptata est. Quicquid dixeris, siue fastigiũ, siue parietes, siue quicquid aliud fuerit, totũ ipse baiulat. Alibi H & fundamentum ipsum vocat. Fundamẽ- 1.Cor. tum enim aliud, inquit, nemo põt ponere 3.c prærerquàm quod positum est, quod est Iesus Christus. In quo tota structura coaptata. Declarat & ipsa exacta structuræ consummatio, non posse aliter poni eum, qui non cum multa diligentia uixerit. [Crescit enim (inquit) in templum sanctum, in domino, in quo & uos pariter ædificamini.] Sępius hoc dicit: In templum, in habitaculum Dei, in spiritu. Quid sibi uult illa structura? Vt inhabitet Deus in isto templo: & 2.Co. 6. quisq; uestrum, inquit, templum est, & cõ- d muniter omnes, & uelut in Christo corpore habitat, & tanquàm in templo spirituali. Non dixit, prosodon, accessum: sed, prosagogẽ, id est, introductionẽ. Non.n. à nobis ipsis accessimus, sed ab ipso introducti sumus. Nam nemo, inquit, uenit ad pa- Io. 14.a trem, nisi per me. Et iterũ: Ego sum uia, Ibidem. ueritas, & uita. Coniungit etiam illos sanctis. Rursus ad primũ redit exẽplum, nequaquã à Christo elõgarit permittẽs. Ista utiq; structura usq; ad aduentum Christi pertingit. Et propterea sanè Paulus dixit: Vt sapiens architectus fundamẽtũ posuit. 1.Cor. Et iterum: Quoniã fundamentũ est Chri- 3.b stus. Quidnam hoc est, Vides quòd ea, quę Ibidẽ. c causæ subiecta sunt, animaduertere oporI teat? Hoc autem non simpliciter de exemplis dixerim, ut quando patrem suum agricolam, & seipsum radicem facit. [Huius rei gratia ego Paulus uinctus sum Iesu Cap. 3. Christi, pro uobis gentibus.] Dixit de multa Christi cãra & prouidentia: egreditur deinceps & ad suam ipsius, modi-

cam quidem & admodum nullam, ad eã, quæ Christi est, collatam, sufficientem tamẽ & ipsam ad attrahendum illos. Huius, inquit, rei gratia & ego vinctus sum. Nã si dominus meus crucifixus est pro vobis, multò magis ego uincior. Non solum vinctus fuit ipse, sed & seruos suos in vincula coniici permittit. Pro vobis gentibus. Multa emphasis hic est. Non solum, inquit, nõ abominamur vos, sed & vincimur propter vos, & ego quoque qui tanta potius sum gratia. [Siquidem audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vos.] Vaticinium illud subindicat, quod de se ad Ananiam in Damasco factum est, quando
Acto. 9. c illi dicebat dominus: Vade, quoniam vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus ac regibus. Dispensationem gratiæ, reuelationem intelligit, quasi dicat: Non didici ab homine. Et propter vos vni mihi reuelare gratiam istam
K dignatus est dominus. Ipse nanque ad me dixit: Vade, quoniam ad gentes procul amandabo te. Siquidem audistis: Dispensatio quippe magna erat, quòd hominem
Ibidẽ. a nulla ex parte persuasum, cœlitus vocabat ac dicebat: Saule Saule, quid me persequeris? luceque illa ineffabili excæcabat. Siquidem audistis, inquit, dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vos. [Quòd secũdum reuelationem notum mihi factum sit mysteriũ quemadmodũ antè scripsi paucis.] Fortè per aliquos manifestauit, aut propter multos scripsit. Ostendit autem hic totũ esse Dei, nihilque nos attulisse. Quid enim, dic quæso? Paulus ille magnus, & admirabilis, legem edoctus
b. 22. a ad pedes Gamalielis diligenter & exactè eruditus, num gratia saluatus est? Mysterium enim est, quòd gentes in maiorem, quàm Iudæorum sit, nobilitatem continuò ascendunt euehuntur. Quemadmodũ antè scripsi in modico, id est, breuibus. [Scripsi paucis. Iuxta quod potestis legen-
πρὸς ὅ. tes intelligere.] Papè, itaque neque rẽ oẽm scripsit, neque quantum scribi oportebat. Sed hic quidem istud rei natura, alibi verò auditorum ignauia fecit, vt apud Hebræos & Corinthios. Iuxta quod potestis legẽtes intelligere. [Cognitionem meam
L in mysterio Christi.] Hoc est, quomodo intellexerim, quomodo cognouerim, siue illaquæ dixit Deus, siue quòd ad dexteram illius sedet Christus. Deinde & dignitatẽ illã, nimirũ q̃ ita non fecerit Deus cuiuis genti, & qualis sit gens ista, quam ad hunc modũ dignatus est Deus. [Quòd aliis ætatibus non innotuit filiis hominũ, quemadmodũ nunc reuelatum est sanctis apostolis eius ac prophetis in spiritu.] Quid igitur, dic quæso? Non cognouerunt ista Prophetè? Quomodo ergo dicit Christus quoniã Moses ac prophetæ ista de me scripserunt? Et iterũ: Si credidissetis Moysi, credidissetis vtique & mihi. Et rursus: Scrutamini scripturas quoniam putatis uos in illis uitã æternam habere. Et illæ sunt, quæ mihi testimonium ferunt. Hoc dicit, aut quòd non omnibus hominibus reuelatũ sit hoc mysteriũ. Adiecit enim q̃ aliis ætatibus uel generationibus non innotuit filiis hominũ, quemadmodũ, nunc reuelatũ est: aut q̃ ita non innotuerit, rebus ipsis & operibus, quẽadmodum nunc reuelatum est sanctis apostolis eius ac prophetis in spiritu. Perpende siquidem: ipse Petrus, nisi audisset ex spiritu, ad gentes vtique non accessisset. Audi nanque quid dicat: Dedit igitur illis, inquit, Deus spiritum sanctum quemadmodum & nobis: hoc est, elegit illos Deus in spũ, ut gratię cõmunionẽ ac- M
cipiãt. Prophetæ itaq; prædixerunt quidẽ ista, adeò tñ exactè nõ cognouerũt: q̃nquidẽ ea neq; ipsi apostoli planè tenuerunt, etiam posteaquã audissent. Multùm enim excellebant humanã cogitationẽ cõmunẽque spem. [Cohæredes esse gentes, & eiusdẽ corporis cõsortesq; p̃missionis.] Quid est cohæredẽ esse consortẽq; promissionis, & eiusdẽ corporis? Hoc uidelicet est magnũ illud, unũ esse corpus: hæc est magna illa propinquitas. Quòd uocandæ essent gentes, nouerunt quidẽ prophetæ, tantum uerò huius rei nõ nouerunt. Nam hoc uocat mysterium promissionis. In sorte promissionis Dei erãt Israelitæ, & illorũ consortes factæ sunt gentes. [In Christo per euangeliũ. Hoc est, q̃ euãgeliũ & ad gentes mittendũ sit, & q̃ illi essent crediturí. Nõ enim simpliciter, sed per euangelium inquit. At istud quidem, nihil magni fuerit. Exiguũ enim est: sed aliud quiddã nobis, quod maius est, reuelat Deus: nimirũ, quòd non solũ homines, sed neq; Angeli, neque archãgeli, nec alia quæpiam creata potestas istud cognouerit. Mysteriũ enim erat

Ioã. 5. g
Ibidẽ.

erat nondum reuelatum, cognitionē meā, inquit, intelligere poteſtis. Fortè quod illis & in Actis dixit, quā habeat cognitionem, nempè quòd & gentes ad iſtā gratiā debeant vocari, hoc vocat hic ſuam ipſius cognitionem in myſterio, de quo ſuprà dixit, ꝙ in ſeipſo duos condiderit in vnum nouum hominem. Nam ex reuelatione & hìc didicerat & Petrus, quòd gentes abominabiles haberi non debeant. Atq; hoc eſt, quod & in apologia ſua Petrus dicit: [Cuius factus ſum miniſter, ſecundum donum gratiæ Dei, quæ data eſt mihi, iuxta efficaciā potentiæ illius.] Dixerat: Huius rei gratia uinctus ſum, ſed rurſus totum Deo adſcribit. Secundum donum ipſius, inquit, ſecundū potentiā doni ipſius, honoris huius dignitas obtigit. Sed nō ſuffeciſſet donum, niſi * & potentiam illi indidiſſet.

A

Sup. 2. c

Hic ſu. a

Morale.

Re uera quippe magna fuit hìc potentia, nec ſuffeciſſet humana diligentia. Nā tria cōtulit ad prædicationem Paulus: Alacritatē, videlicet, feruidā & audentem, animū nihil nō ferre paratū, & intellectū, ac ſapientiā, (neque. n. ſatis ad hanc functionem fuiſſet animus ad pericula intrepidꝰ) deinde & potentiam ſpiritus & vitam inculpatā. Contēplare verò quod ad ipſum primū attinet, atq; audi quid ſcribat. Vt non uituperetur, inquit, miniſterium noſtrum. Et iterū: Adhortatio ſiquidē noſtra, nō ex errore, neq; ex immunditia, neq; in ſermone adulādi, nec in occaſione auaritiæ. Vides integritatem, quæ nullo pacto culpari queat? Et rurſus: Procurantes quæ bona ſunt, non ſolū coram domino, ſed & coram hominibus. Deinde poſt iſta: Singulis diebus, inquit, morior per noſtram gloriam, quam habeo in Chriſto Ieſu. Et iterū: Quis nos ſeparabit à dilectione Chriſti? Tribulatio? aut anguſtia? aut perſequutio? Rurſus: In multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in perſequutionibus, in anguſtiis, in plagis, in cuſtodiis. Deinde quantum attinet ad diſpenſationē ipſius, audi: Factus ſum, inquit, Iudęis tanquam Iudæus: illis qui ſine lege ſunt, tanquā & ipſe ſine lege: his qui ſub lege ſunt, velut ſub lege eſſem. Raditur etiam & innumera facit. Quod uerò omniū eſt caput, iſta omnia facit in potentia ſpiritus ſancti. Non. n. audeò quicquam loqui, inquit, eorū, quæ Chriſtus per me non fecerit. Et iterū: Quid. n. eſt, in quo reliquis eccleſiis inferiores ſitis? Et rurſus: Nihilo. n. minor fui illis, qui excellētes ſunt apoſtoli, etiā ſi nihil ſum. Sine his uerò, quæ cōmemoraui, erat iſtud impoſſibile. Nō igit propter ſigna ipſius fideles facti ſunt. Neq; enim ſigna hoc fecerūt, neq; p illa magna de ſe ſentiri permouit, ſed aliūde. Oportet enim, vt irreprehenſibilis fuerit, diſpēſandi muneris ſui peritus, in quod vis periculū ſeſe proiiciens, & ad docēdum appoſitꝰ. His videlicet plura quàm miraculis, promotū eſt. Iſta ſi fuerūt, nihil opus erat miraculis. Quin perpēdamus illū, ēt ante miracula, innumera talia præſtitiſſe. Nunc uerò, quū nihil horū habeamus, nihil nō obtinere præſtareq; uolumus. At cùm alterū diuellitur ab altero, quod reliquū eſt, inutile reddit. Quæ nāq; fuerit vtilitas, ad nullū pallere periculū, vita exiſtēte reprehenſibili? Si. n. lumen, inquit, quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quātæ? Rurſus, quis fructus erit vita eſſe inculpata, ſegnis ſi fueris ac ſomnolentus? Niſi. n. crucē ſuā quis tulerit, meq; ſequutus fuerit, inquit, nō eſt me dignus. &, Niſi poſuerit quis animam ſuā pro ouibus. Quis uerò ſperabitur profectus, ſi etiā his exiſtētibus vtriſq; nō fueris tn ad obeundam diſpenſationē accommodus, noueriſq; qūo vnicuiq; reſponde re oporteat? Quòd ſi ſigna nō fuerint, ſint nobis tamen utraq; iſta. Veruntamē licèt tāta ex ſeipſo attulerit apoſtolus, totum tamen gratiæ adſcripſit. Iſtud autē grati eſt famuli. Nos uerò vtiq; nōdum cognouiſſemus ipſius virtutes, niſi rerum fuiſſet neceſſitate adobrutus. Nū igitur digni ſumꝰ, qui uel mentionē faciamus Pauli? Ille licèt gratiā habuerit adiutricē, cōtentus tamē nō fuit: ſed & mille pericula quæ ſuſtinuit, veluti tributum intulit ac penſitauit. Nos aūt, qui fiducia illa deſtituti ſumus, vnde, dic q̄ſo, ſperabimus nos uel cōſeruaturos eos, qui chriſtianæ fidei iam dediti ſunt, uel acquiſituros eos qui nōdū acceſſerunt, homines deliciis hactenus dediti, refocillationemq; vbiq; quærentes, & pericula ne in ſomnis quidē ferre valentes; immo neq; volentes etiam, & præterea à Pauli ſapientia non minus diſtantes, q̄ à cœlo terra? Propterea & diſcipuli noſtri

Ro. 15. d

2. Co. 11 b

C

Matt. 6. c

Ibi. 10. d

Joā. 10. b

D

multum

2. Cor. 6 a

1. The. 2. a

B

Ro. 12. d

1. Co. 15 d

Ibi. 8. g

2. Co. 6. a & 11. c

1. Co. 9. d

multũ ab illis qui tum erant, defecerunt:
οἱ πρω. μὴν. qñquidem & illorum temporum discipuli, meliores erant, quàm nunc sunt doctores, qui tum in mediis populis & à tyrannis, minarum insultus omniumq; mortaliũ vndiq; hostiles inimicitias passi, neq; tamen uel tantillum deiecti, aut à sententia deflexi sunt, Audi quippè quid Philippensibus dicat: Quoniam vobis, inquit, datum est pro Christo, ut non solùm in ipsũ credatis: sed & pro illo patiamini. Et Thessalonicensibus iterum: Quoniam, inquit, imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ in Iudæa sunt. Et Hebræis scribens, dicit: Et direptionem facultatum vestrarum cũ gaudio accepistis. Colossensibus autem testimonium fert, dicens: Mortui enim estis, & vita vestra abscõdita est, cũ Christo ī Deo. Et hos ipsos multa tulisse pericula testat: Galatis verò scribens, dicit: Tanta passi estis frustra, siquidem & frustra. Et vides istos omnes iustitiæ studio deditos fuisse. Propterea & ipsa gratia tum efficax fuit, Et ob eam rem illi in virtutibus vixerunt. Corinthiis autem quid scribit? Audi: Quos multis modis culpauerat, nunquid & illis ipsis virtutum tũ testimonium adfert, cùm dicit: Sed zelum vestrum, sed desiderium vestrum? Et quæ rursus de his rebus ad eos dicit, illa nunc neque in doctoribus quisquam deprehenderit. Itaq; illa omnia cessarunt, ac perierunt. In causa verò est, quod charitas refriguit, & quod peccatores non castigantur. Audi namque ipsum ad Timotheum scribentem, ac dicentem: Peccãtes, inquit coram oĩbus argue. Et quòd principes ægrotant. Capite siquidẽ non existente sano, quomodo reliquũ corpus validũ manebit? Vide igitur, quanta sī rerũ turbatio. Quin rectè viuendo, rectamq; quoquo modo fiduciã obtinendo, ipsam mortium cacumina apprehenderãt, è medio sublati, & uelut ab hostili alienoque, & minimè domestico corpore amissi sunt. Corrupti verò, quique innumeris malis scatent, in ecclesias irruperunt. Venales facti sunt principatus. Mille hinc mala nascuntur, & tamẽ nemo est qui corrigat, nemo qui reprehendat: sed viam quandam, atque sequelam nacta est hæc merces. Peccauit quispiã, culpatusq; est? Is non in hoc laborat, vt innocentem se ostendat, sed vt criminũ socios reperire liceat. Quid patior, ac turbor, quum gehennæ minæ obiectæ sint? Credite mihi, nisi illic nobis Deus supplicium reseruasset: maiores ttagœdias singulis diebus videritis, quàm unquam Iudaicæ calamitates fuerũt. Quid n. (sed nemo molestè ferat, neque enim nominatim dicam) siquis ecclesia ingressus, postulatis ac statis ad iudiciũ uobis, qui nobiscum nunc hìc estis, inquisitionem faceret? immo uerò nunc, sed si circa pascatis diem quotquot accesserunt, ad baptizati sunt, post mysteriorum participationem diligenter quis scrutatus esset, tali accepto spiritu, vt exactè, quicquid egissent, cognouisset, multa sanè Iudaicis malis grauiora deprehendisset. Nam inuenisset utiq;, qui & auguriis, & diuinationibus, & incantationibus vsi essent: inuenisset & scortatores & adulteros, & ebrietati deditos, & cõuiciatores: auaros nolo dicere, ne quos hìc fastium tangam. Quid uerò siquis scrutatus esset quotquot in vniuerso orbe accedũt, quodnam putas non repertisset delictum? Quid si principes? Nunqd deprehendisset pecuniarum cupidos? num principatuum emptores? num inuidos? nũquid tortores? nunquid uanæ gloriæ deditos? heluones? pecuniarum seruos? Quid igitur malorum expectandum non erit, posteaquàm tanta obtinuit impietas? Et vt discatis, quanto supplicio sint obnoxii, qui peccatis hisce detinentur, respicite vetera. Sacram pecuniam furatus erat homo militaris vnus, & omnes periclitabantur. Scitis historiã? De Charmi illo loquor, qui de anathemate subtraxerat. Propterea & propheta dicebat. Repleta est regio illorũ diuinationibus uelut regio alienigenarum. Nunc uerò, quum innumera vndiq; scateans, mala, nemo tamen est, qui quicquam metuat. Terreamur deinceps. Nouit Deus & iustos cum impiis punire, quemadmodum & cum Daniele, & cum tribus illis pueris, innumerisq; aliis factum est, quemadmodum & in bellis quandoque, & nunc usũ uenit. Nam isti quidem proprerea quòd tam peccatorum grauitatem habent, tollũtur: illi uerò non hac causa. Propter hæc omnia, attendamus nobis ipsis. Non videtis bella? Non auditis quæ præstò sint calamitates? An his nõ erudimini? Gentes atque vrbes integræ submersæ perierunt, tot hominum myriades apud barbaros seruiunt.

Phi. 1. d E
1. Thes. 2. c
Heb. 10 g
Col. 3. a
Gal. 3. a
2. Cor. 7. c
1. Tim. 5. c
F
ἁπάξια.
Ios. 7. 2. & seq.
G
H

UNIVERSIDAD DE MURCIA

seruiunt. Quòd si gehennæ metu non resipiscimus, resipiscamus vel horum gratia. ✠ Et si minæ istæ non essent, nunquid ex his rebus, quæ iam euenerunt, sapere debebamus?] Magnas illi dederunt pœnas. Nos verò maiores luemus, vt qui ne horum quidem calamitatibus refrenamur. Dutus & onerosus sermo. Noui & ego. Verùm si attenderimus, nõ inuti lis. Neque enim ad gratiam mihi loquẽdum nunc est, immo nunquam, sed semper ea dicenda, quę animam contrahere, castigareque valeant. Ea nanque nobis futura bona causabuntur, quę contingat nos omnes consequi gratia & benignitate, &c.

Homilia septima.

I MIhi omnium sanctorũ minimo data est gratia hæc, vt inter gentes euãgelizem imperuestigabiles diuitias Christi, & in lucem proferam omnibus, quę sit dispensatio mysterii, quod erat absconditũ à seculis in Deo, qui vniuersa condidit p Iesum Christum, ut manifestetur nũc principatibus, ac potestatibus, in cœlestibus, p ecclesiam, vehementer uaria sapiẽtia Dei, secundùm præfinitionem seculorum, quã fecit in Christo Iesu domino nro.] Qui se conferunt in medicorum officinam, illis non solùm eò simpliciter eundum est, sed curandum, vt discant, quomodo curentur, ac pharmacis vtanturtita & nobis, qui huc conuenimus, non hoc tantummodo agendum, sed discendum fuerit, quanta sit Paulinę modestię excellentia. Posteaquàm enim diuinæ gratiæ magnificentiã prædicaturus est, audi quid dicat: Mihi omniũ sanctorũ minimo data est gratia hæc. Animi quidem erat dimissi, & super prioribus peccatis, deletis etiam, lamentabatur, illorumque recordabatur, ac modestiam tenebat: ut quando seipsum blasphemum vocat, & persequutorem, & cõtumeliosum. Verum huic quod iam dicit, nihil poterit cõferri. Primùm enim, inquit, talis eram. Et abortiuum etiam se uocat. Quòd verò post tantas virtutes, & in eo, quòd præsens erat, adeò modestus est, ut & omnium se minimum esse dicat, multæ & excellentis est modestiæ. Mihi omnium sanctorum minimo, non dicit, apostolorum, itaque & illud isto minus est. Nam illic dicit: Non sum dignus, vt uocet apostolus, hic verò & sanctorum omnium se minimũ esse dicit: Mihi, inquit, sanctorũ omnium minimo data est gratia hæc. Quæ? Vt euangelizem ĩ gẽtibus imperuestigabiles diuitias Christi, & illuminem quosuis, quæ sit dispensatio mysterii à seculis absconditi, in deo qui condidit omnia per Iesum Christum: vt manifestetur nunc principatibus, ac potestatibus in cœlestibus, per ecclesiam, vehementer varia illa sapientia Dei. Fac hominibus non fuisse reuelatũ: Nunquid & angelos & archãgelos, principatusque ac potestates illuminas? Vtiq; inquit. Atqui cũ in deo fuerit absconditum, in Deo, inquã, qui uniuersa condidit per Iesum Christũ quomodo audes hoc dicere? Sed quomodo hoc manifestũ factum est angelis? Per ecclesiam. Non dixit autem simpliciter, varia Dei sapientia, sed vehementer varia. Mysterium itaque istud, quid fuerit, ignorabant angeli. Nam si principatus ignorabant, utiq; multò magis Angeli. Quid igitur? Num & archangeli non cognouerunt? Neque etiam illi. Vnde cognituri? Quo reuelante? Quando videlicet illud nos cognouimus, tum per nos & illi: Audi enim quid ad Iosephum dixerit Angelus: Vocabis, inquit, nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis suis. Nam ipse Paulus ad gentes missus est: illi verò ad circuncisionem. Admirabilius itaque est & stupendum, quòd dicit: Mihi minimo data est gratia hæc. Erat autem & hoc gratiæ, quòd exiguo maiora illa concredebantur, vt esset eorum euangelista. Qui enim maiorum sit euangelista, hoc ipso magnus est. Vt euangelizem in gentibus imperuestigabiles diuitias Christi. Si diuitiæ Christi, etiam postquàm manifestatæ sunt, imperuestigabiles fuerunt: Multò magis ipsa essentia: siquidem mysterium adhuc est. Nam mysterium ipsum propterea vocat, quòd illud neque angeli cognoscebant, neque cuiquam alteri notum erat. Et illuminem quosuis, vt sciant, quæ sit dispensatio mysterii à seculis absconditi, in Deo, qui condidit vniuersa per Iesum Christum. Hoc solùm sciebant Angeli, quòd portio domini esset populus eius. Et iterum: Princeps, inquit, Persarum restitit mihi. Nihil itaque

Nũ & a sunt linæ? n non re ipsa euene- runt?

1. Tim. 1.c

ad Tit. 3.a 1.Co. 15.a

K

Ibidẽ. b

L

Mat. 1.d

ἐνέργεια

M

Dan. 10.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

M mirum, si & hoc ignorarunt. Si enim quæ ad remigrationem è Babylone concernebant, ignorarunt: multò magis & ista. Euã-
Mat. 1. d gelium nanque istud est: Qui saluum faciet, inquit, populum suum Israel. Nihil hic de gentibus: sed de gentibus reuelat spiritus. Itaque quòd vocatæ essent, sciebant: quòd verò ad eãdem Israelis sortem vocatæ essent, & ad hoc, vt iuxta thronum Dei collocarẽtur, istud sanè quis expectasset? quisnam credidisset? Absconditi, inquit, in Deo. Istam autem dispensationem in ea quæ ad Romanos est euidentius reuelar. In Deo, inquit, qui condidit vniuersa per Iesum Christum. Benè huius meminit dicens: per Iesum Christum. Qui enim vniuersa per ipsum condidit, is & hoc mysterium per ipsum reuelat. Nam sine ipso ni-
Ioã. 1. d hil fecit. Nihil enim, inquit, sine ipso factũ est. Cùm dicit, principatus, & potestates: tã superiores, quàm inferiores intelligit. Secundùm præfinitionem seculorum. Nunc quidem factum est, inquit: non autem nũc primùm definitum, sed olim ad initio præfiguratum est. Secundùm præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro. hoc est, secundùm præscien-
A tiam seculorum, futura præuidens, quæ futura secula dicit. Cognouit enim futura, atque ita definiuit. Secundùm præfinitionem seculorum. fortè eorum, quæ fecit in Christo Iesu. Vniuersa verò per ipsum facta sunt. [In quo habemus (inquit) audaciam & aditum in fiducia, per fidem ipsius.] Non adducti sumus uelut captiui, neque tãquam veniam rogantes, neque vt solent qui peccarũt. Et audaciam, inquit, habemus in fiducia. Hoc est, cum confidẽtia. Vndè? Per fidem ipsius. [Propterea peto, ne deficiatis ob afflictiones meas quas pro uobis sustineo, quæ est gloria vestra.] Quomodo pro illis? Quomodo illorum est gloria? Quoniam illos Deus vsqueadeò dilexit, vt & filium suum pro illis dederit, & serui sui illorum gratia malis afficerentur. Vt enim illi tantis potirentur bonis, vincula expertus est Paulus. Istud vtique multæ erat erga illos diuinæ dilectio
Ose. 6. b † occidi eos per uerbo oris mei. nis indiciũ, quod quidem & de prophetis suis dicit Deus, † Occiderunt, inquit, eos propter verbã oris mei.] Quomodo verò defecissent propter alterius afflictionem, Si, videlicet, perculsi turbatique fuissent, Ista & Thessalonicensibus scribens, dicit? Ne quisquã turbetur in afflictionib. istis. Non enim non dolere duntaxat, sed & gau-
B dere oportet. Nam si à vaticino consolationem admittitis, ecce prædicimus uobis affligendos nos hic fore. Quamobrẽ? Qm̃ ita disposuit dominus. [Huius gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paterna cognatio tã in cœlis, quàm in terra nominatur.] Quo affectu pro illis precatus sit, ostendit. Non dicit simpliciter, oro, sed per id quod dicit: Flecto genua mea, ita se precari declarat, quomodo solent, qui rebus afflictis anxii precantur. Ex quo omnis paterna cognatio. Non amplius, inquit, secundùm angelorum numerum ac rationem tantùm, sed eam intelligit cognationẽ, vnde & quę suprà, & quæ infrà sunt, tribus fiunt, non quales Iudaicæ illæ. Vt det vobis secundũ diuitias gloriæ suę, consolidari virtute per spiritum suum, in internum hominem, vt inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris. Vide quàm insatiabiliter illis bona imprecatur, ne quo pacto circunfertantur ac fluctuent. Quomodo verò fit istud? Per Spiritum sanctum, inquit, in internum vestrum hominem, vt inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris. Quo?
[Fixis in charitate radicibus, vt ualeatis comprehẽdere cum omnibus sanctis, quæ
C sit latitudo, quæ longitudo, quæ profunditas, & sublimitas, cognoscereque præcellentem cognitionis Christi dilectionem.] Quod statim exorsus precatus est, idem precatur & nunc. Quid autẽ & in principio illis optauit? Vt Deus dñi nostri Iesu Sup. 1. d Christi, inquit, pater gloriæ, det nobis spiritũ sapientiæ ac reuelationis, in cognitione ipsius, illuminatos, videlicet, oculos cordiũ vestrorũ: vt sciatis quæ sit spes vocationis ipsius, & quã opulẽta gloria hæreditatis ipsius in sanctis, & quæ sit excellens magnitudo potentiæ ipsius in nos, qui credimus. Et nunc idem dicit, vt possitis comprehẽdere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, quę longitudo, quæ profunditas, & sublimitas. hoc est, vt cognoscatis mysteriũ, quod pro nobis dilig̃ter dispensatum est. Quæ sit latitudo, longitudo, profunditas, & sublimitas. id est, quæ sit magnitudo dilectionis Dei, qũo illa nusquã non sese extẽderit, Descripsit autẽ illam

illam corporalibus figuris, ut hominem ostenderet. Amplexus est quæ supernè, quę infernè, & quę sunt ex lateribus. Nã dicimus, inquit, non esse nostrarum uitium, vt ista sermone doceamus: sed ut uirtute, inquit, Spiritus sancti consolidemini ad tentationes, ne circunferamini. Itaq; non licet aliter corroborari, nisi per spiritum, ac tentationes. Quomodo verò Christus habitet in cordibus nostris, Audi Christum ipsum: Veniemus, inquit, ego & pater, ac mãsionem apud eum faciemus. In cordibus fidelibus in dilectione ipsius radicatis, nõ circũfluctuantibus. Vt ualeatis, inquit. Itaque multa fortitudine opus est. Vt implea mini in omnẽ plenitudinem Dei. Ei verò qui potest plusq̃ abundè vltra omnia facere [quæ] petimus, aut cogitamus iuxta potentiam agentem in nobis.] Quòd iuxta potentiam Deus† abundè q̃] petimus, aut cogitamus fecerit, ex his liquet quæ scripsit ipse apostolus. Nã ego quidẽ, inqt, precor: ipse uerò etiã præter meam precationem maiora precibus nostris operatur. Et nou simpliciter maiora, aut abundè: sed plusq̃ abundè. Atq; hoc ex ipsius potentia clarũ est, q̃ in nobis agit. Neq; n. ista vel petiuimus vel sperauimus vnquam. [Ipsi sit gloria, in ecclesia, in Christo Iesu in omnes ætates seculorũ, Amen.] Benè sermonẽ in prædicationem, & glorificationem concluſit. Oportebat. n. eũ, qui oĩa nobis exhibet, & glorificari & bñdici. Est ergo & hæc sermonis portio, stuporis & magnitudinis beneficiorũ, quæ à Deo nobis facta sunt, q̃ Deũ videlicet glorificat, idque per Iesum Christũ. Gloria ipsius sit in ecclesia. Rectè: nam ipsa sola indesinenter persistere nouit. Quæ sint illę paternę cognationes, necessariũ est ut dicamus. In hoc quippe seculo paternæ cognationes sunt generationes: in cœlo verò qũo, vbi nemo ex quo quã nascitur? aut paternas illic cognationes vocat ordines ac familias cęlestes quẽadmodũ & in scripturis positum inuenire licet, familia Hamatharei, eò quòd inde patres vocantur. Non autem totum à Deo petit, sed & ab ipsis exigit fidem & charitatem. Neq; simpliciter charitatem, sed ita radicatam, & fundatum, ut neq; uenti illã quatiãt, neq; aliud quicquam deiiciat. Dixerat afflictiones esse gloriã. Si uerò meæ, multò magis uestræ. Et precatur rursum.

Ioan. 14. c

Morale.

Non est itaq; derelictionis indicium, quòd affligimur. Neque. n. nos deserit, qui tanta nostri gratia operatus est. Si uerò precatione opus est Paulo, ac spiritus insinuatione, ad hoc vt dilectio Dei cognoscatur: essentiam Christi quis sciet, ratiocinationibus suis obsequutus? Quanquàm quid difficilius discitur, quàm quòd nos diligat Deus? Istud dilecte, vehementer difficilè est. Nam suprquidam qui & hoc ignorãt, vnde & innumera mala dicunt in mundũ nasci: Alii uerò quantum nos diligat, ignorant. Et Paulus sanè non quærit, vt quantũ F nos diligat, dimetiamur (quomodo enim possibile esset?) sed ut discamus hoc ipsum quod excellens est & magnum. Et dicit, q̃ per hoc ipsum ostendere potest & probare Deus, quàm nos diligat, nimirum quòd tanta cognitione dignatus est. Equidem exuberantiam quandam habet diuinæ dignationis consolidari potentia spiritus & Christum habere intrò in cordibus, unde magna, inquit, sunt quæ petimus: verùm nouit & ultra illa præstare, ut non solùm diligat, sed etiam uehemẽter diligat. Hoc itaq; curemus dilecti, nempe, ut dilectionem Dei cognoscamus. Magnum hoc est. Nihil quippe nobis ita proderit, nihil ita compunget. Plus enim istud habet momẽti ad attrahendum animas nostras, quàm metus gehẽnę. Vnde igitur illam scienmus? Ex his uidelicet, quę dicta iam sunt, & quę quotidie contingunt. Quamobrem ista facta sunt? Cuius commodi necessarii gratia quòd illi cesserit? Nullius prorsus. Quoquo vertas horum omnium causam, Paulus dilectionem ponit. Ista verò potissimũ est vera dilectio, quando benefit hominibus, à quibus nihil captum est prioris beneficentiæ. Hãc itaq; imitemur & nos. Benefaciamus inimicis, odio nos habentibus & auersantibus. Accedamus, & recipiamus illos. Hoc scilicet nos Deo similes faciet. Si enim amicũ dilexeris, inquit, quid habebis lucri? Istud faciunt & gentes. Sed quòd nam est dilectionis indicium? Odio Matt. 5. prosequentem diligere. Ignoscite mihi, vo g lo exemplo rem declarare, & in spiritualibus non inuenio quod adducam, sumam igitur ab exteris. Non uidetis amatores illos, qũo tot damnis affecti, nihilominus affixi teneantur & ardeant, ac mulierculas

ante quarum ianuas integram ſubinde no
ctem contempti perdurant,plus diligant,
quàm ſuas ipſorum animas? Hinc ſumamus dilectionis exemplum,nõ ut tales diligamus(fornicarias mulierculas intelligo)ſed ut ad hunc modum diligamus inimicos. Etenim,dicas velim, an nõ contumelioſius illis abutũtur, quàm ſi inimicæ eſſent?An nõ ſubſtantiæ inuolant?An non in faciem procaciter contumeliantur?An
H non illis plus quàm ſeruis imperãt? Et ta
ἀπλίζε- men nihilominus nõ abſiſtunt iſti,tametſi talem nemo habeat inimicum, qualem habet,qui amicam diligit. Nam pro ſua intemperãtia iam laſciuit,iam callidè diſſimulat,& illo ſæpenumero temerè abutitur:& quò diligitur ampliꝰ hoc magis diligentem floccipendit.Quid autem mente ſic affecta immanius eſſe poterit? At nihilominus illi diligunt.Sed fortè & in ſpiritualibus talem dilectionem inueniemus,
Mat.24 nõ in illis qui nunc ſunt, (refrigerauit.n.
b iam charitas)ſed in magnis olim & celeberrimis illis viris,Moyſes,beatus ille,etiã amatores iſtos diligẽdo excelluit.Quo pacto?Primùm quidem regia relicta, relictis quas illic habebat deliciis,relicto famulatu,& quo colebaꝫ honore,elegit eſſe cũ Iſraelitis.Atqui non ſolùm non feciſſet hoc quiſquam alius,ſed & cognatus ſeruorum ſuorum uideri nõ ſuſtinuiſſet,illos ſi quiſpiam increpaſſet:ſicq; illi non ſolùm ſerui,ſed,& ſceleſti reputati fuiſſent,Hic uerò non ſolùm horum cognationem non erubuit, ſed & toto animo vindicauit, ſeque ipſum illorum gratia periculis obiecit.Quomodo? Quum videret, inquit, quempiam iniuriis affectum, & vindica-
I uit oppreſſum, & iniurium occidit. Sed iſta nondum pro inimicis fecit. Magna quidem uerùm non ut ea, quæ ſubſequũtur. Poſtero itaque die,quum idem fieri uideret nimirum eum quem antea ab iniurio vindicauerat, iniuriam facere fratri, vt ab iniuria deſiſteret,hortatus eſt. Is verò ſummè ingratus, quis te,inquit,principem ac iudicem ſuper nos conſtituit?Quẽ quæſo hæc uerba non inflammaſſent? Itaque ſi furore & incommodi cuiuſdam gratia prius hoc factum eſſet, poterat & iſtum percuſſum è medio tollere. Neque enim alter eum prodidiſſet,cuius gratia ſanguinus iſtud deſignatũ fuiſſet. Verùm quoniam cognati erãt,iſta dicebat. Improbus ille quum iniuriam aliunde pateretur, nihil tale loquebatur:Quis te cõſtituit, prin Exo.2.c
cipem ac iudicem ſuper nos? Quur iſtud non præteritis diebus dixerat? Iniuria illa tua,inquit,& crudelitas, ipſa me principẽ ac iudicem conſtituit. Sed vide quomodo nũc quidam & ipſi Deo iſta obiciant, dũ in illos, quibus læduntur,uehementem illum eſſe uolunt, longanimitatemq; illius reprehendunt:ſecus,ſi iniuriam ipſi intulerint aliis.Quid uerò improbi huius verbis a marius? Veruntamẽ ad perfidos iſtos poſtea,& ingratos diuinitus miſſus venit, Nume.
nihil recuſans. Et tamen etiam poſt ſigna 16.f
illa, poſt portenta, quæ per illum fiebant, lapidibus eum obruere ſæpenumero ẽtentarunt, ita vt manus ipſorum coactus ſit
K effugere.Indeſinenter quoque aduerſus ipſum murmurabant, nihilo, tamen ſecius tanto ipſos amore proſequebatur, vt poſt graue illud peccatum ab ipſis perpetratum,ad eum dixerit? Quòd ſi peccatum Exo.32
g hoc illis remittis,remitte:ſin minus, me quoq; è libro quem ſcripſiſti, expungito. Cum ipſis,inquit,perire volo magis quàm ſine ipſis ſaluari. Reuera inſania, reuera magnus amor. Quid dicis? Cœlum contemnis? utique inquit. Diligo ſiquidem illos,licèt iniuſtè egerint. Expungi petis? Et quid patior?Amor enim eſt. Quid uerò poſtea? Audi quid alibi dicat ſcriptura: Et Moyſes propter illos afflictus eſt. Pſ.105.
c Quoties contumeliati ſunt? Quoties ipſum officio detutbare conati ſunt? Quoties fratrem ipſius in Aegyptum remigrare uoluerunt?Et tamẽ poſt iſta omnia erat debat,& inſaniebat,pati etiam illorum gratia paratus. Ita oportet diligere inimicos,vt plangens,laborans, omnia faciens, ſeparatusque ſalutem ipſorũ quæras.Quid verò Paulus;dic quæſo? Nunquid gehennã ipſorum gratia ſibiipſi petiit?Sed ab ip L
ſo domino neceſſariũ eſt exemplum addu Matt.5
cere. Nam & ipſe ad eũ modũ facit,dicẽs: g
Qm̃ Solem ſuum exoriri facit ſuper malos & bonos,à patre ſumens exemplum. Nos uerò ſumamus ab ipſo Chriſto.Venit ad eos(ſecũdùm diſpenſationẽ loquor)ſeruus factus eſt propter eos, ſeipſum humiliauit, & exinaniuit, formamque ſerui a Phil.2
acceptauit.Cum aũt aduenifſet, neq; ipſe in viam. Gentium abiuit,neque diſcipulis

ad

id permisit,& non hoc solũ sed circumiẽs oẽm morbũ & quanuis ægritudinem curauit. Quid igitur? Reliqui quidem omnes stupebant & admirabantur, dicentes, Matth. 13. g Vnde huic sunt ista? isti uerò, quibus benefiebat, dicebant: Dæmonium habet, & Io. 10. d blasphemat, & insanit, & seductor est. Nũ Lu. 23. c igitur auersatus est illos? Nequaquã. Sed his auditis, magis etiam benefecit, accessitq; eos à quibus erat crucifigendus, tantũ ut illos saluaret. Et posteaquã crucifixu, etiam esset, quid dixit? Pater, inquit, ne sta tuas illis hoc peccatũ. Et cũ antea & pòst malè esset affectus, ad extremum tamen vitæ halitum nihil non illorum gratia cona tus, etiã pro eis orauit. Post crucem quoq; quid non propter ipsos fecit? Num Aposto M los nõ misit? Num signa non parauit? Nũ aliquid, quod ad salutẽ ipsorum faceret, non tentauit? Ita videlicet diligendi nobis sunt inimici, ita Christum imitari oportet. Ad hunc modum fecit & Paulus, Lapidatus etiam, & innumera mala passus, ni Ro. 10. a hil non ipsorum gratia molitus est. Audi quid ipse dicat: Quoniam propensa, inqt, cordis mei uoluntas & deprecatio pro illis est ad salutem. Et iterum: Testimoniũ Ibidẽ. enim illis perhibeo, quòd studium Dei ha Ibi. 11. c bent. Item: Si tu cũ esses ex oleastro, insitus es: quantò magis ipsi propriæ oleæ inserentur? Ex quanto dilectionis affectu putas hæc verba dici? Ex quanta animi beni gnitate? Dici non potest. Non potest inquam. Isto, videlicet, modo diligendi sunt inimici. Ita diligere inimicum, est Deum diligere, istud & præcipientem & admonentem. Imitatio Dei, dilectio est inimici. Cogita te non inimico, sed tibi ipsi benefacere: non inimicum diligere, sed Deo obaudire. His itaque cognitis, obsirmemus mutuam inter nos ipsos dilectionem, quatenus illa exactè præstita, promissa bona consequamur, in Christo Iesu domino nostro, &c.

Homilia viij.

Tota fere moralis de uinculorum & carceris laudibus.

Cap. 4. HOrtor itaque uos ego uinctus in domino, ut ambuletis ita ut exigit dignitas vocationis, qua vocati estis, cũ oĩ submissione & mãsuetudine.] Præceptorũ A virtus est nihil honoris, nihil gloriæ à subditis, sed salutem ipsorum quærere, atque huius gratia nihil non facere: ita vt qui nõ istud sed gloriam suam quærit, non iam præceptor sed tyrannus sit. Non.n. propterea te. Deus illis præfecit, vt maius acquiras obsequiũ ac famulitium. sed ut neglectis rebus tuis, quicquid illorũ est, ritè dispensetur & ædificetur. Hoc videlicet doctoris est: talis erat beatus Paulus, qui quidem oĩ fastu liber, non aliter erat affectus quàm uulgaris quispiam, immo & minimus etiam istorum. Propterea & seruum eorum seipsum vocat, & potissimum per supplicãdi modum loquitur. Et nũc quoque vide quam nihil imperiosum, nihil authenticum, sed contractum ac summissum scribat. Hortor itaq; vos, inquit, vinctus ego in domino, vt ambuletis ita ut exigit dignitas vocationis, qua uocati estis. Quid hortaris, dic quæso? ut emolumenti quicquam consequar ipse? Ne quaquam, inquit, sed vt alios saluem. Atqui q hortantur, eorũ gratia plerunque hortantur quæ ipsorũ intersunt. Et mea quoque refert, inquit, quod hic hortor. Quemadmodum & alibi scribens dixit: Nunc uiui 1. The. mus, si quidem vos in dño statis. Perpetuò 3. c quippe vehementer illorum, quos in dño instituit, salutẽ desiderabat. Ego uinctus, B inquit, in domino. Magna dignitas, & regno quouis & consulatu longè maior. Istud & ad Philemonem scribens, cõmemorat: Vtpote Paulus senior, nunc ve- Ad Philemonem. b rò & vinctus in Christo. Nam nihil ita splendidum, vt uinctum esse propter Christum, vt catenæ sunt sanctis illis manibus circundatæ: Vinctum esse propter Christum illustrius est, quam sine apostolum, siue doctorem, siue euangelistã esse. Si quis Christum diligit, is nouit quid sit quod dico. Si quis erga dominum insanit, vt ita dicam, & ardet: is nouit quæ sit vinculorum virtus. Hic utiq; prius habebit, optione data, uincula ferre propter Christum, quàm cœlos inhabitare. Quouis auro splendidiores, quouis diademate regali illustriores manus has illis ostẽdit. Non enim caput ita splendidum reddit imposita corona margaritis conspicua, vt catena ferrea quæ propter Christũ fertur.

fertur. Tum videlicet ipsis regis illustrior erat carcer, ipso etiam cœlo. Quid dico regiis? Vinctum enim habebat Christi. Si qs Christum diligit, is nouit hanc dignitatẽ, hanc intelligit uirtutem, agnoscit quantum sit illud quod humano generi largit⁹ C est Deus, nimirum ligari pro eo. Istud forsan illustrius etiã est, quàm sedere ad dexteram ipsius honestius: quàm sedere super duodecim thronos. Et quid dicam de humanis: Pudet diuitias & auream munditiẽ huiusmodi cõferre vinculis. De magnis itaq; illis quid dicã? Etiã si nullam haberet mercedem res ista, hoc tamen solum magnum est præmium hoc multa rettribu tio, quòd ista mala propter dilectum ferun tur. Nouerunt istud etiam qui non Deum sed homines diligunt, qui videlicet maiore voluptate mala patiuntur propter dilectos, quàm si honore ab illis afficerentur. Hac conscire sibi sancti tantummodo cẽ Act. 5.g tus, hoc est, apostolorum fuerit. Audi quippe qd beatus Lucas dicat: Qm̃ reuersi sunt, inquit, gaudentes à conspectu concilii: eò quòd digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Aliis quidem ridiculum videtur, quòd probris affici, dignitatem & honorem: contumeliam ferre, gaudium esse dicimus. Christi uerò desideriũ non ignorantibus, omnium istud fęlicissimum habitum est. Quòd si quis mihi uel vniuersi cęli uel huius catenæ copiam & optionem largitus esset, catenam hanc D ego planè elegissem. Deinde si aut mihi cum angelis standum fuisset sursum, aut cum Paulo vinctu carcerem vtique præoptassem. Ad hæc, si quis me aut in numerum & ordinem collocasset cęlestium potentiarum, earum etiam quæ propè sunt thronum Dei: aut talem ligatum fecisset, talis vtique ligatus esse uoluissem. Nihil hac catena beatius. Vellem nunc etiam in esse locis, in quibus ista dicuntur esse vincula. Et meritò: Celebrarem viros istos, qui huius erga Christum desiderii fuerũt. Cuperem uidere catenas illas, quas quidẽ verentur & horrent Dæmones, venerantur verò angeli. Nihil melius quàm malè propter Christum affici. Non ita beatum dico Paulum, quòd in paradisum raptus, atque quòd in carcerem est coniectus. Non ita beatum æstimo quòd uerbi audiuit ineffabilia, atque quòd vincula sustinuit. Non ob id adeò beatum illum prædico, q̃ in tertium cęlum raptus est, atque pp uincula. Quòd enim ista reliquis sint maiora, audi cum ipsum quomodo glorietur. Neque. n. dicit: Hortor vos, ego qui verba ineffabilia audiui: sed quid? Hortor uos, inquit, ego vinctus in domino; Quòd uerò non omnibus istud episto E lis adiecit, nihil est quod mireris. Neq;. n. ppetuò in vinculis fuit, sed quibusdam dũtaxat tẽporibus. Potius mihi habetur malè affici pro Christo, quã honorari à Christo. Istud demum magni honoris est, istud gloriæ est nihil non excellẽtis. Si Christus ipse pro me seruus factus, gloriamq; suam exutus, tanti nõ duxit esse in gloria, quãti quòd mei gratia Crucem subiret: quod quæso illius nomine ferre non debeo? Audi si quidem quid ipse dicat: Glorifica Io. 17.a me, inquit, tu pater. Quid dicis? Ad crucem cum latronibus ac prædonibus ducendus, maledictorumq; necem subiturus: deinde & conspuendus, & uirgis percutiendus es atque alapis: ista & vocas gloriam? Vtique, inquit. Nam pro dilectis ista patiar, atque ea nũc mihi pro gloria duco. Si gloriam istud uocat, quòd miseros & calamitosos ita dilexerat, si gloria illi non in patrio throno, neque in diuina illa gloria, sed in contumelia reputata est, eamque reliquis præposuit: multò magis mihi istud pro gloria ducendum est. O beata uincula, ò beatas manus, quas catena illa exornauit, Non erant ita præclaræ Pauli manus, Act. 14. quando claudum illum in Lystris erigebat ac restituebat, atque quando uinculis b erant circunligatæ. Quòd si mihi tempo ribus illis esse licuisset, tum potissimum il F las circumplexus fuissem, inq; sinus meos collocassem. Vtiq; non cessassem exosculari illas, quibus pro domino meo ligari licuit. Admiraris Paulum, tum potissimũ quando nihil illi, quæ manui adhæserat, detrimenti adferebat vipera? Nihil mireris. Catenam illam quippe reuerebatur. Ibi. 28. Immo & vniuersum illam mare venera- a tum fuerat: nam tum quoque vinctus erat. Siquis modò mortuos mihi largiretur excitandi facultatem, istud planè non pręferrem huic catenę. Quòd si liberum fuisset per curas ecclesiasticas, & corpus habuissem validum, nihil utique causatus fuissem quò minus tanta susceptra peregrinatione,

2. Cor. 12. d

Chrysostomus corpore fuit infirmo.

grinatione, catenas duntaxat illas, & carcerē vbi ligatus fuit, vidisse. Quanquam & miraculorum ipsius multa sunt in plerisque locis signa, non tamen adeò sunt amabilia, atque stigmatum indicia. Et in scripturis me non tantùm delectat miracula patrans, quantum malè affectus, flagellatus ac miserabiliter tractus. Ita ut à corpore eius, inquit, sudaria deferrentur ac semicinctia. Admiranda quidem res vera fuerunt ista, verum nō talia, qualia illa. Cæsum autē, multis impositis plagis, conicerunt in carcerem. Et iterum: Et uincti laudabant dominum. Item, & cùm illum lapidassent, extraxerunt è ciuitate, existimantes esse mortuum. Vultis discere, quantæ sit dignitatis catena ferrea propter Christum corpori serui ipsius circundata? Audite Christum ipsum dicentem. Beati estis, inquit. Qui? Quòd mortuos excitaturi estis? Non. Sed quid? Quòd cæcos curabitis? Nequaquam. Quando ergo? Quando probris vos affecerint, insectatique fuerint, ac dixerint quod uis malum contra uos, mentientes propter me. Quòd si malè propter Christum audire adeò facit beatos, quid non faciet malè etiam affici? Hoc beatus ipse alibi dicit: Quod superest, reposita est mihi corona iustitiæ. Verùm ista corona illustrius est vinculum. Isto me dignetur, inquit, & nihil illa morabor. Satis mihi sit ad quauis retributionem, malè propter Christum tractari. Detur mihi, vt dicere liceat, quoniam adimpleo quod deerat afflictionum Christi, in carne mea, & nihil præterea desidero. Honoratus est, & Petrus ista catena. Erat enim inquit, vinctus, ac traditus militibus, & dormiebat: ita uidelicet erat hilaris ac nihil prorsus immutatus, & gratiis illum habebat somnus. Vnde liquet utique, quàm minima fuerit cura ac solicitudine: dormiebat, eratq; inter milites, & ueniebat ad eum Angelus, ac percusso latere excitabat illum. Hic si mihi quispiam dixisset, elige vtrum velis, vis esse Angelus Petrum stimulans ac soluens, an Petrus seruatus? Petrus utique maluissem esse, propter quem & Angelus descendit. Vinculis istis potiri lubuisset. Quid igitur, dices? Quomodo alibi precatur & optat, vt à magnis malis liberetur? Nihil mireris. Mortem ueritus, precatur. Mortem verò ideo timebat, quòd adhuc esset passionū occasio. Audi quippe quid dicat ipse beatus Paulus, Desiderans, inquit, dissolui, & esse cum Christo, multò longeque melius est: In carne verò manere necessarium magis propter uos. Et gratiam istud vocauit alibi scribens: Hoc uobis, inquit, gratiæ datum est à Christo, ut non solùm in ipsum credatis, sed & pro eo patiamini. Istud itaque illo maius est. Est enim doni ac gratiæ vice datum. Re vera maximum donum, & omnibus istis maius: siue Solē sistendi, siue Lunam mundumque mouendi. Maius est etiam quàm dominari dæmonibus, aut dæmones expellere. Illos quippe non adeò malè habet, quod fide nostra eijciuntur, quemadmodum siquando nos pro Christo vinctos ac malè affici viderint. Istud quippe maiorem fiduciam parit. Nō est autem ideo bonum pro Christo ligari quòd inde regnum cœlorum acquiritur, sed ideo bonū q; pro Christo fit. Non ideo beata prædico vincula, quòd in cœlum destinant ligatum, sed quòd pro cœli domino feruntur. Quanta quæso gloriatio, quanta fuerit uoluptas, quantus honoris splēdor, pro Christo se vinctum esse cognoscere? Vellem ista mihi perpetuò gloriari liceret: vellem adhærere catenæ. Et quoniam ipsa re destitutus sum, vellem vel cogitatione, & affectu animæ meæ circundare catenam. Commotus est, inquit, carcer uincto Paulo, solutaque sunt oīum vincula. Vides naturam uinculorū uincula soluentem? Nam quemadmodum mortem interemit mors Domini, ita ligatos soluerunt uincula Pauli, carceremq; concusserunt, ac ianuas illius aperuerunt. Atqui non est ista vinculorū natura, sed contraria nimirum vinctum in munitione, & cautione detinendi, non ianuas illi & parietes carceris laxandi. Verùm quorumuis simpliciter vinculorum non est ista natura: est autem eorum quæ Christi nomine feruntur. Procidit ad pedes Pauli ac Silæ custos carceris, at neque istud faciunt vincula quæuis, quæ non eos qui ligauerant ante pedes ligatorum, sed contrario ligatos istis subijciunt. Nunc verò qui solutus erat, pedib. aduoluitur ligati: q ligauerat, ligatū orat, quo timore solui queat. Nō tu ligaueras, dic quæso? Non in interiorē custodiam conieceras? Non ligno pedes munieras?

Phi. 1. c

Ibidē. d

Act. 16. c

nieras? Quid ergo tremis? Quid tumultuaris? Quid ploras? Quid gladiũ eximis? Nihil vnquam tale ligaui, inquit. Ignorabam tantam esse eorum potentiam qui propter Christum uinculis subijciuntur. Quid dicis? cœlos aperiendi potestatẽ acceperunt, & carcerem aperturi non essent? Qui soluunt à dæmonibus ligatos, istos ferrea fuerat detentura catena? Non noueras hos uiros? Propterea & ueniam adeptus es. Paulus uinctus est, quem vniuersi uenerati sunt Angeli. Paulus est, cuius sudaria & semicinctia dæmones expulerunt, ac morbos fugarunt. Atqui quouis ferro adamantino infractius est vinculum, quod à dæmone est. Istud enim animam etiam, illud verò corpus ligat. Itaque qui animas ligatas soluit, quomodo corpus suũ soluere non ualuisset? Qui dæmonum uincula frangit, L ferri ligaturam non soluisset? Qui uestibus suis captiuos illos relaxat, & à dæmonibus liberat: an ipse seipsum, non per seipsum soluisset? Propterea primum ipse uinctus est, ac deinde reliquos uinctos soluit: vt discas seruos Christi etiã ligatos, multò maiorem habere uirtutem quàm reliqui soluti. Si quidem adeò mirum non fuisset, si liber ac solutus hoc feciset. Itaque non erat infirmitatis hoc vinculum, sed maioris potentiæ. Nam hoc pacto illustrior sit sancti huius virtus, quòd vinctus ipse vinctis dominatur, quãdo non solùm seipsũ vinctus, sed & reliquos vinctos exoluit. Quid hìc profuerunt parietes? Quid plenioris securitatis contulit carceris custodi, q̃ in interiorem custodiam Paulum coniecit, quando & exteriorem patefecit? Quamobrem verò & noctu istud & cùm terræ motu factum est? Indulgete paululum, atq; concedite, apostolicis uerbis detento, apostolicisq; in reb. delicianti: permittite, inquam, in Pauli catena iucundari, date huic plus aliquãto immorari. Vincula prehendi, nemo me eximat. Tutius ego nunc desiderio ligor, quàm ipse tum ligno. Istud uinculum nemo soluat. Nectitur. n. à desiderio & amore Christi. Istud certè vinculum neque Angeli, neq; ipsum M cœlorum regnũ laxare ualuerit. Ipsum po- Ro. 8. g tes audire Paulum dicentem: Neq; angeli, neque principatus, neq; potentatus, neque præsentia, neq; futura, neq; sublimitas, neque profundũ separare nos poterunt à dilectione Christi. Quamobrem igitur circa noctis mediũ res ista facta est? Qua ratione denique cum terræmotu? Audite & istu pescite dispensationem Dei. Vniuersa uincula soluta sunt, & ianuæ patefactæ. Sed istud propter carceris duntaxat custodem factum est, non ad ostentationem, sed ad illius salutem. Quòd. n. reliqui uincti, q̃ soluti iam essent, ignorauerint ex ipsis Pauli Act. 16. verbis liquet. Quid enim dicit? Clamauit f autem uoce magna dicens, Nihil mali tibiipsi facias. Nam vniuersi hìc sumus. Vtique non omnes intus fuissent, si & ianuas vidissent apertas, & seipsos iam solutos. Quum. n. soleant & parietes perfodere, & tectorum fastigia, superioraque tabulata transire, & cum ipsis quoque uinculis nihil non, quò effugiant, audere: intus consistere vtique nõ sustinuissent, solutis iam uinculis ac ianuis apertis, denique & ipso custode altum dormiente. Verùm pro uinculis ferreis, erat illis uinculum somni, ad hoc, ut & res ista fieret, & nihil ab hoc miraculo damni, saluando accederet carceris custodi. Aliàs verò solent maximè noctu A uinciri captiui, non die. Videre itaque licebat captiuos tum diligenter denuò uinctos, idque dormientes. Si verò ista diurno fuissent tempore facta, multum planè dedissent tumultus. Iam cuius gratia motum etiam est carceris ædificiũ? Ad hoc videlicet, vt ad rei gestæ spectaculum excitaretur carceris custos. Nam is solus dignus erat, qui saluaretur. Tu verò mihi excellentiam gratiæ Christi contemplare. Profuerit quippe, & interea dum de uinculis agitur Pauli, Christi quoq; gratiam commemorare: immo & ipsa diuinæ sunt gratiæ. Sunt qui factum hoc reprehendunt, nempe, quòd saluatus est carceris custos, inde uituperantes benignitatem Dei, vnde illã admirari debuerant. Sed nihil mirum. Tales quippe sunt & ægroti, qui cibũ sanum ac pascentem, quem cõmedare debebant, improbant, quibus & mel ipsum amarum est. Quem in modum & cæci, vnde debebant illuminari, inde obcæcantur: id quod huic hominum generi non ab ipsa rerum natura, sed ex propria infirmitate contingit, qua fit, quòd rebus ritè nequeant vti. Quid igitur dicunt? Quum mirari deberet, quòd eum qui in extremam inciderat malitiam, attraxerit, meliorem q̃ fecerit.

Quomodo,

B Quomodo, inquiunt, non æstimauit non istam præstigio, & incantatione factam, vt eo magis illos cohibuisset, eiulationeque absti nuisset? Multa sunt quę ad hoc illi, ne tale quid cogitaret, contulerunt. Primùm, quòd audiuit illos Deum laudantes. Tales vtique hymnos non nouerunt incantatores. Audiebat enim eos, inquit, laudantes Deum. Alterum quòd non solùm non effugerant, sed & prohibebant eum ne seipsum occideret. Nam si hoc proprii commodi gratia fecissent intus certè non manssset, sed primũ seipsos exemissent. Quin & multa hic apparet ipsorum benignitas. Prohibuerunt eum, ne se occideret, à quo iam fuerunt multa diligentia vincti. Durè, inquit, ligasti nos, ut ipse à maioribus ac durioribus vinculis absoluereris. Catenis quippe suorum quisque peccatorum constringitur. Illa nanque execranda sunt vincula: ista verò beata, multaque precatione & optione digna. Quòd enim illa per ista soluta sint, patuit in eis quæ sensibilia fuerunt. Vides solutos eos qui ferro detinebantur? vide & iteipsum aliis grauioribus uinculi absolutum. Ista uerò vincula, non Pauli dico: sed aliorum vinctorũ ex peccatorum uinculis causata fuerant:

C Duplex erat in hoc carcere vinctorum genus. Et ipse quoque custos uinctus erat. Illi quidem & ferro uincti erant & peccatis, iste uerò peccatis, dũtaxat. Soluit illos Paulus ad istius plerophoriã. Erant.n. visibilia vincula. Ita fecit & Christus, immo cõtrario modo. Gemina aderat paralysis. Quęnã? Peccatorum vna, corporis altera. Quid igitur Christus? Bono, inquit, esto aio fili: remittũtur peccata tua. Poriorem re vera paralysim soluit primùm, deinde & ad alterã transit. Quum enim dixissent quidam scribarum apud seipsos, hic blasphemat: cognitis Iesus cogitationibus eorum, dicit: Vt quid mala cogitatis in cordibus vestris? vtrum enim facilius est dicere, remittuntur peccata tua: siue, surge & ambula? ut autem videatis, potestatem esse filio hominis super terram remittendi peccata (dicit paralytico) Surge, tolle lectum tuum, ac uade in domum tuam. Quod intelligibile erat, confirmauit à sensibili: & quod attinebat ad animam, in eo quod corporale erat, operatus est. Qua uerò ratione hoc fecit? vt impleretur illud: Seruc nequam ex ore tuo te iudico. Quid illi dicebant: Nemo potest inquiunt, peccata remittere, nisi unus Deus, neque angelus, neq; archangelus, neq; alia quæcunque creata potestas. D Vos istud, inquit, ipsi confessi estis. Quid itaque dicendum fuerat? Si probauero me peccata remittere, Deum esse me manifestum erit. Verùm ita non dicit, sed quid? vt videatis potestatem esse filio hominis in terra remittendi peccata, (tunc dicit paralytico,) Surge, tolle lectum tuum, ac vade in domum tuam. Quando itaq; quod difficilius est, inquit, præstitero, patebit nihil prorsus prętextus ac contradictionis de eo quod facilius est, relinqui. Propterea per contrarium Christus, quod intelligibile erat, primùm præstitit, quòd multi essent contradictores. Hic verò Paulus à sensibili carceris custodem, ad id quod mentis erat, subduxit. Non erat res adeò facilis, fides: videbat vinctos, nihil uel uidebat uel audiebat quod uitiosum esset aut peruersum, videbat nihil esse per incantationem factum. Deũ enim laudabant, videbat omnia multa benignitate geri. Nihil enim vltionis præsumebant aduersus ipsum, tametsi potuissent: poterant enim & seipsos & reliquos uinctos eximere & abire. Et si nõ reliquos vinctos vel seipsos tamen eximissent, verùm nihil huiusmodi moliebãtur: itaq; non miraculo solùm, sed & moribus illis suis ipsum obstupefaciebãt. Quo- E modo exclamabat Paulus? Magna voce docebat: Nihil mali tibiipsi inferas, nniuersi siquidem hic sumus, vides modestiam & alacritatem, & benignitatem? Non dicebat: Per nos ista facta sunt, sed tanquã vnus è numero vinctorum, vniuersi, inquit, hic sumus. Quanquam etiam si neq; antea neque per miraculũ illud seipsos soluissent: poterant tamen tacere, & omnes vinctos simul absoluere. Nam si tacuissent, manusq; custodis per magnam illam exclamandi vocẽ non cohibuissent: impulisset utiq; per guttur suũ correptum iam gladium. Propterea & exclamabat Paulus, nẽpe quòd erant in interiorẽ carceris custodiã cõiectus: †Ex teipso, inquit, hoc habes] qui eos, quorũ eras beneficio liberandus à periculo, in interiora conieceris. Verùm nihil eorum quæ ab ipso passi fuerant, uicissim imitabantur: nã si seipsum occidisset, vniuersi vtiq; facile effugissẽt. Vides

† in teipsum inquit, hoc feci sti.

Act. 19. c

Prou. 5. c

Mat. 9. a

Ibidem

Lu. 19. d Mar. 2. a & Lucæ 5. d

malueríntvincula ferre, quàm cuſtodem periclitantem contemnere? Cogitabat itaque penes ſeipſum, ſi ſubdoli eſſent & prę-
ſtigiatores, omnino & iſtos abſoluiſſent, & ſeipſos ab his uinculis liberaſſent. Poteſt enim eſſe, vt plures tales in carcerem ali-
F quando coniecti fuerint: verumetiam quũ ſæpenumero tales præſtigiatores ac ſubdolos cuſtodiendos ſuſceperit, nihil tamẽ hu iuſmodi ab illis factum admiratus eſt. Præſtigiator vtique fundamenta carceris non concuſſiſſet, ut & cuſtodem excitaret, & difficiliorem fugam ſibiipſi faceret: ſed videamus iam deinceps cuſtodis huius fidẽ. Poſtulato, inquit, lumine introrupit, ac
Act. 16. f tremefactus accidit Paulo & Silæ ad pedes & productis illis foras, Domini, inquit, qd me oportet facere ut ſaluus fiam? Ignem tenebat ac gladium, & dicebat, Quid me oportet facere, ut ſaluus fiam? Illi uerò dicebãt: Crede in dominum, & ſaluaberis tu ac domus tua. Non eſt iſtud præſtigiatorũ tale dogma tradere. Nullius hic omnino dæmonis mentio. Vides quomodo dignus ille, qui ſaluetur, factus ſit? Viſo enim miraculo, timoreq; iſto liberatus, non eſt eorũ, quæ prodeſſe poterant, oblitus: ſed in tali periculo ſalutis eius, quæ animam concernat, curam egit, & ita illos acceſſit quomodo præceptores accedere oportet. Accidit ad pedes illorũ, & loquuti ſunt ei, inquit, ſermonem Dei, & omnibus qui erãt in domo eius. Et aſſumptis illis nocte illa, ab-
G luit plagas illorum & baptizatus eſt ipſe & omnes domeſtici illius continuò. Vides viri huius feruorem? Non diſtulit, nec dixit, expectetur dies: Videamus primùm, ac conſideremus quid in re ſit, ſed multo feruore baptizatus eſt & ipſe, & domus eius
Nota. tota. Verùm non ita ſolent hodie plerique, qui rem iſtam ita contemnunt, vt & ſeruos habeant, & uxores, & pueros ſacris nõ initiatos. Sitis, obſecro, qualis hic carceris cuſtos, non iuxta conditionis dignitatem dico, ſed ſecundum animi illius ſententiam ac propoſitum. Quid enim utilitatis conditionis dignitas habet, animi deficente propoſito? Si quidem crudelis hic, immitis & innumeris aſſuetus malis, qui hoc uitæ genus perpetuò exercuit, mox adeò factus eſt benignus & tantæ ſalutis procurator. Abluit, inquit, plagas illorum: uide rurſus & Pauli feruorem: uinctus quum eſſet, & flagellis cæſus, nihilominus ita euangelizauit. O beatam catenam. Quibus dolori
bus illa nocte parturiit? quos filios peperit? Poſſibile eſt ut & de iſtis dicat, quos genui in uinculis meis. Vides quomodo exultet, natosq; ſibi filios ſplendidiores etiam ab
H eo æſtimet, quòd illos in uinculis peperit? Vides quàm exuberans ſit uinculorum gloria, quando quidem non ſolùm uinctũ Paulum quem circundatum tenebant: ſed & eos qui captiuitatis tempore ab illo nascebantur, illuſtres faciunt? Habent quiddam præ cæteris amplius, qui in uinculis Pauli naſcebantur, non quidem quantum attinet ad gratiam: eadem enim eſt gratia: neque quod peccatorum remiſſionem cõcernit: omnium enim eadem eſt remiſſio: ſed ideo quòd mox ab ipſis cunabulis, fidei ſcilicet initiis, ad hoc imbuebantur, vt in huiuſmodi rerum calamitatibus & gauderent & exultarent. In ipſa, inquit, nocte hora aſſumptos à plagis lauit, & baptizatus eſt. Et vide deinceps fructum: mox carnalia bona rependit. Cùm perduxiſſet eos, inquit, in domum ſuam, ſtatim appoſuit illis menſam: & præ gaudio exultauit, quod cum uniuerſa domo ſua credidiſſet Deo. Quid enim futurum non erat, †cœlo illi carceris aperiente ianuas?] Lauit præceptorem, menſam appoſuit, animo geſtien te exultauit. Carcerem ingreſſa Pauli care na, & omnia quæ illic erant, eccleſiam eſſe cit, & corpus Chriſti attraxit, & menſam ſpiritualem appoſuit, & fœtus parturiit, quibus & angeli gaudent. Num fruſtra di-
I xi carcerem hunc cœlo illuſtriorem eſſe factum? Is enim gaudio quod in cęlis eſt, cauſam dedit. Si nanq; propter unius
b peccatoris reſipiſcentiam gaudium eſt in cœlis: ſi ubicunque duo fuerint in nomine ipſius congregati, in medio ipſorum eſt Chriſtus: ubi Silas & Paulus & carceris cuſtos, totaque ſimul illius domus cum tanta congregantur fide, quantò magis ibi Chriſtus eſt? vide fidei uehementiam. Verum interea alterius cuiuſdam admonet me hic carcer. Cuiũsnam? Eius ſcilicet in quo Petrus erat. At in eo nihil tale factum eſt, ſed erat traditus quatuor quaternionibus militum cuſtodiendus, & nec hymnum dicebat, nec vigilabat, ſed dormiebat, neque flagellis etiam cæſus erat: verũ maius hic erat periculũ. Hic quippe

iam

UNIVERSIDAD DE MURCIA

iam omnia peracta erant, pœnasque iam dederant. Illic verò nondum, unde & nullæ erant plagæ unde dolor fuisset, sed duntaxat futurorum metus, & expectatio turbabat: uide uerò quàm illic quoque miraculum fuerit. Ecce, inquit, angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo, percussoque latere Petri, excitauit eum dicens: Surge velociter, & mox ceciderunt catenæ de manib. eius. Itaque ne putaretur res ista luminis duntaxat negocium esse, Petrum etiam pungebat ac stimulabat. Lumē verò istud nemo præterea videbat, nisi Petrus solus: uidebatur autem sibi uisum videre. Ita uidelicet beneficia Dei dormientes non sentiunt: Dixit verò angelus, inquit, ad eum: Præcingere & subliga soleas tuas, & fecit sic. Et dicit illi: Circunda tibi uestimentum tuum, ac sequere me. Et egressus sequebatur eum, & nesciebat uerum esse quod fiebat per angelum, sed putabat se uisum videre. Cùm autem pertransissent primam ac secundam custodiam, uenerunt ad portam ferream, quæ ducit in ciuitatem, quę quidem ultrò aperta est eis. Illa penetrata processerũt vicum vnum, & continuò discessit Angelus ab eo. Quamobrem non hìc quoque contigit, quod illic Paulo ac Silæ? Ideo. Quòd eos illic qui ceperant, dimissuri erant: propterea nolebat eos Deus hoc pacto solui ac dimitti. Apud beatum Petrum verò res aliter habebat: nam ad necem illum educturi fuerãt. Quid igitur dices? num maioris fuerat miraculi pariter ac stuporis, si eductus, & iam in manus regis traditus, tum demum ex medijs periculis fuisset diuinitus raptus, nihilque passus? Nam hoc pacto neque milites perijssent. Magna hìc mouetur quæstio: An Deus, inquiunt, cum aliorum supplicio, & perditione seruum suum saluauit? Primum quidem non cum aliorum perditione: non enim istud ex rei huius dispensatione, sed ex iudicis insania factum est. Quomodo? Deus quidem ita rem hanc dispensauit, ut non solùm isti nõ perirent, sed & ipse Herodes saluaretur: quemadmodum & hìc carceris custodi usu uenit: Ille verò dono Dei non est usus, ut oportebat. Exorto, inquit, die facta est turbatio non modica inter milites, quidnam Petro accidisset. Quur igitur rei discussionem habet Herodes, examinatosq; custodes duci iubet? Nisi enim illos examinasset, poterat excusari. Nunc verò custodes exhiberi sibi fecit, examinauit, & didicit uinctum fuisse Petrum, carcerem fuisse probè munitum, ante illius ianuas fuisse custodes: nec tamẽ parietes effossos, nec quicquam adesse quod alicuius maleficij indicium daret. Debebat autem ex istis diuinam admirari potentiam, quæ Petrum etiam ex medij eripuit periculis, adorareque eum qui tanta potuisset. Quam igitur causam hìc Deo adscribes? Nam siquidem parietem effringi fecisset, atque ita Petrum elabi: merito rem omnem custodum socordiæ ac negligentię imputasset Herodes. Si verò rem ita dispensauit, ut certò liqueret non humano illam maleficio, sed admiranda Dei virtute transactã esse: quid opus erat custodes ducere? Nam si fugere voluisset, cum catenis utique, ut illas habebat, effugisset. Si fugere turbatus voluisset, tantum certè prudentiæ non impendisset tollẽdis sandalijs, sed illa planè post se reliquisset. Nunc uerò propterea ad eum angelus, Subliga, inquit, sandalia tua, ut discerent illum nõ fugientẽ, sed multa quiete ac securitate rem hãc fecisse. Non enim tantum sibi sumpsisset ocij, vinctus & inter duos milites, vt catenas soluisset: idque in interiorem custodiam ẽt ipse quemadmodum Paulus ac Silas, coniectus. Supplicium itaque de custodib. sumptum ex iniustitia est iudicis. Qua nanque ratione istud Iudæi non fecerunt? Nam & alterius carceris iam recordor. Memini quidem prioris illius qui Romæ, deinde & huius qui Cæsareæ, nunc autem & eius qui erat Hierosolymis. Cùm. n. summi sacerdotes ac Pharisæi ab eis quos in carcerẽ ad educendum Petrum miserant, audissent, quòd nemine in carcere reperto ianuas inuenissent clausas, & custodes ante ianuas stãtes: quur non occidebant custodes, sed ambigebant de illis, quidnam hoc futurum esset? Si verò nihil eiusmodi cogitarũt, qui adeò vehementer aduersum illos sæuiebant: multò minus tu cogitares, qui omnia ad illorum gratiam faceres. Propterea mox consecuta est Herodem pœna. Quòd si Deum propter istud reprehendis, reprehende quoque propter eos qui in uijs trucidantur, & innumeros alios qui iniustè occiduntur, adhæc & propter pueros

pro

Act. 12. b

K

L

Ibidẽ. c

M

Act. 5. c

A

pro Christi nomine occisos. Nam & illis Christus, si verum est quod dicis, mortis causa fuit: immo non Christus, sed insania tyrannisq; patris Herodis. Si verò dicis, & quamobrem non ex manib. Herodis eripuit illos? Et hoc facere poterat, verùm neque ex eo quicquã profecisset: nam & Christus sæpenumero è medijs illorum manibus euasit. Quid autem istud ingratis ac stupidis profuit? Hìc sanè fidelibus multum etiam adiumenti quæ facta sunt, contulerunt: factis enim monumentis, inimicisque ipsis, rebus hisce ita gestis, testimonium ferentibus factum est, ut res iam præter suspicionem certissima sit. Quemadmodum & illic aduersariorum ora nusquam aliunde obturata sunt fortius, quam ex eo q̃ qui allatum eos perrexerãt, quæ gesta fuerant, ingenuè fatebantur, Qua ratione nihil tale faciebat carceris custos?

B Atqui nihilo minoris miraculi erant quæ apud Herodẽ, quàm quæ hìc fiebant. Non enim minus erat, quantum ad stuporem attinet, quòd ille uinctum clausis abijsse ianuis discebat, ab eo quòd hic ianuas videbat apertas. Quanquam ista phantasiam magis referre uidebantur, illud verò non item, quod ita diligenter annunciabatur. Itaque si custos carceris adeò fuisset malus atq; hic Herodes, occidisset sanè Paulum & ipse, quẽadmodum ille milites: verùm ita malus non erat. Quòd si quis dixerit, quamobrẽ & pueros occidi permisit deus, in proxiliorem sermonẽ incidemus, quam ab initio ad uos habere oportebat. Nunc verò quoniam plurimum Pauli catenę indulsimus, immoratiq; sumus, eò quòd nobis illa tãtorum causa bonorum facta est, terminabimus sermonem, adhortantes & obsecrantes, vt non solùm non ægreferatis si quid propter Christum ferendum fuerit, sed & gaudeatis quemadmodum gaudebant Apostoli: & gloriemini, quemad-
2.Co.12 modum Paulus dixit: Suauissimè, inquit,
c gloriabor in infirmitatibus meis. Propterea & audiuit: Sufficit tibi gratia mea. Paulus in uinculis gloriatur, & tu interim in diuitiis superbis; Gaudebant admodum Apostoli quòd digni habiti essent qui flagellis cæderẽtur, & tu requiem ac delicias quæris? Et quomodo iisdem cum illis potieris, quum contrariũ iter aduersum illos hìc ingrediare? Et nunc, inquit, Hierosolymam peto uinctus spiritu, ignorans Act.20.
quid illic mihi futurum sit, nisi quòd spiri c
tus meus oppidatim testatur manere me uincula ac tribulationes. Quur igitur ilò abis, si vincula te manent ac tribulationes? Propter hoc ipsum, uidelicet, vt propter Christum uinciat, ut propter ipsum & moriar. Non enim vinciri duntaxat, sed & mori paratus sum pro nomine Domini nostri Iesu Christi.

Morale.

Nihil hac mente beatius. In quibus gloriatur in uinculis, in afflictionibus, in ca- Gal.6.g
tena, in stigmatibus. Ego, inquit, stigmata Iesu Christi in corpore meo gesto, velut magnum quoddam trophæum. Et iterum: Propter Israel, inquit, catena ista cir- Act.28.
cundatus sum: &, In quo legatione fun- c
gor in catena. Quid igitur hoc est? Non 2.Co.5.
erubescis? Non vereris quòd vinctus orbẽ d
circuis? Non metuis nequis †imbecillitatem Dei tui cognoscat?]Nequis ob hoc ip † imbecillitatis Deũ
sum ad fidem, quam prædicas, non accedat? Vincula mea, inquit, talia non sunt: tuũ con
nouerunt & in tegum curiis splendescere. dẽnet?
Ita, inquit, vt uincula mea manifesta facta Phi.1.b
sint in toto prætorio, & plures ex fratribus D
in domino freti vinculis meis vberius ausi sint inpauidè sermonẽ loqui. Vides maiorem esse vinculorum, quam suscitationis mortuorum virtutem. Vinctum me viderunt, & confidentius agunt. Vbi quippe vincula sunt, illic necesse est magnũ quid fieri: vbi afflictio, illic omnino & salus est, illic prorsus magnæ sunt virtutes. Diabolus.n. quando calcat, tum potissimum percutiatur: quando seruos Dei ligat, tum maximè sermo dei crescit. Et vide quàm istud vbique sit factum. uinctus erat Paulus, & tamen ista in carcere operabatur. In ipsis Phi.1.b
enim, inquit, uinculis meis. Vinctus erat Romæ, & plures adducebat. Non enim ipse solus confidenter agebat, sed & per ipsum multi alii uinctus Hierosolymis, & ut erat ligatus concionando, regem terrebat, ac principem in timorem conijciebat. Nam terrefactus absoluit ipsum, non pudefactus is qui ligauerat, de futuris ab eo qui uinctus erat, discere. Vinctus naui-
gabat, & naufragium soluebat, & tempestatem ligabat: in uinculis existẽtem mor- Act.28.
debat bestia illa, sed nullo illato damno b
decidebat. Vinctus Romæ, & ut ligatus,
erat,

E erat, concionando innumeros attrahebat, hoc ipso quod pro omnibus catenam prætendebat. Sed iam nō est, quòd catenis quis quam ligetur, nisi quòd aliud quoddam catenæ genus est, siquidē volnerimus. Quod illud? Vt manū scilicet cohibeas, vt ad auaritiam paratus non sis: hac scilicet catena ligemus nos ipsos, pro ferro sit nobis timor Dei, absoluamus eos qui rerum penuria & afflictione ligati sunt. Longe minùs est carceris referare ianuas, quam animam occlusam liberare: minus est captiuorum soluere vincula, quam vulneratos animos ad remissionē absoluere. hoc enim illo maius est: illius enim nulla constituta merces est, huius verò plurimæ: longa facta est Pauli catena, multumque nos detinet: est enim ita lōga omniq; aurea catena venustior. Vinctos ipsa velut quadā machina, & quasi quadam aurea catena, ad ipsum cœlum, & quod admirandum est, quum infernè vinciat, vinctos tamen sursum trahit, quanquā non ea sit rerū natura. Verùm quādo Deus dispensat nō est, quòd rerum quæras vel naturam vel naturalem ordinem, sed quæ naturam naturæque ordinem excedant. Discamus itaque in afflictionibus nec decide re, nec quæ aduersa sunt, molestè ferre. In-
F tuere beatum hunc Paulum: flagellis erat, 2. Cor. 11. c cæsus, idque grauiter. Nam multis, inquit, plagis impositis. Deinde & uinctus erat, atque id quoque grauiter. Coniecerat enim illum in interiorem carcerem, idque magna cum diligentia & munitione. Et licet in tantis esset periculis, media tamē nocte, quando, & qui vehementer vigiles sunt, dormiunt, alio grauiori incumbente vinculo, somno videlicet, nihilominus & canebat, & Dominum laudabat. Quid nam huiusmodi mentibus, adamantinum magis esse poterit? Cogitabat quòd & pueri illi in igne cecinerint è camino. Fortasse ita cogitabant. nos nihil tale adhuc passi sumus. Verùm rectè sermo ad alia nos uincula, aliūque carcerem detulit. Quid accidit? Sermoni finem imponere volebam, sed planè nequeo: alium reperi carcerem, illo magis stupendum, & admirandum. Vos ergo experiamini mihi, non aliter, quàm si primū sermonem hunc exordiremur, renouatisq; mentibus accedite: volebam intercidere sermonem, sed ipsa rei series hoc non patitur. Quemadmodum potum suum intercidere nequit, qui iam inter bibendum est, etiam siquis præcipiat: ita & ego degustato isto mirabili calice, carceris videlicet eorū qui propter Christum ligantur, cessare nequeo, quiescere non valeo. Nam si ipse Paulus nec in ipso carcere, nec in ipsa nocte, neque flagellatus etiam conticuit: ego tacerem hic sedendo, existente die, multaque requie loquens, id quod illis non contigit qui & vincti erant & flagellati, inque media nocte constituti? Pueri illi nec in igne caminoque tacebant: & nos si tacuerimus, non erubescemus? Consideremus igitur carcerem istum, vincti erant & hic. Mox ab initio ostendit illos non arsuros sed velut carcerem ingressuros. Quid enim vincires arsuros? Vincti erant quemadmodum Paulus & manus & pedes vincti erant, etiam non minori furore. Nam in interiorem ille custodiam ipsos coniecit, & hic caminum vehementer incendi iussit. Sed videamus quę subinde sequuntur: Psallentibus illis motus est carcer, aperteq; sunt ianuæ. Et istis quo- Ac. 16. e que psallentibus soluta sunt vincula & pedum & manuum: illic apertus est carcer, & hic apertæ sunt ianuæ camini. Roris enim instar ventus quidam illum perflabat: sed rerum me copia turbat, quibus ita obruor, vt ignorem quid primo, quidve secundò sit loco dicendum. Propterea obsecro ne quis a me dicendorum ordinem H exigat. Multa siquidem est hic rerum cognatio: illic soluebantur qui simul uincti erant, sed dormiebant: hic verò aliud quid ab istis accidit. Combusti sunt ministri, qui in caminum pueros istos iniecerant, sed quod dicere volebam, vidit illos rex solutos, & accidit illis, audiuit psallen- Dan. 3. tes, viditque quatuor in camino inambu- g. lantes, & euocauit illos. Quemadmodum itaque carcerem Paulus non egrediebatur, tametsi potuisset, donec qui in illum coniecerat ipsum & euocaret & educeret: ita neque hi tres pueri caminum egressi sunt, donec qui iniecerat, egredi quoque iussisset. Quid hic docemur? Ne videlicet in captiuitate soliciti simus, nevè in afflictionibus anxiè liberari festinemus. Et rursus ne, siquando vos soluerint, proteruè immaneamus: & ille quidem ad pedes Pauli, ac Silæ procidebat: poterat enim introgredi vbi erant sancti, hic verò ad ianuam camini accessit. Neque enim

audebat in interiora carceris huius ingredi, quem per ignis ardorem istis parauerat. Et obserua mihi ipsa verba. Ille dicebat: Domini, quid me oportet facere vt salutem consequar? Hic verò non quidem tanta animi modestia & humilitate, nihilo tamen minus amicam & suauem vocem ædebat: Sidrach, inquiēs, Misac, & Abdenago serui Dei altissimi, egredimini & venite. Magnus honor. Serui Dei altissimi, egredimini & venite. Quomodo egredientur ò Rex? Vinctos in ignem abiecisti. Tantum iam temporis in igne fuerūt: nam etiā si adamātini fuissent, aut ex metallica qua piam materia: quomodo sub hymni huius spacio, quem totum compleuerunt, non periissent? Verùm hoc ipso saluati sunt, q̄ Deum laudarunt. Alacritatem eorum reuerit us est ipse ignis: postremò reueritus est & odam illam admirabilem, & diuinæ laudis concentus. Quomodo vocas eos? Iam præueniens dixi: Serui Dei altissimi. Seruis enim Dei omnia possibili sunt: nam si quidam quòd hominum serui sint, in rebus ipsorum non parum possunt, dominantur & disponunt, multò magis serui Dei, suauissima voce illos appellauit. Hoc ipso illos potissimum blandiendo veneratus est. Si enim ideò ignem ingressi sunt, vt serui Dei manerent, non potuit illis vox alia suauior esse, quàm hæc ipsa. Nam non ita gauisi fuissent, si vel reges eos, vel orbis dominos vocasset, atque quod dixit, Serui Dei altissimi. Et quid miratis? Quum enim vrbi scriberet Paulus adeò magnæ, orbis videlicet dominium gerenti, & de magnis dignitatibus glorianti ac superbienti, tanquàm quòd ad illius dignitatem responderet, immò quòd multò esset maius incomparabiliter etiam & consulatum excelleret & regnum simul & orbis principatum: hoc posuit, nempè, Paulus seruus Iesu Christi. Serui Dei altissimi. Si enim tātum, inquit, studii diligentiæque impendunt vt serui Dei sint, omnino illos hac appellatione promouebimus. Obserua igitur & pietatem puerorum: nec indignati sunt, nec ira commoti, neque quiquam contradixerunt, sed mox egressi sunt. Si enim supplicii loco, quòd in caminum iniecti fuerant, habuissent: molesto quoque animo aduersus eum fuissent, à quo in illum fuerant coniecti. Nunc verò nihil horum præ se tulerunt: sed non aliter progressi sunt ex camino, quàm si ex ipso cœlo prodirent. Et quod de Sole Propheta dicit, quòd velut sponsus è thalamo suo progrediatur: illud & de ipsis si quispiam dixerit, nihil planè peccauerit. Quin Sole ita progrediente, splendidiores illi egressi sunt. Is enim sensibili luce orbē illuminaturus progreditur: illi verò alia, nimirum spirituali orbem illustrarunt. Propter ipsos siquidem mandatum mox emisit rex, cuius hæc erant verba: Visum est mihi, vt signa & portēta quæ Deus operatus est nobiscū, manifestemus, & uelut magna & fortia prædicemus. Exibant itaque illustriores emittentes radios, splendidos quidem, & in ipsis regalis curię locis: tales tamen qui simul vbique sese per regalis mandati literas extendere, tenebras que illas omnia iam occupantes discutere valebant. Egredimini (inquit) & venite. Nō ausus est extinguere camini ardorē, sed hoc magis illos honorauit, quòd psuasus esset eos non solùm intro deambulare, sed & ardente etiam adhuc camino, egredi posse. Videamus autem, si placet, & custodis carceris verba: Domini, inquit, quid me oportet facere, vt saluus fiam? Quid hac voce iucundius? Et Angelos exultare fecit, & vt hanc vocem audiret, vnigenitus Dei seruus factus est. Hanc vocem & promi credentes ad Petrum emittebant: Quid faciemus, vt salute consequamur: Quid respondebat? Credite & baptismum suscipite. Cum voluptate Paulus & in gehennam incidisset vt hanc vocem à Iudæis audisset, tanta auiditate salutis & obedientiæ illorum tenebatur. Obserua verò: Omnia illis committit, nihil curiosè agens: sed videamus quæ sequuntur. Iste non dicit, quid faciamus vt saluus fiam, sed doctrinā emittit quauis voce sonoram magis, & mox diuinæ potentiæ, præco fit & prædicator. Nihil opus habet, vt in fide imbuatur, quemadmodum carceris custos, sed quid? Deum prædicat, & potentiam illius confitetur. In veritate, inquit, cognosco quòd Deus vester ipse Deus est Deorum, & Dominus dominantium. Quoniā Angelum suum demisit, & eripuit vos è camino. Et quod post ista? Non vnus duntaxat carceris custos, sed plurimi per regales illas literas, perque rerum illarum cōspectū in fide imbuti sunt. Manifestum enim erat

omnino

Act. 16. f

I

Dan. 3. g

K

Ro. 1. a

Ps. 18. b

tanto splendore. L

Dan. 3. g

Act. 16. f

Act. 2. f

M

omnino quòd nihil horum emẽritus esset rex. Neq; n. statim præter causam captiuis talium testimonium tulisset, neq; sua deie cisset, nec tantæ stultitiæ famam sibi admi sisset. Itaq; nisi multus fuisset veritatis splẽ dor, talia utiq;, totq; ac tantis præsentibus non scripsisset. Videtis quanta sit uinculo rum potentia? quãta sit diuinæ laudis, quæ in afflictione canitur fortitudo? Nec de sperabant, nec elanguescebant in afflictio ne, sed tum potissimum feruebant, tũ ma iore erant animi alacritate, meritò ista cõ A fiderant. Vnũ adhuc restat, nempè, cur qui in carcere ligati erant, soluti: qui uerò pue ros in caminum mittebant, combusti sint: alioqui debebat istud regi ipsi accidere, Neq; n. tantum peccauerant siue qui liga uerant, siue qui in caminum illos iniece rant, quantũ qui istud præceperant. quam obrem igitur isti perierunt? Non opus est hic multa diligẽtiq; perscrutatione: erãt. n. impij. Propterea diuina dispensatione hoc factum est, ut & probaretur ignis potẽtia, & maius fieret miraculum. Si. n. extra posi- ἀπαθὴς. tos ita deuorauit, quàm eos quos intus in medio sui iã habebat, inflexibili constan tia præditos, & impassibiles ostẽdit, ad hoc vt manifesta fieret diuina potentia? Mire tur autem nemo, quòd regem ad carceris custodem cõtuli. Idem. n. & iste præstitit: nam hoc nihilo splendidior erat ille. Vtri que siquidem & exultarunt & adiuti sunt. Verum, vt dixi, tum maximè feruent iusti, quando in afflictionibus & vinculis sunt. Nam propter Christum quicquam pati, quouis solatio iucundius est. Vultis men B tionem vobis & alterius cuiusdam carce ris faciam? Necesse est, ut ab hac catena ad alium carcerem sermonis translatio fiat. Quem vultis? An in quo Hieremias fuit? An in quo Ioseph? An qui Ioannem ha buit? Gratia Pauli catenę: quot sermoni no stro carceres aperuit? Ioãnis carcerem vul tis? uinctus erat & ille propter Christum le gemq; Dei. Quid autem in carcere consti- Mat. 11. tutus fecit? An non ex illo missis discipulis a, & Lu. suis dixit: Euntes dicite Christo, Tu es ue 7. c. turus ille, an alium expectamus? Itaq; & il lic existens docuit: non enim erat negli gens. Et Hieremias nunquid de Babylo niorum rege in carcere prophetauit, om niaq; & illic quæ ipsum concernebant exe quens? Quid uerò Ioseph? An nõ tredecim annos in uinculis fuit? Quid ergo? Neq; il lic virtutis suæ oblitus est: adhuc unius cõ memoratis uinculis, finiemus sermonem. Vinctus erat & Dominus noster, qui to tius orbis peccata soluit. Vinctæ erant ma nus, quæ innumera bona patrauerant. Vin ctum. n. inquit, duxerunt ad Caiphã. Vin ctus itaq; fuit, qui tanta miracula fecerat. His consideratis non molestè feramus, sed magis gaudeamus, si quando vincti fuerimus. Et quanquam in vinculis nõ sumus, simus tamẽ velut simul vincti. Vides quan tum sit uinculorum bonum? Cognitis his omnibus, gratias Deo pro uniuersis destinemus, in Christo Iesu domino nostro &c. C Ioseph tredecĩ annos ĩ vinculis fuit. Mat. 26 f

Homilia nona.

HOrtor itaque uos ego uinctus in Do mino, ut dignè ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni animi submissione & mansuetudine, cum longanimitate, tolerantes uos inuicem in dilectio ne, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis.] Demonstrata est magna il la Paulinæ catenæ uirtus signis etiam illustrior. Nõ itaq; frustra illam, & prẽter causam more suo, profert ac prętendit, sed tan quam qui per illam grauiter permoueat auditorem, & quod hortatur persuadeat. Vt dignè (inquit) ambuletis, vocatione qua uocati estis. Quomodo? Cum omni animi submissione, & mansuetudine, cum longanimitate tolerantes uos inuicem in dilectione. Vinctum esse simpliciter in se bonum non est: sed propter Christum uinctum esse. Propterea dicit: vinctus ego propter Christum. Nihil est, quòd huic æquari poterit, sed rursus nos Pauli catena ab iis, quæ iã proposita sunt abstrahit & euel lit, ita vt resistere non sustineamus, uerum spontè trahimur & uolentes, optantes etiã. Et vtinam perpetuò mihi de Pauli catena diserendum fuisset, sed ne torpeatis obsecro. Est enim adhuc mihi tractanda iam D quæstio. Nam quod in defensione ad Agrippam dixit: Optarim à Deo non solum Act. 16. modicè, sed & plurimum, non tantum te, g verumetiam omnes qui me audiunt hodie, tales fieri qualis ego sum, exceptis vinculis his: non ideo dixit, quòd uinctum esse pro Christo rem putarit exe- προσάλλεται. λυσωπῶν. in domino, propter dominum.

crandam esse. Absit: Nam si hoc sensisset, non fuisset gloriatus in vinculis, in carceribus, in aliis afflictionibus, nec alibi scribens dixisset. † Quàm suauissimè in infirmitatibus meis gloriabor. Quid ergo? Hoc ipsum indicium erat, quòd vincula magnificiebat, quèadmodũ & Corinthijs scribens, dixit: Lac uobis potum dedi, non cibum: nec dum enim poteratis. Ita & hìc vinculorum pulchritudinem, decorẽ, & vtilitatem nondum audire poterãt. Propterea dicit: exceptis vinculis his. Alioqui Hebræis non ita, sed illos vt vinctis, sint tanquam & ipsi uincti admonuit. Propterea & ipse in vinculis lætatus, & uinctus & cum aliis vinctis pariter in custodiam abductus est. Magna est Paulinæ catenæ fortitudo: satis fuerit unum hoc spectaculum aduersus omnia, Paulum & vinctum videre & ex carcere eductum. Quam E non excelleret voluptatem, & uinctum videre Paulum, & intus in carcere sedentem? Quid adeò precioſum est, quo non censerem rem hanc dignam esse? Non uidetis reges, & consules in rhedis circunuectos, auroque conspicuos, milites quoque illorum quibus stipati sunt, omnia deaurata habentes, deauratas lanceas, deaurata scuta, equos etiam auro insignes? Quanto autem illo spectaculo iucundius est istud? Optarim uel semel uidere Paulum ex carcere cum vinctis egredientem, magis quàm millies illos cum ista stipatione militari & insigni prætereũtes. Quot putatis Angelos illum, cum ita educeretur, præcessisse? Quòd autem nihil hìc mentiar, rem istam vobis ex veteri quapiam historia manifestam efficiam. Elisæus propheta (uirum fortè nostis) quum rex Syriæ bellum aduersus regẽ Israel gereret, quicquid ille in secretis cum consiliariis consilii sui conscijs agebat, apud semetipsum constitutus nullo indice & cognouit & in medium protulit; regisque insidias, arcana illius prædi- F cendo, irritas fecit, non permittens Israelitas in insidias, quas ille collocauerat, incidere. Malè habebat hoc regem & consilij inopem reddebat, dum cognoscere nequiret quisnam esset qui omnia proferret ac insidiaretur, omnesq; ipsius artes irritas faceret: Hæsitanti regi causamq; quærenti satellitum quispiam insinuauit, esse Samariæ prophetam quendam Elisæum nomine, qui regis consilium consistere non sineret, sed omnia patefaceret. Ille mox putauit iam omnia confecta esse. nihil hoc homine dementius ac miserius. Oportebat virum honorare, admirari, ac planè stupere, quòd, quum tot stadiis abesset, tata uirtute, nullius indicio, quicquid in secretis regiis agebatur, cognoscebat. Istud non solum non fecit, sed sola ira & indignatione accensus equestres & armatas copias misit, quæ prophetam circundarent. Habebat autẽ propheta discipulum quendam in ipsis vestibulis, qui talibus prophetiæ reuelationibus nondum imbutus, ant ad imbuendum aptus fuerat. Imminebat iam millies regis, ueluti virum modò, immo prophetam ligaturi. Rursus in uincula incidimus, & omnis hic sermo undiq; sic texitur. Visis autem discipulus militum copiis obstupuit, & trepidus ac tremebundus ad magistrum currens, calamitatem, G vt putabat, ineuitabileque periculum annunciauit: subridens propheta, quòd quæ timenda non erant, timebat, hortatus est animo esse bono & confidenti. Is verò (vt imperfectus erat) nõ persuadebatur, sed ex eo quòd viderat adhuc mẽte percussus, timore concepto detinebatur. Quid igitur propheta? Domine, inquit, aperi oculos pueri istius, & videat quomodo plures sunt qui nobiscum, quàm qui cum illis sunt. Et repentè totum montem, in quo tum propheta habitabat, videt equis ignitis, curribusque talibus refertum. Hoc verò nihil erat aliud, quàm Angelorũ acies. Si uerò Eliſæo vnius discipuli gratia tanta obsecũdata est Angelorũ acies, quid Paulo putas defuisse? Istud & propheta Dauid dixit: Angelus, inquit, domini castrametatur in circuitu timentium eum. Et iterum: In manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Et quid de angelis dico? Ipse dominus, quum ex carcere egrediebatur, cum illo erat. Non enim Abrahę quidem apparuit, huic autem defuit: ipse enim promisit hoc, dicens: Ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Et iterum apparens illi dixit: Ne timeas, sed loquere, quoniam ego tecum sum, & nemo adorietur te, ut affligat te. Et in somnis astitit illi, dicẽs: Bono esto animo. Quemadmodum, n. testificatus

4. Reg. 6. d

Ps. 33. b

Ibi. 90. c

Mat. 18 d

Act. 18 c

H Ibi. 27. c

† alias, libenter. 2. Cor. 12. c 1. Cor. 3. a

tatus es de me Hierosolymis, ita oportet te, & Romæ testificari. Semper quidem admirandi sunt Sancti, multaq; gratia plenti, maximè verò quãdo propter Christum periclitantur, quando in uinculis sunt. Sicut enim generosus miles semper quidem ac simpliciter iucundum est uidentib. spectaculum, potissimum verò quando iuxta regem ipsum in acie stat: ita & de Paulo cogita quantum fuerit, docentem ipsum in uinculis videre. Dicam cogitationem meam quæ dicenti iam suggeritur. Babylas beatus martyr, & ipse, eadem causa qua Ioannes, uinctus erat, quòd regem iniquè agentem arguerat. Hic quum moreretur, præcepit uincula iuxta corpus suum collocari, corpusque vinctum sepeliri, & nunc pedicæ simul cum cinere illius sepultæ iacent, tãto uidelicet ille desiderio pro Christo vinctus esse cupiebat. Ferrum, inquit propheta de Ioseph, pertransijt † animam eius. Iam verò & mulieres vinculorum istorum experimentum ceperunt. Verùm nos non ligamur, neque ad istud hortor, quippe huius nulla iam existente occasione. Nihil opus est, ut manus ligatas, sed mentem uinctam habeas. Sunt & alia uincula, illa ferent qui istis non ligantur. Audi Christum dicẽtem, ligate illi manus ac pedes: sed absit vinculorum illorum experiẽtia: istius potiùs abundè uinciri cõtingat. Propterea dixit Paulus; Hortor uos ego vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione qua uocati estis. Caput, inquit, habetis Christum. Hic excitauit ues & mulique secum sedere fecit, cùm adhuc essetis inimici, milleque malorum patratores. Magnifica planè vocatio, & ad res magnificas destinata. Non solùm ab illis malis, sed ad talia etiam bona, idque tali modo facta. Quomodo uerò dignè ambulabitur? Cùm omni, uidelicèt, animi submissione, qui talis es dignè ambulat. Est enim istud omnis uirtutis substantia, & fundamentum. Si fueris humilis perpenderisq; quis existens quomodo saluatus sis, occasionem ad uirtutem ex hac memoria capies, neque uinculorum gratia extolleris, neque eorum quidem de quibus dixi, sed cogito quòd omnia diuinæ sint gratiæ, ad modestiam teipsum contrahes. Qui animo est humili, & modesto seruus esse potest, & gratus & iucundus. Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Audi uerò ipsum rursus dicentem: Abundantius, inquit, ipsis omnibus laborauì: non autem ego, sed gratia Dei, quæ mecum est. Cum omni, inquit, animi submissione: non ea quæ in uerbis, neque quæ in rebus duntaxat, sed quæ & in habitu, & in uoce est, ut non erga hũc humilis quidem, erga illum verò arrogans sis. Humilis esto erga omnes, siue amici sint, siue inimici, siue magni, siue tenues. Istud enim demum est animo submisso esse. Et in rectè factis etiam humilis esto: audi enim quid Christus dicat: Beati, inquit, pauperes spiritu: & uide quomodo istud primo loco ponat. Propterea & Paulus hìc: Cum omni, inquit, animi submissione & mansuetudine & longanimitate. Potest enim esse ut humilis quidem quispiam sit, sed iuxta acer & iracundus, verùm istud nihil prodest. Fit enim sæpenumero, vt ira correptus animia perdat. [Tolerantes uos inuicem in dilectione.] Quomodo tolerari potest, si iracundus fuerit quispiam & cõuiciator? Modum hunc dicit: in dilectione. Si tu proximum, inquit, ferre non potes, quomodo feret te Deus? Si conseruum tuum conseruus ipse non fers, quomodo tolerabit te Dominus? vbi dilectio est, ibi tolerabilia sunt omnia. [Studẽtes seruare unitatem spiritus an vinculo pacis.] Liga ergo manus tuas mansuetudine. Rursus bonũ nomen est vinculum, dimisimus ipsum, sed sponte nobis denuò recurrit: bonũ est illud uinculũ, bonũ est, & hoc, ab isto nascitur illud, Alliga teipsum fratri. Qui tales sunt, nempe dilectione fratrib. alligati, omnia facilè ferunt. Colliga teipsum illi, & illum tibi: vtrunque in tua potestate est. Possumus. n. si quem voluerimus, facilè amicum nobis reddere. Studentes, inquit: non obiter istud agendum, neque cuiusuis est. Studentes, inquit, seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Quid est, unitas spiritus? Quemadmodum in corpore spiritus est oĩa continens, quam quam diuersa sint membra, ita & hìc. Nam ad hoc datus est spiritus, ut genere ac moribus diuersis discretos vniat. Hic. n. senex & iuuenis, pauper & diues, puer, & hæbus, & vir, mulier ac masculus, & omnis anima, vnũ quid fiũt; idq; magis q̃ si corpus vnum essent. Est. n. ista cognatione illa maior, & plenior vnitatis huius præstantio. Aĩæ siquidẽ

De Babyla martyre.

Ps. 104. b

† anima eius

I Mat. 22 b

Ad expiandam Pauli uerba redit.

Mat. 5. a

Quid unitas spiritus.

1. Co. 5. b

Ibi. 15. b

propinquitas tantò est exactior, quantò est simplicior, & non diuersarum specierum. Quomodo verò custoditur? In uinculo pacis: in inimicitiis & dissensione consistere non potest. Cùm enim in uobis sint æmulationes, inquit, & contentiones, nònne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quemadmodum enim ignis, si quando arida lingua nactus fuerit, vnam pyram ex omnibus facit: si verò humida fuerint, neque in illis operatur nec illa cõglutinat? ita & hic nihil eorum quę frigida sunt, vnitatem hanc complecti potest, sed quicquid uelut magna ex parte feruidum fuerit. Ex hoc igitur & dilectionis feruor nascitur: vinculo itaque pacis omnes nos colligari vult Apostolus. Nam quemadmodum si quando teipsum alii cupiam alligare volueris, alia ratione illud non potes, nisi illum tibi colligaueris, (nam si quidem duplex uolueris efficere vinculum, oportebit & illum tibi alligari) ita & hic alligari nos inuicem vult: non simpliciter pacificos esse, neque vtcunque diligere, sed in omnibus vnam esse animam. Bonum est hoc vinculum. Isto si quidem & nos inuicem mutuò, & Deo nos ipsos colligabimus. Non stringit vinctas manus, nec premit hoc vinculum, sed & relaxat, & in spaciosam veluti campestrem latitudinem cõstituit, solutisque alacriores facit. Qui robustus est, si fuerit infirmo alligatus, & illũ portabit, & perire non sinet: & si cum pigro ligatus fuerit, excitabit illum. Frater enim à fratre adiutus, inquit, tanquam ciuitas munita: istam catenam impedire non poterit viarum interstitium: non cœlum, non terra, nec mors, nec aliud quidpiam, sed omnium est optima & robustissima. Ista etiam si ab vna duntaxat anima parta fuerit, plures tamen simul complecti potest. Audi quippe quid Paulus dicat. Non estis angusti in nobis, angusti autem estis in visceribus vestris: dilatamini & vos. Quid aũt vinculum hoc lædit ac perdit? Pecuniarum amor, ambitio dominandi, & gloriæ aliorumque talium vincula ista laxant atque intercidunt. Quomodo cauebitur ne intercidant? Si amoueris illa, nihilque eorum quæ dilectionem corrumpunt, interturbauerit, audi Christum dicentem: Quando abundauerit iniquitas, refrigescet dilectio multorum. Nihil adeò charitati aduersatur, atque peccatum: & non de illa duntaxat dico quæ erga Deum, sed & quæ erga proximum est. Quomodo ergo latrones pacem habent, inquis? Quando habent, dic quæso? Certè non, quando prædandi moribus vtuntur. Neque enim in illis ipsis quibus prædam inter se diuidunt, æquitatis leges custodiunt, & vnicuique æquam ac iustam portionem distribuant. Inuenies enim & tum illos inter se belligerari pugnareque. Itaque neque in malis inueniri potest custodia pacis: vbique verò illam repetire licèt, cum iustitia vtique & virtute, vbi illæ fuerint, inuenietur: Sed inter riuales & æmulos pax est? Nequaquam. Sed quem uis proferam? Auarus cum auaro nunquam pacificus erit. Ita enim habent, vt nisi essent in medio illorum & iusti, & mansueti, & qui iniuriam ferrent, dilaniaretur ac consumeretur mutuis morsibus istud hominum genus, non aliter quàm duæ bestiæ vehementer famelicæ, quæ nisi esset in medio illarum quod consumi ab ipsis possit, seipsas consumerent. Ita & ab auaris & malis vtique fieret: itaque non potest esse pax, nisi virtute primùm parta. Dic enim obsecro, si mœchus quisquàm fuerit, quomodo cuipiam amicus erit? Ponamus ciuitatem vbi omnes sint auari, eiusdem omnes honoris: hic nemo iniuriam ferret, sed omnes iniuriam inferrent. Sed mœchis fortè pax est? Verùm non reperies hic, ne duos quidem consentientes. Nulla igitur huius alia causa est, quàm charitatis refrigeratio. Quòd charitas verò refrigeratur, in causa est iniquitatis multiplicatio & abundantia. In philautiam enim illa ducit, corpusque diuellit, proscindit, laxat, & dissipat: uirtus verò vbi fuerit, contrarium efficit. Virtuti enim deditus pecuniarumque victor, etiam si cum innumeris in paupertate fuerit, pacificus tamen esse potest: auari verò etsi bini duntaxat fuerint, nunquàm poterunt in pace consistere. Itaque si uirtutis studiosi fuerimus, non perdetur charitas. Est enim à charitate virtus, & à virtute vicissim charitas. Quomodo? Dicam. Qui uirtute imbutus est, non præfert pecunias dilectioni, non est memor iniuriarum, nihil iniuriæ committit in proximum, non conuiciatur, omnia generosè tolerat, ab illis continuatur charitas. Rursus qui diligit, omnia ista præstat.

M

2. Cor. 12. g

A Prouer. 18. c

2. Co. 6. b.

Matth. 24. b

B

C

ſtat:ita quæq; iſtarum alterũ parit. Et iſtud quidem hinc probatur quòd ex uirtute ſit charitas. Quòd.n.dixit, Quando abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas, hoc ſatis declarauit. Quòd verò ex charitate ſit uirtus, ex eo liquet, quòd inquit Paulus: qui proximum diligit, legem impleuit. Oportet itaq; duorum iſtorum vnum eſſe, aut ualde diligentem & amantem, aut uehementer virtute imbutum. Vtrumuis.n. iſtorum ſi quis habuerit, neceſſariò & altero potietur: & è contrario, qui diligere neſcit, multa quoque mala patrabit: & qui mala perpetrat, diligere quoque non nouit.

Ro. 13. c

D

Morale.

Perſequamur igitur charitatem. Cuſtodia ſi quidem illa eſt & munimentum ad hoc, ut nõ permittamur aliquid pati quod malum ſit. Conligemus ergo noſipſos inuicem: nihil ſit apud nos quod vel dolum ſapiat uel fictionem: nam nihil tale reperitur, vbi fuerit amicitia. Dixit autem hoc & alius quiſpiam ſapiens vir: Et ſi gladium, inquit, contra amicum euulſeris, de amicitia tamen illius nihil deſperes. Eſt enim regreſſus ad amicum. Si cõtra illũ os tuum aperueris, ne deſpõdeas animum: eſt enim apud illum reconciliatio: exprobrationem duntaxat cõtumelioſam, ſecretorumq; reuelationem, & læſionem doloſam caueas, per iſta ſi quidẽ fugatur amicus, maximè ſi ſecreta illius reuelaueris. Quòd ſi omnes fuerimus amici, nihil opus erit ſecretis. Quẽadmodum.n. nemo apud ſeipſum ſecretum quid habet, neq; etiam ſeipſum cælare quicquam poteſt, ita neq; amicos: vbi verò nulla ſunt ſecreta, ibi non põt eſſe ex ſecretorum reuelatione amicitiæ diremptio. Secreta ſi quidem non habemus aliunde, q̃ ex eo q̃ non omnibus fidem habemus. Itaq; ex charitatis refrigeratione naſcuntur ſecreta: ut quid.n. ſecretum habebes? Iniuria vis afficere proximũ, aut profit, atq; ideo propoſitũ tuum abſcondis: verùm nihil fortè horũ, ſed pudor in cauſa eſt. Eſt ergo hoc ipſum iã iudicium, quòd proximo fidem nõ habeas. Itaq; ſi charitas nobis fuerit, non erit inter nos ſecretorum reuelatio, immo neq; cõtumelioſa queꝑiã exprobratio. Quid.n. dic quæſo, animę ſuę quiſquam exprobrauit unquam? licèt illud ad utilitatẽ fortè aliquando fiat, quomodo & pueris noſtris ſubinde exprobramus, ſtimulare illos volentes. Et Chriſtus tũ temporis ciuitatibus exprobrare cęperat, dicens: Væ tibi Corazaim, væ tibi Bethſaida: ſed ad hoc vt ab opprobriis illas liberaret. Nihil.n. aliud adeò validè mentẽ & mordet, & magis excitat, remiſſamq; reſtituit. Nõ ergo ſimpliciter, aliis exprobremus. Quid enim? Pecuniarũ gratia proximo exprobrabis? Nequaquam. Si quidem quæ poſſidentur, cõmunia ſunt: ſed propter delicta? Neq; iſtud. Quin magis in uiã reſtitues, & læſionẽ, inquit, doloſam caueas. An ſeipſam quiſpiam interficiet, aut percutiet? Nequaquam. Charitatem itaq; perſequamur: nõ dixit ſimpliciter diligamus, ſed, diligendo perſequamur. Multa diligẽtia opus eſt: aliàs enim mox interit: nam præceps eſt, & ad ſeceſſum prona. Quippe tot ſunt in hac uita, quib. res iſta uaſtatur ac perditut. Si perſequuti fuerimus illam, nõ præuenier nos, ut aufugiat, ſed confeſtim eam extrahemus. Charitas Dei cœlo terrã coniunxit, Charitas Dei hominem in thronum regalẽ cõſtituit, Charitas Dei Deum in terris declarauit & oſtendit, Charitas Dei ex domino ſeruum fecit, Charitas Dei pro inimicis dilectũ, pro odio Deũ habentib. filium, pro ſeruis dominum, pro hominibus Deum, pro famulis liberum tradi fecit. Et neque hìc ſubſtitit, ſed & ad maiora nos conuocauit: non.n. prioribus nos malis duntaxat liberauit, ſed & alia multò maiora daturũ ſe pollicitus eſt. Pro his itaq; Deo gratias agẽtes, omnem uirtutem perſequamur, & ad omnes charitatem nobis diligenti ſtudio comparemus, vt promiſſa bona conſequi mereamur gratia & beniguitate &c.

Luc. 10. c

Hìc videntur aliqua deeſſe.

F

ὑξεία πρὸς ἀναχώρησίν ἐστιν.

E

Homilia x.

VNum corpus & unus ſpiritus, quẽadmodum & vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ.] Quaõ de rebus maioribus admonet beatus Paulus, vehementer prudens & ſpiritualis, a cęleſtibus exhortationẽ texit. Hoc ipſum autẽ à domino didicit, quẽadmodum & alibi dicit: Ambulate in dilectiõe, ſicut & Deus nos dilexit, tradiditq; ſemetipſum ꝓ nobis. Et iterum:

G

Inf. ſ. a

Phili.2. a Hoc affectu estote qui & in Christo Iesu fuit, qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est, vt esset æqualis Deo? istud & hic facit. Quãdo enim magna proponuntur exempla, vehemens quoque est & zelus & desiderium. Quid enim ad vnitatem nos adhortans dicit? Vnum corpus, inquit, & vnus spiritus, sicut & vocati estis in vna spe vocationis vestræ. [Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma.] Quid est autem vnum corpus? omnes vbique terrarum fideles, & qui iam sunt & qui fuerunt, quique futuri sunt, denique & qui ante Christi aduentum deo placuerunt, vnum corpus sunt quomodo? quoniam & illi Christum venerati sunt. vnde liquet? Abraham, inquit, pater vester exultauit vt videret diem meum, Ibi. 5.g & uidit & gauisus est. Et iterum: Si Moysi credidissetis, inquit: credidissetis & mihi. H De me siquidem ille scripsit, vt & prophetæ: nõ autem scripserunt tanquam dé quoque dicerent, ignorasset: viderunt enim illum, & adorauerunt. Itaque & illi vnum corpus sunt: non est diuisum corpus spiritus, alioqui corpus non esset. Nam & nos de coadunatis, multamque affectationem habentibus, dicere solemus, vnum corpus sunt: Ita & nos hic, quod ad vnitatem attinet, corpus accipimus, quod sub vno est capite. Si verò caput vnum, vnum est & corpus. Corpus ex honestis & inhonestis membris componitur: veruntamen nec maius aduersus minus, etiam si vilissimum sit, eleuatur aut insolescit, nec istud vicissim huic inuidet. Nam alioqui non eandem omnia perfectionem adferunt, sed iuxta quod in vnoquoque necessitatis ratio poposcerit. Et quoniam omnia necessariò facta sunt, licèt in varios vsus, omnia quoque eiusdem honoris sunt. Sunt autem quædam potiora, quædam verò minus: ut caput omni reliquo corpore præstantius est, quòd & omnes sensus, & imperium animæ habeat in seipso, & quòd sine capite nemo viuere queat, quum amputatis pedibus multum temporis plurimi vixerint. Melius est itaque reliquis membris, non solùm situ, spe & ipsa euergia, ipsoque ordinandi moderandique regimine. Quorsum ista dico? sunt in ecclesia multi. Horum quidam in sublime, capiris instar, eucti sunt cœlestia quidam, velut in capite oculi, contemplantes, multumque à terrenis distantes, nihil cum illis commune habentes: alij verò in pedum sunt ordine, terram calcantes, pedum, inquam, sanorum. Non enim culpabile est pedibus terram calcare, sed ad malitiam currere. Nam pedes, inquit, Prou.1. illorum ad malitiam currunt. Neque isti, b inquit, aduersus pedes superbiant, nec istis quicquam inuideant illi: alioqui propria cuiusque pulchritudo destruetur, & perfectus vsus impedietur. Et qui proximo insidiatur, sibiipsi primum insidiatus est: siue enim pedes ad necessariam egressionem caput aliquò portare noluerit, sibiipsis per immobilitatem illam & pigritiam nocumentum adferent: siue vicissim caput nulla voluerit pedum habere curam ac ratione, damno primum seipsum afficiet. Sed meritò fortassis illa sibiipsis inuicem non aduersantur. Naturaliter enim ita dispositа sunt. Quomodo verò possibile est hominem aduersus hominem non extolli? Neque enim aduersus Angelos erigitur: quãdoquidem K neque illi aduersum Archangelos. Rursus neque bruta animantia aliqua in re superbire aduersum me[illegible]: vbi verò natura paris est honoris, do[illegible]m etiam vnum, & nihil hic præ illo amplius habuit: quomodo non extolleretur qui potior est? Atqui hoc ipso non debes aduersus proximum erigi. Si enim cõmunia sunt omnia, & alius præ alio nihil habet amplius, vnde est arrogantiæ causa? Eiusdem naturæ, eiusdem animæ pariter ac corporis participes, eundem spiramus aere, iisdem vtimur alimentis, vnde igitur irrepit elatio? Attamen si qui per virtutem incorporalium potestatum victores esse possunt, istud eos fortè in arrogantiam euehere valuerit, imo verò non esset istud arrogantem esse. Meritò siquidem aduersus dæmonem sublimè sapio, & valde sublimè: & vide quomodo Paulus etiam cõtra Dæmonem superbierit. Quum enim de illo Dæmon magnifica & admiranda prædicaret, compescebat eum nec ferebat ne assentantem Act.16. quidem. Dicète quippe puella illa Pythonem spiritum habente, Homines isti serui d sunt Dei altissimi, qui quidem nobis viam salutis annunciant increpatione vehementi impudentem ipsius linguam obturabat. L Rom.16 Rursus & alibi scribit dicens: Satanam sub pedibus vestris breui conteret Deus.

Vnum corpus quid sit.

Quõ caput præstet reli I quo corpori.

Num

Num naturæ differentem alicuius fecit? Vides eum nullius æstimare naturam distare tionem? Propter dæmonum malam voluntatem, inquit: nam voluntate peiores sunt omnibus: aduersus Angelum autem non extollor. Multum enim discriminis est inter me & illum: sanè contra hominem nō debes erigi, minus etiam quàm contra Angelum. Angelus enim te natura excellit, quod quidem illi neque laudis, neque malitiæ loco reputatur. Homo verò ab homine non natura quidem, verum voluntate distat. Est autem & in hominibus Angelus. Itaque si contra Angelos nemo erigitur, multò minus contra homines, in humana ista natura Angelos effectos. Si enim virtute præditus inter homines quispiam velut Angelus fuerit, multò iste maior est quàm Angelus. Quamobrem? Quoniam quod ille ex natura habet, hoc iste per voluntatis propositum adeptus est: & quoniã Angelus habitationis loco abs te disiunctus cœlum inhabitat, hic verò & tecum hic versatur, & æmulandi tibi occasionem largitur, quanquam hic habitatione semotior sit quàm ille. Nostra enim, inquit, conuersatio in cœlis est. Quòd autem iste remotius habitet, audi vbi caput ipsum sedeat, nempe, in throno regali. Quantum autem hic thronus, tantum distat a nobis, & iste, sed in zelotypiam rapiar, inquies, vbi honore illum potitum video. Hoc enim est, quod sursum ac deorsum versauit ac turbauit omnia, & non solùm terrarum orbem, sed & ecclesiam innumeris malis oppleuit. Et quemadmodum in portum tranquillum irruentes è contrario feroces venti, quouis illum turbine ac fremito periculosius reddunt: ita & subingressa gloriæ cupido omnia subuertit & confundit. Adestis sæpenumero magnarum ædiũ incendio: videtis quomodo ad cœlum vsque fumus ascendat, & dum nemo malum extincturus prodit, sed quisque quæ sua sunt spectat, ignis ille magna vi cuncta depascitur? Et circunstetit plerunque ciuitas tota, circunstetерunt verò spectatores uerò tantùm, non opitulatores aut adiutores. Et videre est istic quàm nihil faciant omnes quotquot circum incendium adstant, sed quisque illorum extensa manu recenter aduentanti vel locum ostendat, vel flammam è foribus indesinenter exilientem, vel trabes deiectas, vel vniuersum culminum ambitum deuolsum, ad terramque ruentem. Sunt autem plurimi audacium, inque pericula seipsos proiicientium, qui quamproximè ad ædificia illa ardentia aui sunt accedere, non vt manus illis porrigerent, malumque extinguerent, sed vt iucundius haberent spectaculum, & vt è uicino cuncta diligenter spectare possent, quæ foris positos antea plerunque latuerant. Si verò splendidis istud & magnis contigerit ædibus, miserabile videtur esse spectaculum, & multis lachrymis dignum. Et est re uera miserandum spectaculum ui dere columnarum capita in puluerem redacta, plures etiam ex illis in frusta commi nutas: has quidem igne vastatas, illas verò etiam eorum manibus sæpenumero, qui ædificauerant, impulsas ac demolitas, ne latius reliqua depasceretur incendium. Videre est hic & monumenta, quæ multo ornatu, impositio tecto stabant, iam sublato culmine in lucem detecta, multoque dedecore in paculo prostantia. Opes verò quæ intus erant reconditæ, quis enarrabit? vestes videlicet deauratas, vasaque argentea, & locum illum, quò non facilè herus ipse cum coniuge sua ingrediebatur, ubi multorum erat vestimentorum, aromatum, lapidumque precioſorum repositorium. Hic omnia in unam pyram conflantur, & balneatii, & stercorarij, & serui fugitiui, & quotquot intus sunt. Omnia in his ædibus iam nihil aliud sunt, quàm aqua infusa, ignis, lutum & fimus, cinis & semiusta ligna. Sed quamobrem hanc imaginem adeò fusè extendi? Nolo simpliciter domus alicuius incendium describere. Quæ enim mihi esset illius cura? Sed ecclesiæ mala oculis vestris quãtum licuerit, subiicere volo. Non enim aliter illa, reuera quàm velut incendium aut fulmen quoddam cælitus delapsum ita in ipsum ecclesiæ culmen deuenerunt: & tamen neminem excitant, sed paternis ædibus incensis, profundo quodam & insensibili pressi somno altũ dormimus omnes. Quem enim hic ignis, quasque columnas in ecclesia stantes non corripuit? Nam nihil aliud est ecclesia, quàm ex nostris animab. constructa domus. Non est ãt ipsa domus eiusdem honoris in oĩb. sed lapidum ex quibus est perfecta, quidam quidẽ splendidi sunt & illustres, quidam verò minoris

gloriæ

Phil. 3. d

Zelotypiæ ma lum.

Simile

depascẽ tis eccle siam ze lotypię.

A

B

Incẽdiũ eccleſię.

Ecclesia quid sit.

C gloriæ & obscuriores. Est autē hìc melius multò videre, quàm multi sint, qui auri lo cum ac dignitatem obtinentes, tectum exornent, quomodo alii eum repręsentent ornatum, qui est à monumentis. Videre est etiam hìc, multos columnarum instar stare. Nouit enim ecclesia & homines vocare columnas, nō virtute ac robore duntaxat, sed & venustate quadam, quam ex deauratis capitibus habent, plurimum ornatus exhibentes. Videre est hìc & multitudinē, vt plerunque est interstitium & capax septorum ac ambituum latitudo. Plurima. n. illa ecclesiæ multitudo in ordine est eorū lapidum è quibus parietes construuntur: immo ad illustriorem aliquantò imaginē transeundum est. Ipsa ecclesia non ex lapidibus ædificata est, sed ex auro, & argento, lapidibusque preciosis, & plurimum vbique aurum in illa disparsum conspicitur. Sed ò rem amaris lachrymis dignam. Nā omnia ista incendit vanę gloriæ tyrannis, flamma illa nihil non vorans, & nemo est qui malo isto superior factus sit, sed stetimus flammam quidem ipsam admirantes, malum verò nondum extinguere valentes. Et si extinxerimus aliquando modico & exiguo tempore, mox tamen duobus, aut tribus elapsis diebus, velut cùm ex cinere quodam rediuiua scintilla omnia subuertit, & non minùs quàm antea fecerat, demolitur: ita & hìc contingit. Ad cū enim modum cum incendiis euenire solet. In causa verò est, quòd columnarum, quæ in ecclesia sustentacula destituru nos, qui ipsum culmen recipimus, & qui omne ædificium continemus, igne nos primùm circumplexa sunt. Propterea & in reliquos parietes facilè peruenit incendium. Nam & in ædificiis quidem quando ligna corripuerit ignis, eò fortius aduersum lapides armatur: quādo verò columnas demolitas ad terram proiecerit, nihil iā amplius opus est flamma, quò reliqua deuastet. Cadentibus enim sustentaculis, quorum est superiora suffulcire, sponte iam & magna promptitudine sequuntur & ipsa suprema. Ita sanè & nunc in ecclesia factum est. Omnia corripuit ignis. Honores ab hominibus quærimus, & gloriæ desiderio accendimur, nec audimus dicentem Iob: Et si voluntariè peccans, multitudinem & confusionem veritus sum. Vides animum generosa virtute præditum? Nō erubuit, inquit, coram vniuersa multitudine, quæ inuitus deliqueram, fateri. Si verò ille non erubuit, multò magis nos istud facere oportebat. Dic enim tu iniquitates tuas, inquit, prior, vt iustificeris. Multa facta est & magna mali huius vehementia. Omnia subuersa sunt ac vastata. Honoris serui facti sumus, relicto Deo. Subditos iam non amplius increpare possumus, eadem & ipsi febre detenti. Opus autem curatione habemus & ipsi, qui ad hoc ordinati sumus à Deo, vt alios curemus? Quæ relinquitur ergo deinceps salutis spes medicis ipsis aliorum & opera & cura op habentibus? Ista nec obiter dico, nec frustra deploro: sed vt pariter omnes, cū mulieribus ac liberis cinere sparsi saccoque circumamicti Deum intenso precemur ie iunio, vt porrecta nobis manus malum istud extinguat. Reuera quippè manu illius magna illa & admiranda opus habemus. Maiora certè à nobis, quàm à Niniuitis fieri oportet. Adhuc tres dies, inquit, & Niniue subuertetur, Horrenda prædicatio, & magnis planè refertamis. Quomodo enim tremendum nō fuisset, ciuitatem ipsam post tres dies vnum omnibus fore sepulchrum, vniuersosque pariter vno supplicii conspectu & genere perdendos expectare? Si enim molestum adeò malum est, quando eodem temporis articulo in vnis ædibus duo pariter intereunt pueri, & si hoc potissimum omnium intolerabile visum est beato Iob, quòd tectum domus super omnes illius liberos ceciderat, atque ita simul obrutos enecauerat: quid putas fuisset non vnam videre domum, nec duos duntaxat pueros, sed gentem duodecim myriadum rectorum culminibus pariter obrutam? Scitis iam mali quantitatem? Nam & nobis paulò antè eædem minæ factæ sunt, non quidem prophetæ cuiuspiam voce: neque enim qui talem audiamus digni sumus: verùm comminationibus desuper quauis tuba significantius intonantibus. Sed illud, Adhuc tres dies & Niniue subuertetur, horrendæ reuera sunt minæ. Sunt quidem, verùm hìc nihil tale est. Non enim tres dies nunc, neque Niniue subuertetur: sed multi iam dies sunt, ex quo totius orbis ecclesia & euersa est, & humi prostrata

Videtd hic quærat Christ. suo tempore in ecclesia contigisse.

D

Iob. 9. d

Esa. 43.

E

Ion. 3. b

Iob. 1. d

F

proſtrata iacet. Vniuerſis pariter hoc malo comprehenſis, tantò verò primorib. ac præſidentib. magis, quantò maior eorum eſt neceſſitas. Nihil eſt ergo quur miremini ꝙ hortatus ſum, † vt Niniuitarum clade maiorem eam quæ eccleſiæ eſt, faciatis.] Propterea verò non ſolùm ieiunium nũc præ dico, ſed & pharmacum ipſum demonſtro quod ciuitatem illam iamiam cadentem reſtituit. Quodnam illud eſt? Vidit dominus, inquit, ꝙ vnuſquiſque à vijs ſuis malis abſtinuit, unde & Dominum mali eius pœnituit, quod facturum ſe ipſis prædixerat. Iſtud faciamus & nos & uos. Abſtineamus ab amore pecuniarum uanæque gloriæ, obſecrates Deum, manum ut porrigat, lapſaque membra reſtituat. Neque enim idem nobis timendum eſt, quod Niniuitis. Tum enim caſura quidem erant, & ligna, & lapides, corporaque adobruta necatura. Nunc uerò nihil horum, ſed animę traden dę ſunt gehennæ igni. Obſecremus dominum, prioraque confeſſi, gratiam illi pro futuris ſpondeamus. Precemur item, vt gra ui iſta ſæuiſſimaq; beſtia liberati, gratiam mereamur rependere benigno Deo ac patri, cum quo gloria, poteſtas, & honor ſit Filio, pariter ac Spiritui ſancto, nũc & ſem per, & in ſecula ſeculorum, Amen.

ꝙt ma- iora q̃ à Niniui- tis facta ſint, à nobis fi ant.

Homilia vndecima.

VNum corpus, & vnus ſpiritus, quemadmodum & uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ, vnus Dominus, una fides, vnũ baptiſma, unus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus. Veſtrum autem unicuique data eſt gratia ſecundum menſuram dona tionis Chriſti.] Charitatem à nobis requirit Paulus, non uulgarem: ſed quæ nos ita coniungat, indiuulſeque mutuò conglutinet: deniq; eam unitatem itaque exactam præſtet, qualis eſt membri ad membrum. Ipſa enim eſt, quæ magna bona perficit. Propterea cùm dicit: Vnũ corpus, per iſtud quomodo debeamus aliorum malis compati, & rurſus aliorum bonis nõ deijci, ſed magis congaudere, & ſimul omnia oſtendit. Recte quoque ſubiunxit, & vnus ſpiritus: oſtendens quomodo ex uno corpore vnus ſit ſpiritus, aut quomodo fieri poſſit, vt unum quidem ſit corpus, ſpiritus verò non unus utpote ſiquis & hęreticorum fuerit amicus, aut ꝙ ab illo diſſentiendi malo fortè nonnihil eis timeat, atque uelut ad hunc modum dicat, quum vnum acceperitis ſpiritum, ex vnoque fonte potati ſitis, animo non debetis eſſe duplici, aut ſpiritum hic uoluntatem dicit. Deinde quemadmodum vocati eſtis, inquit, in una ſpe uocationis ueſtræ: Deus, inquit, ad eadem uos uocauit. Nihil amplius cuiquam dedit præ alijs. Omnibus immortalitatem, I omnibus uitam æternam, omnibus gloriam immortalem, omnibus fraternam cognationem, omnibus hæreditatem largitus eſt. Commune omnium caput factus eſt, omnes pariter & excitauit, & ſecum ſedere fecit. Qui ergo tantam in ſpiritualibus bonis honoris æqualitatem habetis, vnde, quæſo, ſuperbitis? Hic ideò quòd dives, iſte ob id quòd potens eſt? Et quomodo non ridiculum eſt iſtud? Dic enim: Quòd ſi rex quiſpiam aliquando ſuſceptos decem quoſdam homines, omnes & purpura induiſſet, & in thronum regalem conſtituiſſet, uniuerſiſque eundem pariter honorem tribuiſſet: an aliquis illorum aduerſum reliquos, uelut ditior, aut illuſtrior auſus fuiſſet inſoleſcere? Nequaquam. Et nondum omnia dixi. Non enim tantùm eſt in cœlis differentiæ, quantùm hìc fortè diſtincti ſumus. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Ecce ſpem fidei. Vnus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus idem. Non enim ſuper te quidem maior ſuper illum uerò minor inuocatus eſt. Neque tu fide, ille operibus ſaluatus eſt. Nec tibi quidem per baptiſmum dimiſſa peccata ſunt, illi uerò nihil. Vnus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus vobis. Super omnia, hoc eſt, Dominus, & omnium ſupremus: per omnia, prouidens uidelicet & gubernans: Et in omnibus uobis, id eſt, inhabitans. Etiam filio iſtud adſcribitur: Itaque ſi diminutionis eſſet, de K patre vtique dictum non fuiſſet. Quid igitur? Vnde ſunt, inquiunt, differentia illa dona? Iſtud enim perpetuò ipſos, Corinthios etiam, partim ad inſolentiam, partim ad triſtitiam, & inuidentiam abduxit. Propterea vbique corporis exemplum vſurpat, atq; ideò illud & hoc loco ponit,

quòd

quod differentium donorum mentionem facturus esset. Exactius quidem illud in epistola quæ ad Corinthios est, excquitur. Nam & apud illos hoc morbi genus potissimum tyrannidem obtinuerat. Nunc autem hoc loco breuibus hoc exemplum subindicat duntaxat. Et vide quid dicat. Non dicit, iuxta cuiusque fidem, ne in mœstitiam eos coniiciat, qui magna nondum asequuti erant. Sed quid. Secundum mensuram, inquit, donationis Christi. Quæ apud quosuis, inquit, capitalia sunt & potiora, illa omnibus pariter sunt commune: vtpote baptismus, per fidem saluati, patrem habere Deum, eiusdē spiritus quotuis esse participes. Quòd si uerò quispiam plus aliquanto: diuini charismatis habet, ne doleas: quandoquidem illi plus etiam laboris incumbit, & qui quinq; talēta accepit, quinque talentōsum quoq; rationē exactus est: qui uerò duo, duo duntaxat, ex illis acqsita obtulit, & nihil ab illo minus habuit. Propterea ab ea ipsa ratione auditorem hic consolatur. Ad instaurationem sanctorum, inquit, in opus ministerii, ad ædificationē corporis Christi. Huius gratia & ipse dixit, Væ mihi si non euangelizauero, quemadmodum scilicet Apostolatus donū acceperat. Sed ideo illi væ, qm̄ illud in mādatis diuinitus acceperat. Tu verò liberatus es periculo. Secundum mensuram, inquit. Quid est, secundum mensurā? hoc est, non secundum nostram dignitatem. Alioqui neque accepisset quisquam quæ accepit, sed uniuersi ex gratia & dono accepimus. Quamobrem hic plus, ille minus accepit? Nihil hoc refert, inquit, sed promiscua res est. Ad ædificationem enim quisque accepit. Et propterea declarat, quòd non ex propria dignitate hic quidem amplius, iste uerò minus acceperit: sed quòd omnia partitus sit per alios, tanquam per seipsum. Quemadmodum & alibi dicit: Membra uerò posuit unum quodque ipsorum, sicut ipse voluit. Et rationem huius non addit, ne mentes audientium deiiciat. [Propterea dicit, ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, & dona dedit hominibus.] Hoc est: Quid insolescis? Totum Dei est. Propheta quidem in psalmo dicit: Dona accepisti in hominibus: ipse verò dona, inquit, dedit hominibus. Sed idem est utrunque.

ἐπεξέρχεται.

Quænā charismata primum locum obtinent.

Hic inf. c

1. Co. 9. c

M

1. Cor. 12. b

Psal. 37. d

[Illud autem ascendit, quid est, nisi quòd & prius in inferiores terræ partes descenderat? Qui descenderat idem ille est, qui & ascendit, supra omnes cœlos, ut impleret omnia.] ista cum audis, non est quòd trāsitum cogites. Quod enim in epistola quæ ad Philippen. est astruit, illud & hic agit. Quemadmodum illic de animi modestia & humilitate admonens, Christum induxit: ita & hoc loco, ex eo quòd in inferiores partes terræ descendit. Nisi enim hoc esset, inanis esset sermo ille quem illic dicit, nempe, quòd obediens factus sit usque ad mortem. Ex ascēsione uerò descensum illius subostendit. Inferiores terræ partes, mortem dicit: idque ex hominum suspicione & opinione, quemadmodum & Iacob dixit: Deducetis senectutem meam cū dolore ad inferos. Et rursus in psalmo: Similis ero descendentibus in lacum, hoc est, morientibus. Quamobrem hunc locū hic tractandum assumit? Et quam captiuitatem dicit? Captiuitatem scilicet Diaboli. Captiuum apprehendit tyrannum Diabolum, & mortem, & maledictum, & peccatum. Vides spolia & prædam? Illud autē, ascendit, quid est, nisi quòd & descenderat? Istud Paulo Samosateo repugnat. Qui descenderat idem ille est, qui & ascendit sup cœlos, ut impleret omnia. In inferiores, inquit, terræ partes post quas nō sunt aliæ, descenderat. Et ascendit super omnes cœlos, vltra quos quoq; nihil est aliud, hoc videlicet est potētiæ & dominationis ipsius. Nam & ab antiquo adimpleuit omnia. [Et idem dedit, alios quidem Apostolos, alios uerò prophetas, alios autem euangelistas, alios verò pastores ac doctores ad instaurationem sanctorum in opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi.] Quod alibi dicit, Propterea & exaltauit illū Deus, illud & hic dicit. Qui descenderat, idem ipse est qui & ascendit. Nihil illi nocumenti attulit in inferiores partes terræ descendisse, neque impediuit ab eo, vt cœlis fieret sublimior. Itaque quantò seipso quis humiliauerit, tantò magis exaltabitur. Quemadmodum enim in aqua fit, quæ tantò alius ascendit, quantò illam quisquā ad ima deduxerit: & quantum quis exiteruallo iaculatus fuerit, tanto potitur: ita habet & animi humilitas. Verùm quando Deo tribuuntur ascensiones necessarium

ταυτέστι τοῦ ὃν τρόπον.

Philli. 2. b

Ge. 44. B

psl. 142. b

A

Philli. 2. b

B

est

est primùm descensum illius considerare: quàdo autem homo ascendisse cõmemoratur, non item. Deinde & prouidentiam ipsius & sapientiam ostendit. Ad hæc, qui tanta fecit, tantaque potuit, quique ad inferiores terræ partes nostri gratia descendere non detrectauit, non simpliciter charismatum distributiones dispensauit. Alibi Act. 20. f verò Spiritum sanctum charismatum dispẽsatorem facit, cùm dicit, In quo posuit nos Spiritus sanctus episcopos ad pascendum ecclesiam Dei. Hic ista filio tribuit. 1. Cor. 12. d Alio verò loco Deo, cùm dicit: Dedit autẽ & ipse Deus ecclesiæ, alios quidem Apostolos, alios autem prophetas. Ad Corinth. uerò dicit, Ego plãtaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Et iterum: Qui plantat verò & qui rigat vnum sunt. Quisque autem propriam mercedẽ, iuxta proprium suum laborem accipiet: Ita & hic. Quid enim si minus attuleris? tantum scilicet accipies. Primùm Apostolos. Illi enim habebant omnia. Secundo locò prophetas. Erant enim, qui quidem quum Apostoli non essent, prophetę tamen, erant, quemadmodum Agabus ille. Tertio euangelistas, non circumeuntes scilicet, sed euangelizantes, vt erant, Priscilla & Aquila. Pastores ac doctores, quibus videlicet vniuersus populus concreditus erat. Quid ergo? Minores erant pastores ac doctores? Admodũ. Erant enim circumeuntibus & euãgelizãtibus inferiores, qui habitãdo quieti, circa vnum duntaxat locum occupabãtur, vt Timotheus, ac Titus. Verùm aliàs ex hoc loco subiectio & prælatura colligi nõ potest, sed ex alia epistola. Ipse dedit, inquit, Ne- quid huic expositioni meæ contradicas, Potest fieri, vt euangelistas eos hic intelligat, qui euangelium cõscripserunt. Ad instaurationem sanctorum, in opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi. Videsdignitatem? Quisque illorum ędificat, quisque instaurat, quisque ministrat. [Donec omnes proueniamus in vnitatem fidei cognitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram planè adultæ ætatis Christi.] Ætatem hic, perfectam Christi cognitionem dicit. Quemadmodum enim qui in virum euasit, firmus perstat, pueri verò mente vagantur: ita & fidelibus vsu venit. In vnitatem, inquit fidei. Hoc est, do nec vnam nos omnes habere fidem declarauerimus. Istud enim demũ est unitas fidei, quando omnes unum fuerimus quando coniunctionem istam pariter omnes agnouerimus. Interea donec eò perueneri- mus, operandum & laborandũ erit, si quidem ad hoc donum istud tuum accepisti, vt alios ædifices. Vide ne dum inuides alteri, teipsum euertas. Honore te Deus affecit, & ad hoc ordinauit, vt alios instaures. Nam ad hunc scopum datus erat Apostolus, ad hunc propheta & prophetabat, & persuadebat, & euangelista euãgelizabat: huc respiciebãt & pastor & doctor, omnes unũ hoc opus curandum susceperunt. Non est enim quòd discrimẽ mihi donorum obiicias, sed obseruandum quomodo omnib⁹ unum & idem opus iniunctum fuerit. Qñ enim omnes pariter crediderimus eandem adepti fidem, tum demum vnitas erit. Qđ enim istud virum perfectum uocet, manifestum est: quanquam alibi nos paruulos appellat, etiam quum perfecti fuerimus, verùm alio respiciens. Illic enim nos collatione futuræ cognitionis paruulos vocauit. Nam quum dixisset, Ex parte cognoscimus, subiunxit, & per ænigmata, & si qua huiusmodi sunt. Hic uerò alio respexit, nempe, quòd facilis adhuc sit sententiæ læsus & mutatio, id quod puerorum est. Quemadmodum & alibi dicit: Perfectorum solidus est cibus. Vides & illic quomodo perfectos dicat? Vide.n. quomodo perfectos hic vocauerit, uel ex sequẽtib. [Vt nõ amplius, Jinquit, [paruuli sumus.] Vt mensurã, inquit, illam modicam quam accepimus, cum omni diligẽtia, fortitudine & constantia contineamus. Vt non amplius. Istud indicat eos olim hoc perpessos esse. Ponit autẽ & seipsum, atque in numerum eorum qui correctione opus hñt, redigit. Propterea dicit: Tot in hoc dati sunt fabri, ne conquassetur istud ædificiũ, nèue vacillet, ut cõpactiores sint lapides. Illorũ enim est uacillare, circumagi ac cõcuti. [Vt non amplius simus paruuli, qui fluctuemus, & circũferamur quouis uento doctrinæ per uersutiã hoĩum, per astutiã qua nos adoriuntur, ut imponant nobis.] Et circunferamur, inquit, quouis uento. Diligẽter hac metaphora usus est, ostẽdens in quo periculo sint ancipites animæ. Quouis uento, inquit, per uersutiam hominum, per astutiam qua nos adoriuntur,

D

1. Cor. 13. d E πρὸς τὸ ἐυμετα πτωτον Heb. 5. d

ἐπεζήτηθε τῆ τροπῆ.

tur, vt imponant nobis, cyuertæ dicuntur qui talibus vtuntur. Tales sunt & panurgi, siquando simpliciores nacti fuerint. Illi qp
F pe transponunt, & transferunt omnia. Vitã quoque hìc reprehendit. [Veritatem autẽ sectantes in charitate, crescamus ipsum ꝑ omnia, qui est caput, nempe Christus, ex quo totum corpus coaptatum & compa-
†Alias iunctu-ram. ctum, per omnem ✠ commissuram, subministrationis, iuxta vniuscuiusque membri admensuratum actum, incrementum corporis facit, in ædificationem sui ipsius in charitate.] Admodum obscurè mentem suam exposuit, dum simul omnia dicere voluit. Quod autem dicit, hoc est: Quemadmodum spiritus ille sensibilis, qui ex cerebro per neruos in corpus descendit, non simpliciter omnibus omnia tradit: sed iuxta cuiusq; membri analogiam, plus illi, quod plus, & minus ei, quod minus capere potest. Istud enim radix est, & principale, nempe corpus conseruandũ. Ita & Christus. Ipsius enim prouidentia, charismatũque subministratio, vniuscuiusque membri, animarum videlicet earum quæ velut membra quædam illi adaptatæ sunt, iuxta mensura, & analogiam incrementum facit. Quid est autem illud, per commissurã subministrationis? Idem uidelicet, quod per sensum. Spiritus enim ille membris ex capite subministratus, vnumquodque mẽbrum, quod quidem attigerit, ita viuax & efficax reddit, ac si quis dicat: Corpus,
G subministrationem iuxta membrorũ suorum rationem & analogiam adeptum, incrementum ita facit. Aut aliter: Membra corporis, si iuxta propriam suam mensurã, necessariam subministrationem nacta fuerint ita crescunt. Vel adhuc aliter: Spiritus, ille è superioribus abundè infusus, cũctisque membris prehensis, iuxta cuiusq; captum subministratus, incrementum ita facit. Quamobrem verò adiecit, in charitate? Ideo scilicet, quòd spiritus aliàs in mẽbra descendere nequeat. Quemadmodum enim si manus fuerit à corpore diuulsa, spiritus ex cerebro descendens atque in illam sese effundere quærens, si non inuenerit in corpore, extra illud vtiq, nec exilit, nec perforato illo ad manum auulsam egreditur: sed quam in corpore positam non inuenit, non contingit etiam: ita & hìc, nisi charitate colligati fuerimus, spiritus subministrationem non capiemus. Hæc autẽ illi omnia propter inculcandã animi modestiam & humilitatem dicuntur. Quid n. inquit, ꝙ alius quispiam plus accipit? Eundem spiritum accepit, ab eodem capite demissum, similiter inoperantem, similiter H pertinentem. Coaptatum & compactum, hoc est, multa cura subministrationeque fluens. Non vtcunque simpliciter, sed valde commodè & artificiosè disponi corpus oportet: ita vt si locum suum membrum aliquod egressum fuerit, iam amplius in corpore collocari nequeat. Itaque non satis est vnitum esse corpori, sed oportet & proprium locum obtinere: vtpote qui nec vnitus esse queas, nec spiritum accipere, si loco cesseris. Non vides in ossium transpositionibus, quæ casu vel incommodo quopiam contingunt, quãdo legitimum trãsgressa locum, aliũ occupare cœperint, quo pacto totum corpus lædant, mortemque sæpenumero adferant? Fit autem aliquando, vt ineptum sit membrum ad hoc, vt alio deinceps loco potiatur. Nam multi sæpissimè prorsus exciso, si quod tale fuerit, vacuum reddiderũt locum. Mala enim vbique est superfluitas. Et ipsa elementa, siquando legitimam transgressa mensuram nimium abundare cœperint, omnia perdũt. Hoc est itaque quod dicit, coaptatum & compactum. Perpende ergo quantum sit, si quodque membrum suo loco consistens, in ea quæ sibi non conueniunt non transgrediatur. Tu membra compo-
I nis, ille è supernis quæ necessaria sunt, subministrat. Quemadmodum enim in corpore organa sunt necessariorum capacia: ita sunt & in spiritu, omni radice, in supernis existente: vtpote organum spiritus cor, & sanguinis iecur, splen, fellis, & alia aliorum. Omnia verò ista, à cerebro causam habent. Ita & Deus hominem honore admodum afficiens, nec volens illũ à se alienũ relinquere, causam ipsam quidem per seipsum administrans, cooperatoresq; sibi cõstituens, hunc quidem ad hoc, 1. Cor. alium verò ad aliud locauit: vtpote Apo- 12. stolus membrum & vasculum est corporis reliquis præcipuum magis, ab ipso cuncta recipiens, qui quasi per venas & arterias, sermonis videlicet, æternam vitam in omnes percurrere facit. Prophetas futura prædicit, atque eadem agit & ipse.

Qui

Hic su. c

Qui membra cõponit, idem & ipse uitam illis administrat. Ad instaurationẽ, inquit, sanctorum in opus ministerij. Charitas ẽdificat & restaurat. Istud autẽ, & mutuò conglutinari, & compingi, & complicari facit.

Morale.

Itaque si spiritu qui à capite est, potiri uoluerimus, mutuò cohæreamus. Sunt autem duæ corporis ecclesiastici diuisiones. Vna quidem, quando refrigerata in nobis fuerit charitas. Altera uerò quando in corpus illud ausi fuerimus, quæ nec expiari, nec restitui queant. Nam utrinq; nos ipsos ipsa corporis plenitudine priuamus. Si uerò qui ad hoc instituti sumus, ut alios ẽdificemus, corpus istud primi scindimus: qd illi non accidet? Nihil est autem quòd ecclesiam ita diuellere queat, atque ambitio illa dominandi. Nihil ita Deum irritat, sicut ecclesiæ diuisio. Et si innumera bona operati fuerimus, non minores tamen pœnas dabimus, quàm qui corpus ipsius prosciderunt, si plenitudinem, & integritatem ecclesiasticam discerpserimus. Illud enim lucro quidem factum est totius orbis, tametsi non eo animo, si reprobos illos respexeris. Istud uerò, nihil uspiam commodi habet, sed plurimum nocumenti. Ista mihi, non ad ecclesiæ primores duntaxat dicuntur, sed & ad subditos. Vir quidã sanctus quidpiam dixit, quod audaciam sapere uidetur, attamen dixit. Quid est autem istud? Peccatum uidelicet istud, ne martyrij quidem sanguine deleri. Dic enim, quẽso, quam ob causam martyrium subis? An non propter Christi gloriam? Quo itaque pacto, qui animam pro Christo exponis, ecclesiam oppugnas, pro qua animã suam tradidit Christus? Audi Paulum ipsum: Non sum, inquit, dignus, vt uocet Apostolus, quoniam ecclesiam Dei persequutus sum, ac uastaui illam. Non est autem hoc damnum eo minus, quod ab hostibus est, sed multò etiam maius. Illud enim ecclesiam illustriorem quoque facit, istud uerò etiam apud inimicos, & exteros dedecore afficit, quando & à proprijs filiis impugnatur. Videtur enim ipsis magnum esse seductionis iudicium, quòd qui in illa & nati sunt & alti, arcanaque illius diligenter edocti subito mutati hostiliter in illam afficiuntur. Ista cõtra eos mihi potissimum dicuntur, qui seipsos sine omni discrimine scindentib. ecclesiam committũt. Nam illis, si quidem contraria dogmata habuerint, commisceri non conuenit. Si verò idem cum ecclesia sentiunt, multò magis fugiendi sunt, Quam ob rem, Quoniam uidelicet, ambitionis morbo laborãt. Ignoratis qd illis acciderit qui Chore, Dathan, & Abiron sequuti sunt? Num tres illi soli perierunt? An non & qui cum illis faciebant? Quid dicis? Eadem, inquis, fides est, orthodoxi sunt, & ipsi. Qua erga ratione nobiscum non sunt? Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Si quæ illorum sunt rectè habent, nostra utique malè habent; Si uerò nostra rectè, ergo illorum malè. Sicut paruuli, inquit, fluctuantes, ac quouis uento circumactati. An satis esse putas, quæso te, q dicis & ipsos orthodoxos esse, quum tamen interea, quæ communem & ecclesiasticam electionẽ concernunt, intereant & perdantur? Et quænam fuerit utilitas ex eo, q illa negligitur? Non enim pro conseruanda illa secus, quàm pro ipsa fide pugnari debet. Alioqui si cuiuis licet pro uerum more manus suas implere, sacerdotumque arripere, accedant omnes, sitque frustra ædificatum istud altare, frustra corpus ac plenitudo ecclesiæ, frustra ille sacerdotum numerus. Tollamus illa & conculcemus. Absit, inquis. Atqui uos ista facitis, & dicitis: Absit, quum interea fiãt. Ego ista dico & testificor, nõ meipsum, sed uestram quærens salutem. Si uerò quispiam est, qui ista contemnenda nulliusque discriminis esse putat, ipse utique uiderit. Si uerò ista cuipiam ex illis curæ non sunt, nobis certè sunt. Ego plantaui, inquit, Apollo rigauit: Deus autem incrementũ dedit. Quo pacto irrisionem istam, qua subsannamur à gentibus, feremus? Si enim hæresum gratia nos culpant, de istis quid dicent? Si eadem sunt dogmata, eademque mysteria, quãnam ratione in alteram ecclesiam alter insilit præsul? Videtis (inquiunt Gentes,) quam omnia Christianorum uanæ gloriæ plena sint? Quomodo apud eos & ambitio regnet & fraus. Denie illis multitudinem, & nihil sunt. Morbum illorum amputa, nempe turbæ corruptionem; uultis dicam quid de hac urbe nostra loquantur? Quomodo nos facilitatis ac lenitatis arguãt, & traducant? Nemo est, inquiunt, qui apud illos (si quem uoluerit) non inueniat sibi credentes,

Nota.

Hic su. a

M

1.Co.3. b

A

credentes, neque deficiet vnquam talium copia. O meritam irrisionem. Quantum habet res ista dedecoris? Sed & aliud quiddam est, quod irrisionem nobis, & probrum parit. Quòd si qui nobis ad turpissimorum hominum consortium, & factionem quosdam intercipiunt, præcipuum quendam adepturi videntur, multus hic tremor, multus vndique timor, ne resiliat inquam, ne cum illis stet (resiliet enim mil lies qui talis fuerit) & cum illis sit. Non de illis loquor, qui peccatores sunt. Sed si quispiam fuerit qui sine peccati labe sit, & transferri abalienarique voluerit, transferatur. Doleo quippe ac plango, lamentorque & in intimis viscerib. meis concutior, non secùs quàm si proprio quodam membro meo priuari contingat. Veruntamen
B non ita doleo, vt cogar huius metus gratia quippiam quod indecorum sit, admittere. Non dominamur fidei uestræ charissimi, neque imperij, aut dominij iure ista præcipimus. Sermonis doctrina nobis commendata est, non principatus, nec potestatis authoritas. Ordinem tenemus consulentium, & adhortantium. Qui consulit, sententiam suam dicens, auditorem non cogit, sed in illius potestate faciendorum optionem liberam relinquit: in hoc tàtùm culpabilis, si non, quæ decent & oportet, dixerit. Propterea & nos ista loquimur, ista dicimus, ne uobis in illo die dicere liceat: nemo nobis de hac re loquutus est, nemo quicquàm præcepit, ignorauimus, neque peccatum esse putauimus. Propterea dico & obtestor, ecclesiam scindere non minus esse peccatum, quàm in hæresim incidere. Respõde, quæso: Quòd si quis regi cuidam subditus. nemini quidem præterea addictus fuerit, nec alij se regi cuipiam tradiderit: huius uerò ipsius præhensam purpuram, ab ipsa fibula ad imum usque totam sciderit, & in multas partes ruperit: an minus puniendus fuerit, quàm qui ad alium desciuerunt? Quid verò si ad hæc & regem ipsum apprehenso gutture trucidauerit,
G corpusque ipsius per singula membra prosciderit? Quam hic putas pœnam dignam, ac meritam luet? Si iam facinus quauis pœna maius perpetraret, qui in regem conseruum suum ista designaret: quànam gehenna dignus non erit, qui & Christum occidit, & membratim conuellit? An illa:

τὰ παραγγέλματα.

cuius minæ toties objiciuntur? Ego sanè non puto, sed alia quadam longè sæuiore dicetis, quotquot hìc adestis. Vt enim plurimum mulierum istud est uitium, narrabitis hoc exemplum absentibus, & terrebitis illas. Quòd si nos quidam mœrore conficere, quasique vltionem hoc pacto de nobis sumere putauerint, sciant illi frustra se hoc facere. Si enim in nos vltionem exercere uolueris modum ac rationem tibi facilè tradam, quo sine tuo damno vlciscare. Immo non potest fieri, vt sine damno planè ulciscaris, ueruntamen cum minore nocumentis poteris. Alapis me percute, conspue, publicè prehenso plagas intenta. Horres ista audiens? Si ubi iubeo, vt me percutias, ita horres: quomodo Dominum tuum proscindis, & non horres: do minica membra discerpis, & nihil tremis? Paterna domus est ecclesia. Vnum corpus D
est & spiritus vnus. Sed me punitum cupis? De me ergo sumpta ultione, gradum sistito. Quid pro me Christum lædis? Immo quid contra clauos acutos calcitras? Nequaquam igitur bonum est ulcisci. Alium uerò contumelijs afficere, multo peius est, quàm iniuriam simpliciter inferre. Iniuriam à nobis accepisti? Quid illum lædis, qui nihil iniuriæ intulit? Istud certè extremæ demẽtiæ est. Quod dicturus sum, nec dissimulanter, nec simpliciter dicam, sed ut sentio & corde afficior. Velim vnusquenque eorum qui uobiscum læso aduersum nos sunt animo, atque eius gratia seipsos lædunt, alioque à nobis discedunt, in ipsam faciem nobis intendere plagas, exutisque vestibus nudos nos ad flagella & uerbera rapere, siue iniuria nos, siue meritò culpent: atq; ita conceptam iram in nos effundere, magis quàm quæ nunc audent, audere. Istud si factum esset, nihil retulisset hominem nihili, cuiusque nulla habenda est ratio, ista pati. Aliàs verò & Deum vt iniuria contumelijsque affectus, precatus fuissem, qui & peccata vobis remisisset: nõ quòd tantũ, pro mea dignitate fiduciæ habeam, sed ꝙ multam fiduciam obtineat læsus, siquando pro eo orauerit, à quo læsus
E fuerat. Si quis in hominẽ, inquit, peccauerit, deprecabũtur pro eo. Si verò nihil ego hac in re coram Deo potuissem, alios vtiq; sanctos quęsiuissem, & ut istud exequerentur, orassem. Nunc verò quem orabimus,

Deo

Deo ipso cõtumelijs per nos affecto? Vide rei deprauationem, & absurditatẽ. Eorum enim qui aduersus ecclesiam ista perficiũt, alij quidem nunquam aut per annũ semel duntaxat, prodeunt, idque tum quoq; frustra, & utcunque: alij verò sæpius, sed & ipsi frustra, & simpliciter differentes, deque nihili reb. contendentes: alij autẽ, qui de industria feruentiores videntur, illi ipsi sunt, qui calamitatem istam operantur. Itaq; si horum gratia in hæc studia rapimini, melius erat & uos cum negligentibus censeri posse. Immo satius erat neque illos negligentib. censeri posse. Immo satius erat neque illos negligentes, neque vos tales esse. Nõ de uobis, qui adestis loquor, sed de his qui resiliunt. Adulterium est hoc facinus. F Si verò ferri nequit, ut de illis ista audiantur, ergo neque de uobis. Alterum. n. è duobus iniquè fieri oportet. Igitur si de nobis ista suspicamini, parati sumus prælaturam hanc relinquere [quandocunque] voluerit is, modò vna sit ecclesia. Si uerò nos legitimè creati sumus, persuadebitis illis qui illegitimè sedem hanc conscenderunt, vt munus istud deponant. Ista dixi, non uelut imperãs, sed ut uos custodiam & muniam. Quandoquidem quisque vestrum ætatem habet, rationemque gestorum suorum dabit, admoneo, ne pondere vniuerso in nos proiecto, innoxios futuros uos putetis, frustraq; uos ipsos seducentes ecclesiam scindatis. Nam rationem quidem pro animab. vestris dabimus: sed si quod nostri est officij non fuerimus exequuti, si non hortati fuerimus, si nõ admonuerimus, si uos non fuerimus obtestati: si verò nihil horum intermisero, dabitis & mihi ut dicam: Mundus ego sum à sanguine omnium, & quòd animam meam liberaturus sit Deus. Dicite, si quidem uolueritis, iustam aliquam causam, ob quam discesserim, respondeo, sed nõ dicetis. Obsecro ut & uos generosè instetis, eos qui abalienati sunt, reducere, vt vnanimes gratiarum actionem destinemus Deo, cui sit gloria in secula. Amen.

Homilia duodecima.

G HOc itaque dico, & testor in domino, ne posthac ambuletis quẽadmodum & reliquæ Gentes ambulant, in vanitate mentis sue obtenebratã mentem habẽtes.] Doctorem oportet non solùm consulendo docendoq; discipulorum mentes instruere ac corrigere, sed & terrendo, Deoq; tradendo. Quandoquidem quæ ab hominib. tanquam conseruis dicuntur, animos auditorum satis mordere percellereq; nequeunt: necessarium est, quæ reliqua sunt, domino tradere. Hoc igit & Paulus facit. De animi si quidem modestia vnitateq; loquutus, & quomodo non debeat alter aduersus alterum insurgere, audi quid dicat: Hoc itaq; dico, & obtestor, inqt, in domino, ne posthac ambuletis quemadmodum & reliquæ Gentes ambulant. Non dicit, ne posthac ambuletis, quemadmodum iam ambulatis: grauior quippe fuisset hic sermo: sed idem quidem insinuans, ab alijs verò exemplum induxis. Et ad Thessalonicenses scribens, hoc ipsum facit, quum dicit: Non in passione concupiscentiæ quemadmodum & reliquæ Gentes. Cùm illorum, inquit, dogmatis vobis non conuenit, sed totum Dei est. Ego uerò uitam ipsam à vobis, & conuersationem qua uita exprimatur, requiro. Hoc vestrũ est. Testem autem cito Dominum eorum quæ à me dicta sunt, q nihil vobis subtraxerim, sed ostenderim quemadmodum ambulare oporteat. In vanitate, inquit, mentis suæ. Quid est, mentis H vanitas? Circa ea quę vana sunt occupatum esse. Quæ sunt autem vana illa? Omnia. s. præsentia de quib. Ecclesiastes dicit: Vanitas uanitatum, & omnia vanitas. Sed dicet Ecc. 1.2, & 12.c quispiam. Si vana sunt omnia, ipsaq; vanitas, cuius gra facta sunt? Si opera Dei sunt, quo vana sunt? Multa de his dici possent. Sed audi dilectissime. Non dixit, opera Dei vana esse. Absit. Cœlum non est uanum, neque vana est terra. Absit hoc. Neque Sol vanus est, nec Luna, nec astra reliqua, quin neque ipsum corpus nostrũ. Omnia si quidem illa ualde bona sunt. Sed quid vanum est? Audiamus ipsum Ecclesiasten: Plantaui mihi uineas, inquit, constitui mihi cantores & cantatrices, feci mihi piscinas, delicias aquarũ, fuerunt mihi greges & armẽta. Coaceruaui aurum & argentum, & vidi omnia vanitatem esse: immo vanitatem vanitatũ. Vniuersa. s. vanitatẽ esse. Audi & Prophetam dicẽtem: Coaceruat, ignorans cui congreget ea. Ad hunc modum vanitas va- Ecc. 2.a Ps. 36.b nitatum sunt domus splendidę, plurimum & cupiosum aurum, mãcipiorum cateruæ, per forum insequentes, fastus, & vanæ gloriæ studium, mẽtis superbia & elatio: Hæc

I enim omnia vana sunt. A Deo enim facta non sunt, sed nostri sunt opificij. Quam ob rem autem vana sunt? Quoniam bonum finem non habent. Pecuniæ vanæ sunt, quando deliciis consumuntur. Vanæ verò non sunt, quando in pauperes sparguntur. Quòd si ad delicias illas expendis, videamus quis illarum sit finis. Quis? Corporis pinguendo, eructationes, crebri flatus. multum stercoris ac sordium, capitis grauamen, carnis mollities, febris, & dissolutio: ut si quis in dolium perforatum liquorem infunderet, inanem planè operam sumeret: ita & qui delicijs deditus est, in pertusum dolium suas delicias infundit. Vanum enim dicitur, quod precium & honorem allaturum quidem expectatum est, sed nihil attulit. Id quod & inane dicunt, & inanes spes, & frustraneũ & stultum, hoc vanum dicitur, nullus videlicet vsus. Videamus igitur, num talia sint humana illa: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Quis ergo finis horum, dic, quæso? Induamur & amiciamur. Et quid postea? Nihil. Talia Græcorum quidam philosophati sunt, sed frustra. Duram vitæ conuersationem ostẽderunt, sed temerè præter rationem, non ad commodum finem respicientes: sed ad vanam gloriam, & qui à multis esset, honorem. Quid est autem à multis in precio, atque honore haberi? Nihil. Si enim intercunt, qui honorem impendunt, multò magis honor ipse. Qui honorem exhiber alteri, sibiipsi primum exhibere debet. Si verò illum sibiipsi non impendit, quo pacto exhibebit alteri? Iam verò honores etiam ab ignominiosis, tenuibus, contemptibilibusque viris, quos ignominiosos & probrosos esse scimus, venamur. Qualis est ergo honor ipse? Vides quod vanitas vanitatum sint omnia? Propterea dixit: in vanitate mentis suæ. Religio verò ipsorum, nunquid & ipsa talis est, ligna, videlicet, & lapides? Solem nobis pro lychno lucere fecit. Quis lychnum suum adorat? Lucem exhibet ipse Sol. Sed quando nobis ille lucem administrare non potest, tum lychnus potest. Quid ergo lychnum adoras? Etiam, inquis, ignem adoro. O rem ridiculam. Quanta est ista contumelia? Rursus verò & alia subiungitur,

ἐπαν-πλᾶν.

καὶ ἀ-πλῶς.

1. Cor. 15. d

contra eos qui ignẽ

K

Quare extinguis, quod adoras? Quare perdis & occidis Deum tuum? Quare non permittis, ut domus illo adimpleatur? Immo si Deus est ignis pascatur ex corpore tuo, non ex suffecto illo ollæ, lebetisque liquore. Introduc enim in promptuaria thesaurorum tuorum, in serica illa vestimenta tua. Tu verò illum non solùm non introducis, sed & si fortè cuiuspiam temeritate subingressus fuerit, vndique expellis, omnia claudes, & non secus quam si bestia quæpiam demoliendi gratia ingressa, luges ac gemis, atque illud calamitatem vocas excellentem, nempe quòd Deus tuus illò accessit. Ego verò Deum habeo talem, vt nihil ommittam, quo in ipso pectore meo illum includam tum me beatissimum ratus, non quando domum meam tuetur & inuisit, sed quando ipsum in cor meum traxero. Trahe & tu ignem [in cor tuũ.] Ridicula sunt ista, & ipsissima vanitas. Bonus est ignis, ad vsum non ad adorandum, ad hoc vt mihi ministret, famuletur ac seruiat, non vt dominetur. Propter me factus est ille, non ego ipsius gratia. Si omnino ignem adores, qua ratione tu quidem lecto quiescis, coquum verò, Deo tuo adstare seruireque facis ac iubes. Quin ipse & coquus, si voles, & pistor, & faber ærarius fias. Nihil enim his actibus honestius, eo quòd illas Deus tuus tuetur & moderatur. Quare ignomi niosam hanc artem esse puras, in qua multus est Deus tuus? Quid seruis impera, qd ipse dedignaris? Bonus est ignis, & bonum est illius opificium sed Deus nõ est. Opus enim Dei, non Deus uocatus est. Non vides ipsius immodestiam, quomodo nec finem nec modum, si quando ædes quapiam corripuerit, sciat: sed quicquid obtinuerit, demoliatur, & nisi per fabrorum aliorumque operam extinguatur, ipsius insania nec amicos cognoscat nec inimicos, sed pariter omnibus abutatur? Hic ergo Deus est? An non erubescitis? Reuera benè dixit, in vanitate mentis suæ. Sed Sol, inquis, Deus est. Istud etiam dic, quæso, vnde, & quam ob rem? Quòd multum luminis emittit. Sed non vides ipsum à nebulis vinci, & necessitate coactum naturæ seruire, & deficere subinde, atque à Luna, nubeloque abscondi? Atqui nebula Sole infirmior est, & tamen illũ sæpenumero vincit. Et hoc ipsum verò diuinæ sapientiæ opus est.

Deo co lere sole bant.

L

M

πέπλα-κται.

De Sole.

est. Oportet etiam nullius egere Deum, sed omnem in seipso sufficientiam habere. Sol autem multorum indigus est. Istud verò non est Dei. Nam aere opus habet, vt luceat, illoque tenui ac subtili, ita vtsi densus fuerit aer, non permittat illum radiis suis A quouis pertinere. Opus habet & aquis, & aliunde prohiberi, ne quæuis combutat. Nisi enim & fontes & stagna, fluuiique & maria, & quicquid uspiam est humidum per vaporum exhalationē cōspirassent, & obstitissent, nihil cohibuisset, quò minus omnia incendissent. Vides igitur (inquis,) quòd Deus sit? O insaniam, ò rem ridiculam. Quoniam nocere potest, inquis, Deus est. Atqui hoc ipso non est Deus, quod vbi quidem nocet, nullius eget: vbi verò prodest, multis aliis opus habet. A Deo autem procul est noxium esse, prodesse verò illius proprium. Quum ergo hic contrarium sit, quomodo Deus est Sol? Non vides, quod venenata pharmaca quādo suapte natura nocent, nullius egeant: quando verò prodesse debent, multis opus habeāt? Propter te ergo talis est tam bonus quàm imbecillus. Bonus quidem, vt dominum per illum agnoscas. Imbecillus verò, ne dominum ipsum esse dicas. Sed fouet, inquis, & plantas & semina. Quid ergo? Num hoc pacto & fimus Deus erit? Nā & ille nutrit. Quur non eadem ratione & falx & agricolæ manus? Ostende mihi vbi Sol solus foueat & nutriat, nullius egens, neque telluris, neque aquæ, nec agriculturæ. B Sed proiecta semina radiis illius temerè permitti-to, spicasq; nobis hinc natas ostendito. Si verò non solùm ipsius, sed & imbrium est seminis fomentum: qua ratione non & aqua Deus est? Sed de isto nondum. Quam ob rem non & terra Deus? Quare non & fimus & ligo? An igitur omnia dic, quæso, adorabimus? O nugas: immo & spica, & plantæ, & reliqua omnia, magis sine Sole, quàm sine terra & aqua nascuntur. Terra si quidem non existente, nihil horum vnquam videbitur. Si vero quisquā in figulinū quoddā vasculum (id quod puri & faciunt & mulieres) terram imponens sub tectum illā multo fimo repleto vasculo collocauerit: imbecillas quidem plantas, producet, attamē producet. Itaq; maior est a tellure ac fimo vtilitas, atque ideo magis ista quàm Solem adorare oporteret, Cę lo opus habet, aere indiget, & ne noceat, aquarum istarum eget, quasi quorundam frænorum quibus ista potentiæ ipsius feroc itas cohibeatur, ne in omnia radios suos velut ferocem quēdam equum, immittere sinatur. Dic quæso, vbi nobis nocturno tē pore Sol est? Quo peregrè abiit Deus iste? Non.n. Dei est, ita circunscribi ac termina ri. Nam istud reuera corporum duntaxat, C est. Sed & potentia quædam, inquis, in ipso est, ac motus. Ista igitur potentia, dic quæso, Deus est? Quamobrem ergo & ipsa indiga est, & ignem nō cohibet? Recurrit em̄ mihi idem sermo. Quid est autem ista potētia? illuminatiua quædam vis est, aut per hunc lucet, nullius ipsa ex his oībus particeps. Ipsa igitur sol maior est. Sed quousque immoramur huic Labyrintho? Quid verò aqua? Nunquid & ipsa Deus est, inquis? Rursus & hoc ridiculosam contentionem habet. Num Deus est, inquis, qua ad res tantas vtimur? Iterum & de terra similiter insaniūt. Reuera in vanitate mētis suæ, obtenebratā mētē habētes. Sed de vita nūc ista dicit. Fornicantur & adulterant Græci. Meritò. Qui.n. sibiipsis tales Deos fingūt, meritò faciūt qcquid libuerit. Etsi humanos cōspectus facta sua cęlare poterūt, nemo est qui illos à facinore cohibeat. Quid enim apud istos posset resurrectionis sermo, quibus ille fabula quædam esse videtur? Sed poterunt fortè quæ de his, qui in inferno sunt, dicuntur. Verùm & ista fabulæ. Et vide satanicam mentem. Quando illis de Diis fornicatoribus sermo fit, non dicunt esse fabulas, sed mox credunt. Quādo verò de supplicio instruuntur: Poetæ sunt, inquiunt, omnia fabulantur, ut iucun D dioris vitæ statum omnino subuertant. Sed philosophi, inquis, prorsus graue quiddā adinueniunt, istisq; melius. Quomodo? Qđ fatum inducentes, omnia improuisa esse dicunt, nec cuiquam cuiusque curam esse, sed omnia ex atomis constare. Sed alii corpus esse Deum dicunt. Verùm quis ille, dic, quæso? An illi sapiunt, qui humanas animas caninas faciunt, hominibusque persuadent, fuisse aliquando qui ex homine canis factus sit uel leo, uel piscis? Quousque non cessatis à nugis hisce vestris, obtenebratam mētem habentes? Tanquam enim qui reuera in tenebris sunt, oīa & dicunt, & faciūt siue

ad dogmata respicias, siue ad vitam. Nam qui obtenebratus est, nihil eorum quæ in tenebris sunt, uidet: sed sæpenumero fit, vt quum funiculum videat, serpẽtem suapte vitio cernere se putet: & si à maceria quadam vel sepis obiectu detetus fuerit ab homine se vel Dæmone quopiã detineri credat. Et talia quædam multo cum timore, magnáque mentis perturbatione
Psa. 13. c metuunt. Timebunt, inquit, timore, vbi non erat timor. Quę verò meritò
E timenda essent, illa non timent: sed quemadmodum pueri, qui dum à nutricibus baiulantur, in ignem quidem ac lucernam ardentem temerè & cum audacia manus immittunt, virum verò qui sacco indutus sit, exhorrent: ita & Græci isti, tanquam verè perpetuò pueri, vt & quidam de ipsis dixit, Græci semper pueri sunt: quæ quidem peccata non sunt, metuunt: vt sunt fordes corporis affinitatis, & coniugij, superstitiosa cura, dierumque obseruatio, & quicquid eiusmodi est: quæ verò reuera peccata sunt, vt in pueros lasciuus amor, adulterium & fornicatio, horum neque ratione vllam habent. Sed videas ex eis qui a mortui quidem contactu se lauet, ab operibus vero mortuis nequaquam: & qui pecuniarum gratia multum impendat diligentiæ, reliqua verò omnia vno se gallo persoluisse putet. Ita videlicet obtenebrata sunt mẽte. Animas habent plurimis terroribus refertas, vt pote posset mihi domum egresso primus obuiam fieri talis quispiam, vt innumera prorsus mihi mala subeundem sit. Iam si famulus scelestus dum calceamenta porrigit, sinistrum primum exhibuerit, ca-
F lamitates sunt & ignominiosæ. Ego ipse domum egrediens, si sinistrum pedem primò promouero, est & istud calamitatum indicium. Et ista quidem mala circa domum sunt: domum verò egresso si dexter oculus sursum versus subsilierit, lachrymas istud protendet. Et mulieres quoque, si quando ad histopodem textorium illidentes calami strepitum dederint, quando fila pectine discutiunt, signum hoc faciũt. Rursus quando subtegmen pectine decutiunt, idque solito vehementius faciunt, si quidem exin superiores calami ab intento verbere ad histopodem illidentes strepitũ ædiderint, istud quoque signum habent: & præterea mille alia irrisione digna. Et si rudeat asinus, cãtetve gallus, item si quisquã sternutet, aut quicquid tale sit: non secus, q̃ si innumeris vinculis obstricti essent, & vt dixi, quasi tenebris detenti, nihil non suspicantur, ac metuunt, quibusuis mancipiis seruiliores facti. Itaque ne & nos tales simus, sed his omnibus derisis ac spretis, vt qui in luce viuimus, atque in cœlo G conuersamur, cumque hac terra nihil cõmune habemus: vnum duntaxat timendum esse arbitremur, nempe peccatum, atque offensionem Dei. Peccatum verò si non fuerit, omnia reliqua simul cum Diabolo horum introductore, subsannemus. Pro his gratia agamus Deo, caueámusque diligenter nequando nos ipsi misera ista seruitute capiamur: & si quisquam amicorum nostrorum illa captus fuerit, ruptis vinculis ex grauissimo isto & ridiculo carcere illum eximamus, liberumque & expeditum ad cursum cœlestem faciamus, remigiumque illud alarum hactenus grauatum restituamus, & quantum ad vitam attinet & sanam doctrinam, philosophari doceamus. Gratias rependamus Deo de omnibus. Oremus ipsorum, ne perceptis suis donis, indignos nos deprehendi sinat, & vt ipsi adiungere studeamus illis quæ nostrarum sunt virium, ne solùm uerbis, sed & factis alios doceamus. Ad hũc enim modum futura bona consequi poterimus, quæ vt omnes nos consequamur, gratia fiat & benignitate &c.

Homilia xiij.

HOc itaq; dico & testor in Dño, vt nõ ambuletis amplius quẽadmodũ & reliquæ Gẽtes abulant in vanitate mẽtis suę, obtenebratã mentẽ habentes, ab alienãti à vita Dei, propter ignorãtiam q̃ est in illis, propter excæcationẽ cordis ipsorũ: qui posteaquàm deuoluerũt, seipsos lasciuię dederunt, ad patrãdum quamuis immũditiam H cũ auiditate.]Nõ ad Ephesios dũtaxat ista dicta sunt, & sed ad vos hodie dicuntur: idque nõ à nobis, sed & Paulo: imo verò neq; à nobis, neque à Paulo, sed à spiritus sancti gratia. Nõ itaq; ad hæc aliter affici debemus q̃ si ab ipsa dici audiremus. Hoc itaq; dico (inquit) & obtestor in dño, vt nõ ambuletis amplius, sicut & reliquæ Gentes ambu-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

ambulant in vanitate mentis suæ, mentem habentes obtenebratam, ab alienati à vita Dei, propter ignorantiam quæ in ipsis est, propter excęcationem cordis ipsorum. Si ergo ignorantia in illis est & cæcitas, quid accusas & culpas? ignorantem enim nō decet puniri aut reprehendi, sed quæ ignorat discere. Sed uide quam mox illis excusationem & ueniam auferat: [Qui quidē,] inquit, [posteaquàm deuoluerunt, lasciuiæ seipsos tradiderunt, ad patrandum quamuis immunditiam cum auiditate. Vos autē non ita didicistis Christum.] Ostendit hic vitam illorum causam ipsis esse factam cæcitatis: vitam verò talem ex socordia & stupiditate natam esse. Qui quidem, inquit, posteaquam deuoluerunt, tradiderūt seipsos. I ἀπηγμένοι κότες ἑαυτοῦ. Rō. 1. d Quando igitur audis, quòd Deus illos reprobam mentem tradiderit, huius verbi memor esto, nempe, quod seipsos tradiderunt. Si enim seipsos tradiderunt, quomodo Deus illos tradidit? Si verò Deus illos tradidit, quomodo seipsos tradiderunt? Videdes quandam hic contrarietatem apparere? Illud ergo tradidit, idem est, quod permisit. Ioan. 3. c Vides ibi & dogmatum taliū esse causam, vbi immunda est vita. Quisquis enim malè, facit odit lucem, nec accedit ad lucem. Nam quomodo vitam hanc amplecti possit scelestus quispiam vir, quarumuis mulierum corporibus turpius, quàm qui quoduis cœno volutantur, immistus, pecuniarumque amans, & nihil prorsus quod ad ἐργαζεται οὐ θέλοντο τὸ πρὸς γμα. modestiam facit, desiderans? lasciuam suam, inquit studio patrarunt. Hinc est illa cæcitas, hinc illa mentis obtenebratio. Est etiam ex splendore lucis caligo, quando videlicet imbecilli sunt oculi. Imbecilli verò redduntur oculi, vel malorum humorum affluxu, vel cuiusuis fluxus inundantia. Ita & hic: Quando videlicet aciem & obtutum mentis nostræ abundans quidam temporalium rerum fluxus occluserit, mox in tenebris sumus. Et quemadmodum in imo maris fundo possiti, Solem uidere nequiremus, propter instar densæ cuiusdam maceriæ incumbentem desuper aquæ copiam & molem: & ita & in K oculis mentis fit cæcitas cordis, quando animum nullus concutit metus. Non est timor Dei, inquit, ante oculos eorum. Et iterum: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Cæcitas verò non contrahitur aliunde, quàm à stupiditate. Hinc scilicet meatus obsepiuntur. Quando enim in vnū quendam locum congelatus fluxus colligitur, emortuum redditur ipsum membrum, & omnem sensum amittit, ita ut nec adustionem, nec incisionem, siue quicquam aliud persentiscat: ita & qui lasciuiæ seipsos semel tradiderunt, nihilo permouentur, nec mordentur, siue de ignis suppli cio, siue de ferro sermonem inducas. Semel enim emortuū prorsus est ipsorum membrum. Et nisi stupiditatem illorum sustuleris, vt sanatis membris tactus sensum recipiant, frustra conaberis omnia. Cum auiditate, inquit. Hic potissimum excusationem illis adimit. Poterant enim, nisi sponte hoc voluissent, neque intemperantur auidi esse, neque lasciuiæ, nec vētri seruire, concupiscentiisque locum dare. Licebat illis & pecuniis & voluptate, & delicijs cum modestia vti. Verùm quoniam his rebus immo- L destè abusi sunt, omnia corruperunt. Ad patrandum immunditiam, inquit. Vides quomodo uenia illos priuet, cùm dicit, ad patrandum immunditiam? Nō obiter, inquit, & fortuitu præter animi sententiam peccarunt, sed mala ista patrarunt etiam, & rebus istis studio abusi sunt. In quauis immunditia, quouis adulterio, quauis fornicatione, in lasciuo insanoque puerorum amore, in inuidia, quauis intemperantia & lasciuia: & [Vos autem,] inquit, [nō ita didicistis Christum, si quidem illum audistis & in ipso docti estis quemadmodum veritas est in Iesu,] illud, si quidem illum audistis, non dubitatis est, sed vehementer confirmati & certi, quemadmodum & alibi dicit: Siquidem iustum est coràm Deo afflictionem repen- 2. The. dere illis qui uos affligunt. Hoc dicit: Non 1. c ad ista Christum didicistis. Siquidem audistis ipsum, & in eo edocti estis quemadmodum veritas est in Christo Iesu. [Vt deponatis iuxta veterem cōuersationem, veterem hominem.] Igitur & hoc est Christū discere, rectè instituere vitam. Nam qui malè viuit, & Deum ignorat, & à Deo non agnoscitur. Audi enim quid alibi dicat: Deum se cognoscere fatentur, factis verò negant. Quemadmodum veritas est in Christo Iesu, vt deponatis iuxta veterem conuersa ad Tit. tionem veterē hominem, hoc est: non istis 1. d assuescatis. Neq; enim vanitas apud nos est, M sed veritas, Quemadmodum dogmata vera

ἡ ἀπὸ ἀναισθησίας.

Ps. 13. b Ibidē. a

sunt,ita & vita.Vanitas enim est peccatum, & mendacium:recta verò uita, veritas est: finem enim, & præmium magnum habet: intemperantia verò ad nihil prodest. [Qui corrumpitur iuxta concupiscentias erroris sui.]Quemadmodum concupiscentię ipsius corrumpūtur,ita corrumpitur & ipse.Quomodo ergo concupiscentiæ ipsius corrumpuntur? Morte dissoluuntur omnia. Audi enim prophetam dicentem:In illa die pe-
Ps.145.a ribunt omnes cogitationes eorum. Et non morte solùm, sed & aliis multis:vtpote ingruentibus vel morbis vel senectute, pulchritudo corporis & tabescit, & emoritur, & corrumpitur. Robur potētiæ iisdem extinguitur. Deliciæ neque ipsæ eiusdē sunt in senectute voluptatis.Et istud nobis vel in
2. Reg. 19.f Bergellai liquet. Nostis omnes historiā,vel alias eundem ipsum veterem hominem concupiscentia corrumpit ac perdit. Quēadmodum enim lana vnde nascitur, hinc etiam perditur: ita & vetus homo. Perdit enim ipsum & amor vanæ gloriæ,perdiderunt eum sæpenumero voluptates, seduxit
A illum concupiscentia. Non enim voluptas est quod putatur,sed amaritudo,& fallacia, & hypocrisis, & fabula. Et rerum quidem facies splendida est:nec verò ipsę aliud sunt quàm miseriæ quædam,multæque pauperatis,mœstitiæ quoque & plurimæ penuriæ abundantia: ita vt si personā detractarem ipsam nudaueris, fallaciam planè videas. Istud enim demū fallacia est,quòd id quod verè est occulit, & quod non est ostentat. Ita fiunt paralogismi.Quatuor verò hominum genera,nobis hic describit Apostolus. Et horum demonstrationem iam exhibeo. Hic quidem duorum, cùm dicit:Deponentes veterem hominem, renouemini spiritu mentis vestræ, & induite nouum homi-
Rom.7. nem. In ea verò quæ ad Romanos est reliqua duo ponit, cùm dicit: Video autem aliam legem in membris meis, rebellātem legi mentis meæ, & captiuantem me legi peccati, quæ est in membris meis. Mens & caro, & isti duo homines ad illa cognationem habent. Ad internum quidem nouus, ad externum vero vetus se habet. Veruntamen tres corrupti sunt: immo vero hi tres sunt,nouus,& uetus,atque substantialis hie & naturalis. Renouemini verò spiritu mētis vestræ.] Ne quis putet illum, cùm ve-
B terem & nouum dicit, hominem inducere,vide quid dicat: Renouemini, inquit, Renouati est, quando quod inueterauit, aliud ex alio factum renouatur. Itaque eadem quidem permanet substantia, & idem subiectum: immutatio vero fit circa accidens. Quemadmodum vnum quidem & idem est corpus,transmutatio verè fit,iuxta id quod accidit: ita & hic. Quomodo fit autem renouatio?In Spiritu,inquit,mētis uestræ.Itaque si veterem actum quisquā habuerit, nihil proficiet.Actus enim ueteres non ferret Spiritus.Spiritu,inquit, mētis uestræ: hoc est, spiritu qui est in mente uestra. [Et induite nouum hominem.] Vides quod nouum quidem sit subiectū, indumenta verò duo: vnum quod exuitur, & alterum quod induitur? [Nouum,] inquit, [hominem, qui iuxta Deum conditus est in iustitia & sanctitate ueritatis.] Qua verò ratione hominem uocat uirtutem? Et quare malitiam uocat hominem? Quoniam homo sine operatione utique non declaratur,ut agnoscatur,ita ut ex operibus non minus quēm ex ipsa natura probetur homo siue bonus sit,siue malus.Quēadmodū verò facilè est exuere uestem, ita uidere illud est etiam in induenda uirtute, seu deponenda malitia. Nouus homo fortis est. Reddamur ergo & nos ad patrandū quæ bona sunt robusti. Rugam nō habet nouus,ergo neque nos. Nouus nō circumagitur, neque morbis facilè est obnoxius. Vide quid hic creaturam uocet. Virtutis.C essentiam,ex his quę nō sunt,ad hoc ut sit, adductam. Quid verò malitia? An & ipsa iuxta Deum condita est? Nequaquam,sed iuxta Diabolū: Ipse quippe peccati opifex est.Quo?Nouus.n.homo nō ex aqua, neq; ex terra creatus est amplius, sed i iustitia & sanctitate ueritatis. Quid hoc est? filium ipsum mox creauit. Istud.n. per baptismū fit. Ipsa noui hominis essentia in iustitia est & sanctitate ueritatis.Erat aliquando iustitia, erat & sanctitas apud Iudæos: at illa non ueritatis,sed typi erat iustitia.Nā corpore mundū esse,munditiæ typus erat,non vera munditia:typus erat iustitiæ, non uera iustitia.In sanctitate,inquit, & iustitia ueritatis. Respicit & ad falsam & mendacem iustitiam. Nam plurimi sunt qui ab extrinsecus quidem iusti uidentur, mendaces uerò sunt. Iustitia autem communis uirtus dicitur.Audi quippe dicentem: Nisi abon-Mat.5.c dauerit

Renouari quis dicatur.

τὴν οὐσίαν τῶν ἀρετῶν.

dauerit iustitia vestra plusquàm scribarũ & pharisæorum, non intrabitis in regnũ
D cœlorum. Et iterum: Iustus dicitur, qui
1.Ioa.3.b nullã prorsus habet noxã, Nã & in iudiciis iustum eum dicimus, qui cùm iniuriam passus sit, nihil tamen uicissim iniuriarum rependit. Itaque si & nos corã hor ribili illo tribunali alius erga alium iusti comparere poterimus, licebit & diuina be neficentia frui. Erga Deum quidem fieri nequit, quicquid fecerimus. Ipse quippe
Ps.50.b ubiq; in iudicio vincet. Quemadmodũ & Pppheta dicit: Et uincas cùm iudicaris: Si nerò, quod iustum est, alius erga alium nõ corruperimus, tum iusti erimus. Si poterimus ostendere, quòd iniuriam patienter tulerimus, tum iusti censebimur. Quomodo ad inducos rursus dicit, Induite? de vita iam & operibus loquitur. Tum ex baptismate dabatur vestimentum, nunc vero, à cõseruatione & operibus quę nõ amplius iuxta cõcupiscentias erroris sint, sed iuxta. Deum. Sãctum uerò quid est? Mundum ui delicet, & debitũ. Propterea & innocentiã & ius abeũtium tinoſiã dicimus. hoc est. Nihil debeo ipsis amplius, non sum illis obnoxius. Sic etiam dicere solemus aphoſiosam in hoc est, immunis sum, & si qua
E sunt huiusmodi: id est, nihil debeo.

Morale.

Nostrum est igitur, vt iustitiæ indumẽtum nõ exuamus, quod & Propheta indumentum salutis, vocat, vt Deo similes reddamur. Nam & ipsius vestimentum. Illud verò quod dicit, induite, nihil aliud signi ficat, quàm vt induram iustitiæ vestẽ non
Ps.108. c deponamus. Audi quippe quid Propheta dicat: Induit maledictionẽ sicut vestimen
Ibi.103 a tum, & veniet illi. Et iterum: Amictus est lumine sicut vestimento. Et nos solemus de hominibus dicere: hic illum planè induit. Itaq; non vnum & alterũ diem, neq; tertium: sed semp in virtute nos esse vult, & nunquam hoc vestimento carere. Nunquam. n. adeò turpe est homini nudo esse corpore, atq; virtute. Hìc illum conserui nudum, ac turpem vident, illic verò & dñs & Angeli. Quòd si nudum quempiã, dic qso, p forum incedere videres, num dolomẽtũ nudus discuras, qd qso dicemus? Nõ
Lotarga vides mendicos illos, quos lotargas vocare solemus, quo pacto circumeant, & qũo illorum misereamur? Veruntamen nihil ve genus
nię merentur: neq; enim illis ignoscimus, mendi-
si quidem taxillis ludendo vestimenta sua corum.
perdunt & amittunt. Quomodo ergo no- F
bis ignoscet Deus, hoc noui hominis indumentum perdentibus? Diabolus enim si quando virtute nondum repererit quẽpiam, mox faciem & polluit & obfuscat, vulnerans, etiam & ad magna mala cogens. Nudi simus pecuniis, ne nudi reddamur destituamurq; iustitia. Pecuniarũ indumentum, iustitię vestem lędit ac perdit. Est enim spinarum amictus. Tales, videlicet, sunt spinæ. Et quantò plures nobis circumdederimus, tãtò erimus nudiores. Et lasciuia quoque iustitię vestem nobis adimit. Ignis enim est. Ignis verò huius indumenti consumptiuus est. Diuitiæ tinea sunt. Quemadmodum tinea cuncta permolit: ita & diuitię. Ista itaque abiiciamus omnia, vt iusti reddamur, nouumq; indua mus hominem. Nihil apud nos contineamus quod vetus sit, quod ostentationem & fictionem sapiat, quodq; sit corruptum. Non est molesta virtus, nec difficilis acquisitu. Nõ vides eos qui morãtur in mõ- μηδὲν
tibus? Illi & domos suas & vxores & libe- φαυλο-
ros, ac omnem præfecturæ dignitatem re- μένων.
linquentes, extraq; hunc mundum sese cõ stituentes, induto sacco, cinereq; subsparso, & collo imposito veluti iugo, in exiguã scipsos cellulã incluserũt. Neque hìc G
consistentes, ieiuniis etiam & cõtinua fame scipsos conficiunt. Quòd si quicquam vobis eiusmodi præcepissem num oẽs resilissetis? Nõ dixissetis, rem esse grauem & molestam? Nihil huius, in quam, opus est ut faciatis. Vellem quidem, verũtamen nec decerno nec præcipio. Sed quid? Et balneis vtere & corpus curato, & forũ ingreditor ac domũ possideto, & ministris tibi cibo ac potu in seruire facito. Auaritiam verò vbiq; proiicito. Ipsa quippe est q̃ peccatum generat. Immo ipsum opus auarũ & intẽperãter auidũ, peccatũ fit. Itaq; nihil aliud est immodesta illa auiditas quàm peccatum. Et obserua: Animus si qñ plus æquo commotus fuerit, tum exiliens conuiciatur, tum iniustè ac improbè cuncta facit. Ita & corporum & pecuniarum, ✠ ϕ illi
& gloriæ, relinquorumq; omnium amor. potue-
Et ne mihi dicas † mõtanos istos nihil po rint.
tuisse.] Nã plurimi illorum te multò im-

becilliores, ditiores ac delicatiores, dura illam & aſperam vitam amplexi ſunt. Et qd de uiris dico? Puellæ nondum viginti annos natæ, quibus omnis illa ætas in thalamis, & delicato ocio cõſumpta eſt: in thalamis inquam, odoriferis, vnguẽtis ac ſuauiſſimo tymiamatũ odore plenis, quæ in lectis teneris decumbebant, teneræ & ipſæ natura multoq́; & accurato cultu molliores factæ. q̃ totos dies nihil aliud habebãt operis, q̃ ornare ſeipſas, aurũ geſtare, multisq́; deliciis frui, ne ſibi quidem ipſis q̃ q̃ inſeruientes, ſed plures circa ſe famulos ad omnia promptas habentes, quarum veſtes teneræ ipſo etiam corpore teneriores, linteaq́; tenuit & delicata erant, quæ in rosis etiam ſimilibusq́; fragrantiis continuè uerſabantur: iſtæ mox vt igne Chriſti correptæ ſunt, omnem illam molliciem delicatamq́; naturam exutæ, educationisq́ue pariter ac ætatis ſuæ oblitæ, velut generoſi quidam athletæ proiecto quicquid molle erat, in media certamina proruperũt. Et vi deor fortè incredibilia dicere, ſed vera ſunt. Audiui quippe ego ipſe eas virgines olim quidem ita vt dixi, teneras: q̃ ſeipſas tñ poſtea tã auſteræ diſciplinæ dediderũt, ut indumenta piloſis aſperiora nudis imponerent corporibus, & plantis aliquando admodum mollibus, iam nudis incederent, herbidoq́; thoro cubarẽt, Immo maiorem noctis partem uigiliis inſumerent, & neque unguenti alicuius, neque alterius cuiuſpiam, eorum quibus olim aſſueuiſſent, curam haberent: ſed caput etiã adeò quondam diligenter curatum & ornatum iam ita negligerent, ut capillis eſſent temerè ac negligenter uinctis, in eum duntaxat uſum, ut indecorum ac turpitudinem uitarent. Menſam, verò haberent ueſpertinam duntaxat. Menſam, inquam, nec holerum, nec panis: ſed ſiliginis, ſabarum: cicerum, oliuarum, & ficuum. Opera uerò earum continuum lanificium, & quæ duriora eſſent, quàm quæ famulæ domi præſtarent. Quid enim corpore laborantium curam ſuſceperunt, lecticas baiulantes, pedesq́ue abluentes, quin etiam plræque illarum coquinæ inſeruiunt? Tanta poteſt ignis Chriſti, adeò ſcilicet mentis alacritas naturam ipſam ſuperat. Veruntamen nihil horum à uobis exigo quandoquidem à ſexu mulierum ſuperari uultis. Quod ſi qua non ſunt grauia, iſta facite. Manus continete & oculos immodeſtos. Iſtud, quæſo, quid difficultatis habet? quid moleſtiæ? Quod iuſtum eſt facite, neminem lædite ſiue ſitis pauperes, ſiue diuites, ſiue forẽſes, ſiue mercenarii. Poſſunt enim & pauperes aliquando lædere, non uidetis quas illi lites ſuſcitent, quomodo omnia ſubuertant? Vtere connubio, acquire liberos. Et talibus ſua præcepta dedit Paulus, & talibus ſcripſit, Magnum eſt illud certamen, ſublimis eſt ſcopulus, & uertex ad cœlum uſque pertinẽs, nec potes ad id quod magnum eſt pertingere? Igitur uel minora ſequere, quæ inferiora ſunt concupiſce. Non potes expromere pecuniam? Tantũ quæ aliorum ſunt ne rapias, neque cuiquã iniuriam inferas. Ieiunare nõ potes? Duntaxat uide ne deliciis teipſum exponas. Super herbido thoro cubare non ſuſtines: Lecticas tibi argento inſignes ne compares, ſed lectica vtere ac ſtratis non ad oſtentationem, ſed ad neceſſariam corporis recreationem factis. Neque eburneas lecticas habeas. Cohibe teipſum. Quid innumeris clientibus onerariam nauem, tutandi gratia comples? Si frugalis eſſes, nihil timeres, non inuidiam, non latrunculos, nõ inſidiatores. Non enim ita pecuniis, quèadmodum curis, diteſces. Non ita poſſeſſionibus bonorum abundabis, quomodo moleſtiis & periculis, tentationes & multa deſideria introducentibus. Iſta ferunt quicunque volunt acquirere multa. Non iubeo, ut miſerè habenti miniſtres: ſaltem præcipiat, ut puer hoc faciat. Vides quomodo non ſit graue quod iniungitur? Quì fit, quòd uirgines illæ teneræ tanto nos interuallo poſt ſe relinquunt? Pudeat nos obſecro, quod in mundanis quidem nuſquam illis cedimus, neque in bellis, neque in aliis certaminibus: in ſpiritualibus uerò pugnis tolerantiores nobis illæ & brauium priores corripiunt & æquilarum inſtar ſublimius uolant, cum nos interea more graculorum circa nidorem & vaporem in inferioribus verſamur. Sunt enim reuera menſarum illi culinarumq́ue ſectatores non aliter æſtimandi quàm quaſi quidam graculi, canesq́ue voracitati dediti, Reſpice mulieres illa ueteres. Erant enim magnæ. Magnæ enim inquam & præclare mulieres, ut pote Sara, Rebecca,

μυρίων ἀγωνισμάτων.

καὶ ἐπὶ τοῦ Χρι στοῦ.

becca, Rachel, Delbora, Anna, & quæ Christum sequebantur. Viros tamen non præcesserunt, sed postremum locũ tenuerunt. Nunc verò cõtrarium uidemus. Mulieres nos præcedunt & obscurãt. Quàm, quæso, istuc ridiculum, quàm turpe est? Nos vice capitis sumus, & uincimur à corpore. Constituti sumus in hoc, vt imperemus illis, nec imperemus temerè, sed cum virtute. Qui.n. imperat, propterea potissimũ imperare debet, ꝙ in uirtute reliquos superat. Si uerò superatur, iam non est Imperator. Videtis quanta sit aduentus Christi potentia? Quomodo maledictum soluerit? Etenim plures iã sunt uirgines quàm coniugatæ. Maior nũc est apud illas quoque modestia ac temperantia. Plures sunt viduæ. Non facilè mulieres impudẽs quicquàm effutiunt. Quùr ergo tu, dic quæso, à turpiloquio non abstines? Neq;.n. est, vt deploratas illas mihi obiicias, quæ ut plurimum mundanæ sunt, & quod quasi peculiare uitium habent. Saltem in hoc superiores estote uos uiri. qui in vxoribus tanquam peculiari uestro ornamento, gloriamini. Non.n. puto mulierem in muliebri suo mundo (vt deaurato) ita gloriari, ut uitiũ in illis quæ coniugem suã exornant. Non ita in zona sua auro conspicua superbit uir, vt ꝙ vxorem habet ornamẽta auro insignia gestantem. Itaq; & huius causam uos administratis, dum mali scintillam & flammã suscitatis & prouchitis. Alioqui uerò nõ tãtum mulieri delictum imputatur quantum uiro: officij tui est, ut illam in ordinem redigas. Dignum putas, vt ubiq; priores habeas. Et in hoc ego declares quàm in illis quæ teipsum concernunt, nullam magnorum sumptuum uxoris rerumq; preciosarum rationẽ habeas. Mulieri peculiare ac commodum est ornari, magis quàm uiro. Quum ergo tu ipse non fugias istas ineptias, quomodo ipsa effugiet? Habent in se mulieres quoddam vanæ gloriæ studium, uerùm cõmune cũ uiris. Itacunde plerunq; sunt. Et hoc commune habent, cum uiris. Communia uerò cum uiris non habent in quibus excellunt, pudicitiam dico, feruorem, pietatem, & quam erga Christum habent, dilectionẽ. Quã ob rem igitur, dices, a sede & officio docendi abarcuit illas Apostolus? Et hoc ipsum iudicium est, multum illas à viris differre, præclarasq; fuisse illius temporis mulieres. Nam Paulo docente, ac Petro licebat ne dic quæso, etiam alicuius sanctorum illorum coniugem mulierem in hoc muneris insilire? Nunc uerò in id malitiæ prolapsi sumus, ut non immeritò iam quæri possit, cur mulieres non doceant: ita scilicet in muliebrem imbecillitatem degenerauimus. Ista non ideo commemoro, ut illas extollam, sed ut nosipsos pudefaciam, corripiam & admoneam, ut congruentem nobis principatum resumamus, non qui sit iuxta præcellentiam magnitudinis duntaxat, sed secundum prouidentiam, præsidentiam & uirtutem. Nam & corpus tum demum suo loco est, quando optimum habet gubernatorem. Faxit autem dominus, vt & mulieres & uiri in uniuersum omnes ita uiuant, vt Deo placeant, vt mereamur uniuersi in horrenda illa die beniguitate domini frui, promissaque bona consequi in Christo Iesu domino nostro &c.

Homilia xiiij.

QVapropter depositio mendacio, loloquamini veritatem vnusquisque cum proximo suo quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, & non peccetis. Sol ne occidat super iram vestram, neque detis locum Diabolo. Veteris hominis in genere facta mentione, deinceps ipsum & per partes describit. Est enim ea doctrina captu facilior quam per partes discimus. Et quid dicit? Quapropter depositio mendacio. Quo mendacio? An de idolis intelligit? Non de illis. Et ipsa quidem mendacium sunt. Verùm tum tẽporis nihil erat Ephesiis commune cum ipsis. De eo mendacio dicit, quo inter se alter alteri mentiebantur: hoc est, de dolo & fictione. Loquamini veritatem vnusquisquecum proximo suo. Deinde adiungens, quod magis vrget: quoniam sumus, inuicem membra, nemo decipiat proximum suum, quod Psalmista sursum ac deorsum versat. Labia dolosa inquit, in corde, & in corde loquutus est mala. Nihil.n. est, nihil est inquã, quod ita pariat inimicitias, atq; seductio & deceptio. Vide quõ vbiq; illos per exẽplum corporis vrgeat. Num pedem, inquit, fallit oculus, aut oculum pes?

τὸ ἐντρεπτικώτερον maioris pudoris aut increpationis. Ps. 11. a

pes? Vtpote ſicubi fouea profunda fuerit, quę ſupernè inſperſis arundinibus humoque occultis tecta, ſolidæ telluris ſpeciem ipſa ſuperficie ingerat oculis: nunquid vetur hic pede. & cognoſcet quale ſit ibi ſolum, num ſubſit vacuum, aut reſultet & repercutiat? Nõ fallit hic pes, ſed uerum indicat. Quid verò ſi ſerpentem viderit oculus aut malam beſtiam, num fallit pedem? An nun mox periculum annunciat? Et pes illud ex oculi indicio cognoſcens, ultrà non progreditur. Quid verò ſi quando cõtigerit nec pede, nec oculo rerum cognitionem haberi poſſe, ſed totum ab odoratu percipi oportere, vt pote vtrum peſtiferum ſit pharmacum, nec ne. Num ab odoratu fallitur os? Nequaquam. Quare? Quia ſeipſum ſimul perderet odoratus. Itaque quod ſibi ſentit aduerſariũ eſſe, hoc indicat. Quid uerò lingua? Num illa ſtomachũ ſeducit? Nõ ſeducit, ſed ubi amarum quid & acerbum deprehenderit, proiicit, dulce uerò immittit. Vide miniſterium & uiciſſim miniſterii retributionem. Vide prouidentiam ex ipſa veritate & ſua ſponte, vt dicitur, natã. Ita & nos non mentiamur. Si quidem membra ſumus inuicem. Amoris iſtud eſt indicium, contrarium uerò inimicitiæ. Quid ergo, ſi quiſquam inſidias tenderit? Diſce quod uerum eſt. Qui inſidiatur, nõ eſt membrum. Dixerat ne mentiamini aduerſus membra. Addit, Iraſcimini & non peccetis. Vide prudentiam. Et dicit qũo peccare non debeamus, & immoderos iterum non relinquit. Neque.n. hoc permittunt ſpiritualia ipſius uiſcera. Nam quemadmodum medicus ægroto quidem quæ facienda ſunt oſtendit, nõ obtemperãtem tamen non contemnit, ſed ex perſuaſione rurſus inducto conſilio curat: ita & Paulus. Qui ſecus facit, nihil aliud quærit quàm gloriam ſuam, & hunc malè habet, ſi quando contemptus fuerit. Qui verò oĩno ægroti ſanitatem qnærit, ad hoc vnũ reſpicit, vt iacentem ac proſtratum erigat. Iſtud & Paulus facit, cùm dicit: Ne mentiamini. Quòd ſi uerò ſubinde ex mendacio ſuborta fuerit ita, & hanc denuò curat Quid enim dicit? Iraſcimini, & nõ peccetis. Nam bonum quidem eſt non iraſci. Si uerò in morbum hunc quiſquàm aliquando inciderit, uvideat tãtùm ne ingraueſcat. [Sol cuim,] inquit, [ne occidat ſuper iram ueſtram.] Vis exaturari ira? Satis ad hoc fuerit una & altera hora, uel certè tertia. Sol abiens non relinquat vos inuicem inimicos. Exorſus eſt ab ipſa bonitate. Itaq; non abeat in indignos effuſo lumine. Nam ſi ex multa illum bonitate terris immiſit dominus, delictaq; tibi condonauit, tu verò proximo non dimittis uide quantum cõmittas mali. Præterea & aliud quiddam accedit. Noctem metuit beatus Paulus, ne uidelicet illa iniurris affectum in ſolitudinem ſuam accenſo adhuc aſo nacta, ignẽ excitet ac foueat. Nã interea dũ per diem multa excutis, bene ſatiari potes: ingruente verò veſpera reconciliato proximo, malum adhuc recens extingue. Etenim ſi nox illud deprehenderit, nõ poterit quod nocte acceſſit ventura dies extinguere malum, ſed etiã ſi maiorem fortè illius partem amputaueris, vniuerſum uerò nõ potueris, fiet ut rurſus, accepto quod relictum eſt, vehementius incendium operetur nox altera. Quemadmodum ſi quando quod aeri nebuloſum ad denſum per noctem acceſſit, diurno calore Sol nec diſſoluere poterit nec diſſipare, cauſam ac materiam tempeſtatis exhibet, quod reſiduum eſt apprehendente nocte, illudque rurſus aliis uaporibus augmentante, ita & iræ conditio habet. Neq; detis locum Diabolo. Itaq; per iram inuicem impugnare, eſt locum dare Diabolo. Oportet enim omnes pariter eſſe mutua compactione obturatos, & ſimul illi reſiſtere. Iubemus itaq; vt ſolutis inimicitiis quas quiſq; erga proximum habet, in unum inuicem cõuertamini. Nã ita nõ poterit vnquam locum habere Diabolus, quemadmodum ſi inimicitias inter uos alueritis. Hinc innumera mala generantur, & quemadmodum quandiu lapides benè cõpacti ſunt, nihilq; vacuum inter ſe habent, firmi & infracti perſtant: ſi uerò uel foramen acus duntaxat quod vtrinq; penetret, aut ſciſſura quæ capilli locum habeat, fieri contigerit: omnia diſſoluuntur ac pereunt: Ita & Diabolus, donec cõpacti, quidem ac bñ cõpoſiti fuerimus, nihil ſuorum oĩno poterit inferre. Quàm primum uerò vel modicum nos relaxare poterit, nõ aliter quàm quaſi quidã torrens toto impetu. infundit. Nã vbiq; illi ſolis duntaxat initiis opus eſt. Et hoc laborioſum eſt. Si verò nactus fuerit initium nocendi,

ὑπερ δυτῆ πα ρίσταται

Pſal. 4.

D

E

F

G

Simile.

nocendi,omnia sibijpsi subinde suapte ingenio vestigat & amplificat. Posteaquàm verò delationib.apertæ sunt aures fit vt qui mentiantur, fideliores putentur. Habent enim illi inimicitiam omnia damnãtem, non veritatem rectè iudicantem ac discernentem.Et quemadmodum existente amicitia mendacia uidẽtur etiam quæ vera de malis dicuntur:ita regnante inimicitia uicissim uera videntur quæ falsa sunt. Alius animus, aliud tribunal. Hic non ex æquo auditur,sed plurimum in partes inclinatur ac proliuitur assentitur. Quemadmodum enim in libra additum plumbum totũ detrahit: ita & hoc loco.Quippe inimicitiæ pondus plũbo grauius est.Quapropter obsecro nihil non faciamus,ut ante Solis occasum inimicitias extinguamus. Nam si primo die inimiciam detines,& sequenti, sæpenumero, & in annum illam extendis, fit ut per seipsam crescat, nec aliqua re alia deinceps opus habeat. Nam mox & uerba aliter dicta in aliam suspicionem rapit, & habitus corporis & quicquid huius est, ad ferocinam atque agrestes mores immutat, H peiusq; affectũ facit ac dispositum, quàm sunt qui planè insaniunt:nec patitur,vt nomen eius,quem odio prosequeris, uel ipse proferas,vel ab audio alias, sed contumeliosè oĩa loquitur.Quõ igitur furorem subigemus? Quõ flammam hanc extinguemus?Si nostra ipsorum delicta perpenderimus, quantũ obnoxij simus Deo. Si cogitauerimus nos hoc pacto non de hoste vindictam sumere,sed de nobis ipsis. Si considerauerimus qua lætitia Diabolum exhilaremus,hostem illum nr̃m, qui re uera hostis est,cuius gr̃a iniuriam membro nostro facimus. Vis esse memor iniuriarum & hostis?Hostis esto,sed Diaboli, non membri tui. Propterea Deus ira non armauit, non vt aduersum corpora nostra stringamus,& impellamus gladium,sedvt vniuersam machæram in ipsum Diaboli pectus immergamus. Huc intrò poteris capulotenus addere ferrum. Quin,si uoles,& capulum ipsum, nec vnquam inde gladium eucllas, sed aliũ insuper addas. Hoc verò tum erit, quando nobis ipsis parcentes, pacificè inuicem animati fuerimus. Valeãt pecuniæ, valeat gloria,valeat nominis celebritas.Omnib.his mihi membrum meum preciosius I est,ad nos ipsos dicamus: Non afficiamus iniuria naturam nostrã, vt pecunias possideamus,vt gloriã consequamur.[Qui furabatur,non furetur,]inquit [amplius.]Vides quę sint veteris hominis mẽbra?Nempe mendacium,iniuriarũ memoria,& furtum. Quam ob rem non dicit,qui furatus est puniatur, torqueatur,tormentis subijciatur:sed non furetur amplius.[Magis autem laboret operãdo manib.quod bonum est, vt possit impertiri ei qui opus habuerit.]Vbi sunt illi qui† puri nominãtur,qui quum omnis generis sordib.scateant, hoc tamen seipsos vocare audent? Est.n.est,inquam,culpam exuere,non solùm ex eo qđ sistitur peccati cursus, sed & quod bonum quid committitur.Videtis qũo peccata diluere oporteat? Furati sunt:Peccatum hoc est.Non sunt furati.Istud nondum est peccatum exuisse,sed qũo?Laborarunt,& alijs distribuerunt,atq; ita peccatum exuerunt. Nõ vult autem nos simpliciter operari,sed cum labore etiam,& ita, vt alijs quoque impertiamur. Nam & qui furatur, vtique operatur,sed quod malum est.[Omnis sermo spurcus ex ore uestro non procedat.] Quis est sermo spurcus? Is uidelicet quem & ociosum & inutilem dicit,vt sunt, detractio,turpiloquium, festiua vrbanitas, stultiloquium.Vides quomodo irę radices amputet?Nempe,mendacium, furtum, inanem & intempestiuam disputationem. Quod verò dicit,Nõ furetur amplius:non tã ad hoc dicit,vt ijs qui furati erant ignoscat,quàm vt eos quibus facta erat iniuria, mites reddat ac beneuolos, adhortans ut contenti sint, quòd nihil tale passuri sint amplius.Non enim rerum duntaxat,sed & verborum pœnas pendemus.[Sed si quis est bonus ad ædificationem, quoties opus est, vt det gratiam audiẽtibus.]Hoc est, Quod proximum ædificat, hoc solùm loquere, superfluum verò nihil. Nam hac ratione Deus os tibi dedit ac linguã,vt & sibi gratiarum actionem persoluas, & proximum ædifices.Itaque si sermone tuo ædificationem subuertis,melius est vt taceas,& nunquam loquaris.Nam si artificis manus muros ac parietes quos extruere debebãt,subuertere consuescerent, vtique dignę essent, quæ amputarentur. Etenim & Psalmista hoc dicit,Disperdet, inquit, Dominus vniuersa labia dolosa. Tale os omnium malorum est causa: immo non os, sed qui illo

κὶ κα θ' ὁ ποῖ.

K

Ps.11.a

L illo malè utuntur. Hinc vituperia, conuicia, blasphemiæ, incendia, & fomenta voluptatũ cædes, adulteria, furta, breuiter hinc omnia mala generantur. Et quomodo cædes, inquis? A uituperio in iram, ab ira in plagas, à plagis ad cædem progressus est. Quomodo hinc uenitur in adulterium? Illa te diligit, inquit, suaue quid ac bonum de te loquuta est, contentionem erga te remisit. Exin tibi quoque concupiscentiæ fomenta hoc pacto incendit. Propterea dicit Paulus: Si quis bonus est. Quoniam ergo sermones illi qui inter mortales dicuntur, latè patent: rectè sine determinatione loquutus, quæ loqui debeant, præscripto typo, iussit. Quis est ille typus? Si quis ædificat, inquit, aut istud loquere, quod gratiã tibi apud auditorem pariat vt potè, fornicatus est frater, ne uituperiũ fratris in vulgus spargas, nec in eo delicieris. Nihil inde profueris auditori, sed magis dato stimulo nocueris. Atqui si quæ facienda sunt admonueris, multum illi gratiæ contuleris. Si instruxeris, ut os habeat benedictionibus assuetum. Si docueris, vt nemini malè loquatur: summopere ipsum erudieris, gratiamq; præstiteris. Si de compunctione,

M si de pietate, de eleemosyna differueris: omnia ista mentem eius emolliẽt, pro his omnibus gratiam debere se fatebitur. Si uerò risum moueris, si turpe quid loquutus fueris, magis ad malum incederis. Si admonueris, malitiam destruxeris ac perdideris, vt gratiosos eos hominib. & charos faciat, ista dicit. Quemadmodum enim vnguentum odoriferum gratiam exhibet usurpantib. ita & sermo bonus. Propterea & quisquam dixit, vnguentum effusum nomen tuum. Redolere fecit eos & spirare bonam istam fragrantiam. Vides eum quod semper adhortatur, idem & nunc dicere? Vnicuique præcipit, ut pro uiribus proximum ædificet. Qui verò alios horum admonet, multò magis seipsum. [Et ne contristetis,] inquit [Spiritum sanctum.] Istuc horrendum magis est ac terribilius, quod & in ea quæ ad Thessalonicenses est, dicit: nam & illic tale quid dicit, ut pote, qui spernit, nõ hominem spernit, sed Deum: Ita & hìc, Si contumelioſum verbum dixeris, si percusseris, fratrem, non illum percussisti, sed spiritum contristasti. Deinde & adijcit beneficium spiritus, quò maior reddatur re-

ἔυφημον. — εὔσημα — χάριν ὁμολογήσει — περιαιρετωμένους. — Cãt. 1. a — 1. Thes. 4. b

prehensio. Et ne contristetis, inquit, Spiritum sanctum. [In quo obsignati estis in diem redemptionis.] Hìc Spiritus nos regalem esse gregem ostendit, hic nos ab omnibus prioris vitæ actib. cohibuit, hic non est passus, vt coniuncti essemus illis qui irę Dei sunt obnoxij, & tu illum contristas? Vide quomodo ad Thessalonicenses quidem terribiliter. Qui enim spernit, inquit, non hominem spernit, sed deum: hic verò cum quadam reuerentia: Ne cõtristetis, inquit, Spiritum sanctum in quo obsignati estis.

A

Morale.

Hæc ipsa obsignatio in ore tuo est posita, ne tollas signacula. Os spirituale nihil tale loquitur. Ne dicas, nihil refert, si turpe quid dixero, si quenquã vituperauero. Propter hoc ipsum magnum est malum & nihil esse uidetur. Etenim quæ nihil esse videntur, facilè contẽnuntur: quæ verò contemnuntur, augentur ac multiplicantur et. Quę augentur autem, redduntur etiam incurabilia. Os habes spirituale. Cogita, q̃ primùm uerbũ protuleris, quid sis loquutus, & quæ sit oris tui dignitas. Patrem uocas Deum, & fratrem mox uituperas? Cogita vnde sit, & patrem uocas Deum. A natura? Non poteris dicere. A virtute? Neque istud poteris. Sed vnde? Ex sola benignitate, commiseratione & multa misericordia.

B Quando itaque Deum patrem vocas, non hoc solum perpendas, & quæ nobilitatem istam non decent, vituperando committis: sed quòd & à benignitate nobilitatem hãc habes. Noli itaque illam turpitudini exponere, id quod fit, dum ex diuina benignitate nobilitatem hanc nactus, crudelitate erga fratres fueris usus. Patrem vocas Deum, & vituperas? Atqui non sunt illa filij Dei, sed potrò aliena. Quod ergo opus est filij Dei? Inimicis ignoscere, pro crucifigentibus precari, pro odio habentib. sanguinem fundere. Ista demum digna sunt filio Dei, inimicos, ingratos, fures, improbos, insidiatores, fratres & hæredes facere, non eos qui fratres facti sunt veluti mãcipia vituperare. Cogita quæ verba sit os tuum loquutum, qua dignatum mensa, quæ contingat, quæ deguſtet, quo cibo fruatur. Nihil putas te mali facere, quòd fratri maledicis? Quomodo ergo illum fratrem uocas?

Cœna dominica

UNIVERSIDAD DE MURCIA

cas? Si uerò nõ est frater tuus, quomodo dicis, pater noster? Illud.n. noster, multas personas significat. Perpẽde cum quibus tempore mysteriorum adstes, nempe cum Cherubim, cum Seraphim. Seraphim neminẽ vituperaut, sed vnus & idem vlus ora illorum adimplet, nempe benedicendi & glorificandi Deum. Quomodo potes ergo cũ illis dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui ore tuo ad vituperium abuteris? Dic quæso, si vasculo regio, quod semper cibos habeat regios, & ad illos ordinatũ sit: ad stercora ministrorum quisquam abuteretur, an auderet illud cum reliquis ad eadẽ regia edulia deputatis stercore refertum denuò reponere? Nequaquam. Atqui eiusmodi est, q̃ fratrem accusas, q̃ vituperas. Pater noster. Et nunquid hoc solum? Audi & quę sequuntur. Qui es in cęlis. Mox atq; dixisti, pater noster, qui es in cęlis: & excitauit te hoc uerbum, & mentẽ tuã alacrem reddidit, ostenditq; habere te patrem in cęlis, nec facias quicquam nec dicas eorum quę sunt super terram. In ordinem illum supernum constituit te, & choro illi cœlesti adiudicauit: quid teipsum ad ima deiicis? ad thronum regium adstas, & vituperas? Non veteris ne cõuicii loco reputet illud rex? Atqui si seruus aliquis inter nos conseruorum suorum quempiam percuteret, aut vituperaret, etiã si hoc meritò faceret: mox illum obiurgaremus, factum eius cõtumeliæ deputantes. Tu verò cum Cherubim apud thronum regis constitutus, conuiciaris fratrem? Non uides sacra illa vasa? Non ad unum illa semper usurpantur? Audẽne quisquã illis ad aliud quicquam vti? Iam tu uasis istis sanctior es, idq; multò. Quur itaq; teipsum sordidum reddis & pollutum? In cœlis consistis, & vituperas? Cũ angelis conuersaris, & uituperas? Oscu lo dominico dignatus es, & vituperas? Tot ac tantis rebus os tuum adornauit Deus, vt pote hymnis Angelicis, cibo non tantũ angelico, sed angelicam etiam dignitatẽ superanti, osculo suo, complexibus etiam suis, & uituperas? Noli, obsecro. Magnorũ malorum causam habens, res ista quàm longissimè abest à mente Christiana. Non persuademus ista dicentes, nec permouemus? Dignum est ergo, vt quod reliquum est, metuas. Austi.n. quid Christus dicat: Qui dicit, inquit, fratri suo, fatue, obnoxius est gehennæ ignis. Si ergo quod omnium est leuissimum, gehennam meretur: qui adeò confidenter ac temerè vituperat, qua gehenna dignus nõ erit? Instituamus potius ora nostra ad benedictionem & laudem. Magnum hinc erit lucrum, ex vituperio uerò plurimũ nocumenti. Non est hic quicquam fœnoris expectãdum. Claudamus oris nostri ianuam, obiiciamus repagulum, mordeamur nos ipsos, si quãdo graue ac durum quoddam verbum dentes nostros transilire voluerit. Precemur Deũ, precemur proximum conuiciis affectum, nihil huius ægreferamus. Nos ipsos percussimus, non illum. Imponamus pharmacum, nempe precationem, & cum vituperato reconciliationem. Quòd si in verbis tantum impendimus prouidentiæ, multò magis in factis leges nobis ponamus. Siue amicos habuerimus, siue alios quosuis, quamprimùm aliquid maledixerint, aut vituperauerint, exigis ab illis pœnam. Discendum omnino peccatum hoc esse. Nã si didicerimus istud, mox cessabimus. Deus uerò pacis custodiat uestram & mẽtem & linguam, muniatq; fideli munitione, timore videlicet suo, in Christo Iesu domino nostro, cum quo sit patri, pariter & Spiritui sancto, gloria, &c.

C

D

E

F

Matt. 5.

Homilia xv.

OMnis amarulentia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicentia tollatur à nobis cum omni malitia.] Quemadmodum in uas impurum, uelut immundum uestimentum, nunquam seipsum immittit apum genus: nã hac de causa & vaporationibus, & virgultis odoriferis, bonaq; fragrantia locum apibus deputatum commodum reddunt, qui apum studio tenentur, vinoq; fragranti, & reliquis beneolentibus calathiscos præparant, quibus apes alueria egressæ insessurę sunt, ne p iucũdũ odorem offensæ deficiant iter: ita habet & ingenium Spiritus sancti. Vasculũ quoddam est anima nostra, & quidam calathiscus ad recipiendum aluearia donis spiritualibus plena, cõmodus. Verùm si intus fuerit bilis, & amarulentia, & tumor, effugient ista alucaria. Propterea beatus hic & sapiens agrorum cultor, vascula

nostra

noſtra benè perpurgat, nec falcem nec aliud aliquod ferreum inſtrumentum habens. Et vocat nos ſpirituale apiariũ, qđ & cõcluſum primùm purgat precibus, laboribus, & reliquis huc pertinentibus oĩbus.

† noſtra Vide itaq;, quo corda † veſtra expurgat. Expulit mendacium, abegit irã. Oſtẽdit rurſus quo malum potius queat radicitùs extirpari. Si quidem amari fuerimus, inquit, quemadmodum euenire ſolet bile amara exiſtente, dum rupto quo tenetur folliculo vel modicè fuerit agitata. Nam quãdo acutior aliquanto fuerit, quæ quidem admodum eius eſt qualitatis ut ſit acuta, & vaſculum illud primariũ, quo continetur, illam iam non capiens nec tegẽs amplius,

G vt pote quaſi vehementi igne pereſum amplius illam tegere, & in deputatis finibus continere nequit, ſed conuulſum ab immodico actore, prorumpentem bilem toti corpori nocitura emittit. Et quemadmodum vtbi grauiſſima & intolerabilis illata fera, quandiu quidem commodis ac tutis cõtinetur carceribus, etiã ſi ferociat & immane rugiat, nemini tamen quicquam inferri damni poteſt: quãdo vero inualeſcẽte furore obiectos repagulos perfringere exilireq; poterit, mox vtbẽ magno tumultu perturbationeq; adimplet, ac quoſuis inſequẽdo abigit. Ita ſanè hẽt & naturabilis. Quouſq; terminis ſuis continetur, nullo magno malo nos afficit: poſteaquàm verò rupta pellicula fuerit, quæ illam circumplectitur, nihil vltrà eſt quod prohibeat, quin in uniuerſam ſeſe naturam effundat. Tunc verò, tunc, inquam, etiam ſi admodum modica ſit quantitate, propter excellentem tamen qualitatis uim & potẽtiam oĩa reliqua elementa agnata ſua malitia imbuit. Tum. n. ſanguinẽ nacta & loco & qualitate vicinũ, caloréq; in illo acutiorẽ operata, & quicquid cominus eſt, quod

H quidem iuxta humiditatis commenſurationem terminos ſuos excedit, iſto aſſumpto, & in atram bilẽ ſimul immutato, omnibus deinceps mẽbris bellũ indicit, atq; ita oĩbus corporis humoribus in ſuã malitiam inſertis: mutuum conſtituit homi nem, & ſpiritu deficientẽ, anima ipſius impulſa & agitata, facit. Ad quid uerò nobis hæc omnia tanta diligẽtia narrantur? Ad hoc ſcilicet, vt à ſenſibili illa amaritudine intolerabilẽ amaricatæ mẽtis malitiã ſentientes, quo modo videlicet illa, poſtquàm oẽm aĩam primùm infecit, oĩa ſurſum ac deorſum vertat, experientiã ipſius effugiamus. Nam quemadmodũ illa quoduis elementum: ita iſta rationis ſenſus incendẽs, in barathrum gehennæ captũ hoſtem abigit. Vt itaq; perſcrutati diligenter hæc oĩa malũ iſtud fugiamus, frenumq; huic injciamus beſtiæ, immo radicitus extirpem⁹, Paulo morem geramus dicenti: Oĩs amarulentia, nõ purgetur duntaxat, ſed tollat à vobis. Quid. n. mihi rebus hiſce poſſeſſioneq; illarum opus eſt? Quid opus eſt cuſtodire & obſeruare beſtiam, quã licet ex anima mea ſecludere, reijcereq; & in vlteriora quædam loca extorrem abigere? Morem ergo geramus Paulo dicenti: Omnis I amarulentia tollatur à vobis. Sed heu miſeros, quæ nos obtinet peruerſitas? Oportebat omnia huius gratia facere: verùm adeò re vera dementes quidam ſunt, vt beatos etiam ſe putent glorienturq; ac iactent ſe in hoc malo, atq; alios æmulentur. Amarulentus, inquiunt, eſt hic homo, ſcorpius eſt, ſerpens eſt & vipera. Atq; ita terribilem ipſum reputant. Quid metuis amarulentũ ò homo? Ne noceat, inquis, ne lædat, inexpertus ſum malitiæ ipſius. Vereor ne me ſimplicem & incautum hominem nactus, qui nihil eorum quæ meditatur, præuiderim, in laqueos ſuos coniiciat, & retibus nos ſuis, quæ parata habet ad noſtram deceptionem, implicet. Quid ergo? Puerorũ ſunt iſta uerba, metuentium quæ metuenda non ſunt. Nihil itaq; ita contemnere oporteat, nihil ita ridere, vt hominem amarulentum & malum. Nam nihil adeò eſt imbecille atque amarulentia: ſtultos facit & amentes. An nõ videtis quàm cæca ſit malitia? Non audiſtis, quòd qui proximo foueam foderat, ſibiipſi illam foderit? Quõ igitur non eſt timenda mens perturbatione referra? Si vt Dęmonas & inſanos, & quoquomodo ſtultos, (nam & illi omnia temerè faciunt) ita & amarulentos metuere oportet, aſſentior & ego. Si uerò tanquam graues ac duros ad rerum exequutionem vſurpandos putas, nequaquam aſtipulor. Nihil enim ad rerum adminiſtrationem, ita neceſſarium eſt & accommodum, atque prudentia. Atqui nihil ita prudentiam remoratur, atque malitia & verſutia, pariter ac fraus. Non uidetis corpora

pora cholerica, quomodo omni tabefacto flore triſtitia ſint & iniucunda, quomodo ſint imbecillia & macilenta, atq; ad omnia inepta? Tales ſunt, & animi amarulēti. Neque.n. alius eſt animæ morb. regius, quàm malitia. Non eſt igitur potens malitia, non eſt inquàm. Si vultis & per exemplum ruſus, adductis improbi ſimul & candidi imaginibus, clarum efficiam quod dico. Improbus erat Abſalon, & omnes ſibi uendicabat & conciliabat. Vide igitur quanta erat improbitas. Circuiens, inquit, dicebat, nū eſt tibi cauſa dijudicanda? Vnumquenque volens hoc pacto familiarē ſibi, & adictum facere. Dauid uerò candidus erat, & ſine fraude. Quid ergo? vide quis fuerit vtriuſque finis, uide quanta fuerit ille ſtultitia refertus. Nam quùm eſſet ad ſolum patris excidium intentus, in reliquis omnibus cæcutiebat. Qui.n. ſimpliciter ambulat, ambulat fiducialiter: & meritò: vtpote, qui nihil agat curioſè, nihil perpetret mali. Obediamus ergo beato Paulo, & miſereamur, deploremuſque amarulentos omnia molentes & facientes, vt malitiā hanc ex eorum mentibus exantiemus. Quomodo.n. abſurdum non eſt, q̄ bilem eam quæ nobis eſt, quanquam vtile eſt hoc elementum corporis: (nam ſine bile nequit eſſe homo, elementalem autem illam dico) quomodo, inquam, abſurdum nō eſt, q̄ corporalem quidē illam bilem licèt plurimū ab illa iuuemur, pro uiribus euacuantes, eam quæ prorſus inutilis eſt, immo & plurimū nociua, nullo ſtudio conamur euacuare? Qui vult, inquit, inter vos ſapiens eſſe, ſtultus fiat, vt ſapiens ſit. Audi rurſus & ipſum Lucam dicentem: Sumebant cibum, cum exultatione & ſimplicitate cordis, laudantes Deum, & gratiam habebant apud oēm plebem. An non uidemus etiamnū ſimplices, & qui ſine fictione ſunt, communiter apud quoſuis in honore eſſe? Ei, q̄ talis eſt, nemo inuidet proſperè habēti, & nemo inſultat infeliciter ac miſerè agenti, ſed & rebus illi ex animi ſnīa cedentib. congratulantur oēs, & lapſo condolent oēs. Amarulentus verò ſi q̄n reb. uſus fuerit ſecundis, mox tanquam mali quicquàm accidiſſet, ingemiſcunt omnes. & rurſus ſi malè hauerit, lętantur omnes. Miſereamur itaque illorum. Habent.n. cōes hoſtes, quocunq; ſe vertant, circūeuntes. Iacob ſimplex erat, & tū malitioſum illū Eſau deuicit. In aīam enim malignā nō ingredietʼ ſapientia. Oīs amarulentia tollatur à vobis. Neq; quicq̄ illius maneat reliquū. Solent.n. reliquiæ, ſi motæ fuerint & irritatæ, quēadmodū ſcintilla quædam, ingētem intus efficere pyrā. Conſideremus itaq; diligēter, quid ſit amarulentia. Vtpotè exēpli grā, in uiro ſubdolo, fraudulento, ad malefaciendū inſtructo & malè ſuſpicioſo. Ex tali ſanè ſemp̄ generatʼ & tumor & ira. Nequit.n. fieri ut talis anima tranquilla: ſit tumoris & iræ radix eſt amarulētia. Qui talis eſt ſemper oīa eſt graui ac triſti, nec vnquā mentem remittit ſemper cogitabūdus ſemp̄ mœſtus. Quemadmodū.n. dixi, ipſi ſua ipſorū mala primi demetunt. Et vociferatio, inquit. Quid igitʼ & vociferationē tollis? Manſuetum quippe talem eſſe oportet. Equus.n. quidam eſt vociferatio, aſcenſorem ferēs furorē & iram. Equū cohibe, & aſcēſorem ipſius euertiſti.

Sap. 1.

Abſalō. 2. Reg. 15

Iacob.

Sap. 10.

1. Cor. 3.

Act. 2.

Morale.

A

Audiant iſta potiſſimū mulieres, quæ in nullo non negocio vociferantʼ, & clamant. Vna in re duntaxat vtilis eſt vociferatio, nēpe in p̄dicando & docēdo, aliis in reb. nequaquā, neq; precationibus ēt. Et ſi hoc vis re ipſa cognoſcere, nunquā clames, & nunquam iraſceris. Ecce habes modum quo vites iracundiā. Quemadmodum.n. fieri non poteſt, ut qui non uociferatur, iraſcatur: ita fieri nequit, vt uociferans non iraſcatʼ. Neque.n. mihi iracundum, & iniuriæ memorem, ipſam videlicet amarulentiam, & bilē obijcias. Nos de affectus ipſius violētia diſſerimus. Itaq; non parum conferet, ſi aīum erudieris, ut nunquam clames ac vociferēris. Iræ pennas amputas, dum clamorē tollis, ipſumq̄ cordis tumorem contrahis. Quemadmodum.n. fieri non poteſt vt pugnet, qui manus contra neminem extollit: ita fieri nequit, ut per iram implicetur qui non clamat. Liga manus verberantis, & iube ut percutiat, verūm nō poterit: ita & ira habet. Vociferatio verò etiam nōdum exiſtentem iram elicit. Atque hinc mox mulierem potiſſimū genus capitur, quæ dum ancillis iraſcuntur, vniuerſam domum vociferationibus ſuis adimplent. Fit autē ſæpenumero ut ædib. ad biuium, celebremuè plateam aut angiportū ædificatis, audiant quotquot adſtant & iſtam vociferantem, & famulam eiulantem. Quid verò cum ma-

B

iore

iore dedecore vnquam poterit fieri, quàm istos audire ploratus, & quæ reliqua illic fiunt. Atque hic mox quicunque introspexerint: famulam suam, inquiunt, illa verberat. Hoc autem quid esse potest turpius? Quid igitur, verberare non oportet? Non hoc dico. Oportet quidem, sed neque continuò, neque immodicè, neque ad vlciscēdas proprias iniurias, quod semper admoneo vtpote siquid in ministerio delictum fuerit: sed siquid damni animæ suæ intulerit, hac de causa si uerberaueris, laudabunt omnes, reprehendat nemo. Si uerò tuarum rerum gratia hoc feceris, crudelitatis ac sæuitiæ argueris ab omnibus. Iam quod omnium est turpissimum, sunt quædam vsque adeò feræ & immites, vt tam atrociter flagellent famulas suas, vt ne toto quidem illo die extingui queant verberum vibices.

C Nudatas enim puellas, ad lecticas, conuocato ad spectaculum marito, verberaturæ ligant. Heu, non venit tibi in mentem in ipso momento, dic quæso, gehennæ memoria? Qui puellam nudas, viroque ostendis, nec erubescis, non metuens ne te reprehendat? Immò plerunque ipsum irritas diraq; minaris: idque posteaquam innumeris conuiciis miseram & calamitosam, nempe Thessalidam, fugitiuam ac prostitutam vocando cōfeceris. (Ira siquidem ne proprio quidem ori parcere permittit, sed vnum, hoc intendit, quomodo videlicet illam vlciscatur, etiam si interea seipsam turpitudini obnoxiam reddat.) Et post hęc omnia quasi quidam tyrannus ad iudicium præsidet, ac pueros aduocat, assumptoque stulto viro velut lictoris vice utitur. Debentne ista in Christianorum ædibus fieri? Sed malum est, inquis, seruile hoc genus, & improbum, & impudens, & quod corrigi non sustinet. Noui & ego. Verum potest aliter corrigi, metu scilicet, minis ac verbis, idque talibus, quæ & illam amplius mordere possent, & te ab isto dedecore liberare. Quòd turpia uerba loqueris, cùm si libera: nunquid hoc ipso te magis pudore afficis, quā illam? Deinde cùm in balneo illi progrediendum fuerit, vibices in tergo nudatæ

D ancillæ, indicia videlicet crudelitatis tuæ circunfers. Sed intolerabile est, inquis, seruile genus, quam primum indulgentiam consequutum fuerit. Non ignoro. Verùm quemadmodum dixi, aliter illam emenda, non solum flagellis, neque timore dū taxat, sed & blandiciis, & beneficentia. Soror tua facta est: si fidelis fuerit, cogitate esse domi nam, illam verò tibi seruire. Si temulenta fuerit, abscinde temulentiæ causas. Virum voca, & admone. An non uides quam turpe sit mulierem uerberari? Qui innumera supplicium genera aduersum viros legibus suis statuerunt, vtpote adustiones & tormenta raro mulierē suspenderunt: sed irę metā vsque ad alapas aut virgarū castigationem posuerunt. Tanta verò erga naturam hanc muliebrem vsi sunt reuerentia, vt nulla vrgente necessitate distulerint sæpenumero castigatione, vtpote cùm prægnās fuerit mulier. Turpe qppe est uiro verberare mulierē. Si uerò turpe est uiro, multò magis ei quæ eiusdē est sexus. Hinc quoq; mulieres reddunt uiris exosæ. Quid igitur, inquis, si fornicetur puella? iunge illa viro, amputa fornicationis causas, ne pmittas ingurgitādo lasciuire. Quid si furetur? Custodis ea, & E diligēter obserua. O pcepti difficillimi hyperbolem. Eronè ego illius custos, inquies? O dementiam. Quamobrē obsecro, nō eris ipsius custos? An non eadē mente & anima tecū communicat? An nō eisdem bonis ac beneficiis tecū à Deo honorata est? Nō eadem tecum mensa fruitur? Non eiusdē nobilitatis tecū particeps est? Quid ergo, iqes, si fuerit cōtumeliosa, loquax & ebria? Quot verò liberæ tales sunt? Præcepit autē Deus vt omnia mulierem vitia ferant viri. Duntaxat, inquit, nō fornicetur mulier, reliqua vitia ferto. Et si temulenta fuerit, aut contumeliosa, aut loquax, aut inuidia, vel sumptuosa, substantiamq; dilapidans, sociam habes vitæ, compone illā. Id. n. tibi necessario incūbit: nam ideo caput es. Quod tuū est facito. Et si corrigi nequit, perpetuoque furatur, quæ tua sunt custodi: ne excrucies illam tantopere. Si loquax fuerit, os illi obturato: Atq; hoc excellentissimæ philosophiæ est. Iam verò in tantam absurditatem abeunt quędam, vt nudatis capitibus per capillos ancillas suas distrahant. Vt quid erubescitis omnes? Nō ad omnes vos mihi sermo est, sed ad eas quę in istam ferocitatem F abductæ sunt. Estne moris, dic quæso, vt nuda stet mulier? Tu verò oīno & vittam capitis vides. Vides quomodo teipsam cotumelia afficias? Quòd si suapte spōte nudo capite in cōspectu tuo compareret, probo illi

καὶ ἀπειλεῖς δηστὴν Thessalidam, hoc est, vafram & impostricem.

Oīa mulierū vitia, excepta fornicatione, ferēda sunt à viris.

repudiandum

illi uerteres: quum tu verò ipsa illam nudes, nihil esse mali dicis? Deinde quid si non emendatur, inquis? Virga & plagis illam castigato. Quanta uerò uitia tu ipsa habes, quæ nõ corriguntur? Ista nobis iam non illarum, sed vestri gratia dicuntur, quę liberæ estis, ut nihil designetis quod inhonestum sit ac turpe, nec vosipsas lædatis. Si ista domi tuæ in ancilla tractanda didiceris, mansuetaq; fueris & non difficilis, multò magis erga virum talis eris. Nam si nihil tale operata, vbi potestas erat, inuenta fueris: multò magis nihil huius facies, vbi vnde prohibeatis impedimentum est. Itaque philosophia ista erga ancillam seruata plurimum vobis ad acquirendam viro-
Mat. 7. c rum beneuolentiam conferet. Nam qua mensura, inquit, metimini, eadem remetientur vobis & alij. Pone frænum ori tuo. Et si ancillam molestam generosè ferendo laboraueris, in ea quæ paris honoris est tecum, etiam si contumeliosa fuerit, nihil ægreferes. Si uerò nihil ægrè tuleris, absolutam philosophiam consequuta es. Sunt C verò quædam quæ deierent etiam: nihil est autem turpius ea quę ad eum modum irascitur. Quid ergo, inquies, si lasciuè se iactet & ornet? Isthuc prohibeto, & ego consentiam: Ita uerò prohibeto, vt à teipsa incipias, non tantùm timore quantum exemplo. Sis in omnibus illi exemplaris imago. [Et blasphemia (inquit) tollatur à vobis.] Vides quomodo progrediatur, & crescat malum. Amarulentia peperit tumorem, tumor iram, ira vociferationem, vociferatio blasphemiam, hoc est contumelias, blasphemia deinde plagas, plagæ vulnera, vulnera mortem: verùm nihil horum proferre uoluit Paulus: sed dixit, tollatur, cum omni malitia. Quid est, cum omni malitia? In hoc omnia concludit ac summat. Sunt autem quidam instar eorum canum, qui clanculum mordentes, prætereuntem quidem nec allatrant, nec quicquam erga illum rancoris ostendunt. Adblandientes verò mansuetudinisq; speciem ostendentes, sicubi nacti fuerint incautos, dẽtes clanculum infigunt. Isti peiores sunt illis, qui ex aperto inimicitiam in se suscipiunt, & profitentur. Quoniam igitur & homines H que irascentes, neque inclamantes quidem neminantes, occultè verò dolos concinnãtes, & innumera mala fabricantes, factisq; sese vlciscentes, & illos notare uoluit Apostolus. Tollatur, inquit, à vobis cum omni malitia. Non est q̃ uerbis quidem parcas, factis verò vlciscare. Ego linguam ideo castigaui, uociferationemque illius amputaui, ne flammam vehementius incendat. Si verò sine vociferatione ẽt eadem facis, incendiumq; & carbones internè nutris, quæ vtilitas erit silentij? An ignoras, q̃ eiusmodi incendia omnium sunt nocentissima, quæ cùm intus nutriantur, non quibusuis circunstantibus apparent? Et vulnera quæ in conspectum extra cutem sese nõ egerunt? Et rogi illi qui interna comburunt? Ita & peior est reliquis ea ira, quę mentem depascitur. Quin etiam ipsa, inquit, cum omni malitia, & parua & magna tollatur. Obediamus ergo Apostolo, omnemque amarulentiam & omnem malitiam eruamus, ne contristemus Spiritum sanctũ. Euellamus radicitùs amarulentiam, excidamus eam. Ex animo amaricato nihil planè fit boni, nihil sani: omnia calamitates, omnia lachrymas, omnia ploratus & fletus spirant. Non urderis, vel bestias illas quomodo eas I cùm uociferant, auertemur? vtpote leonem aut vrsam: ouem verò non ita. Non enim illic est vociferatio, sed mansueta quædam vox. Et instrumentorum musicorum quædam iniucundiora sunt sonitu, dum perstrepunt, vt tympana & tubæ. Quæ verò nõ ita, sed submissa sunt, & mollia, illa iucunda sunt, vt tibia, & cithara, & fistulæ. Ad hunc itaque modum mentem nostram instituamus, ne vociferemus, atque ita poterimus & iram uincere: illa verò excisa nos primi tranquillitate potiemur, & in serenum tranquillumque portum enauigabimus: quod contingat nos omnes consequi in Christo Iesu Domino nostro, &c.

Homilia xvj. tota ferè moralis.

OMnis amarulentia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicentia tollatur à vobis cum omni malitia. Sitis verò inuicem alius in alium comes, misericordes, largiẽtes uobis ipsis sicut & Deus per Christũ largitus est uobis.] Non est satis à malitia liberari, siquidẽ consequẽdũ sit regnum cœlorum: sed & multo uirtutum lucro, ac prouentu opus est. Nam ad hoc quidem

Quo nõ satis sit malis abstinu isse.

vt à gehenna liberemur, opus est, vt abstineamus à malitia: vt verò regnum consequamur, amplectenda, & vsurpanda est virtus. An ignoratis, quòd ita fiat & in externo illo mundano foro, quando factorum habetur inquisitio, omnisque ciuitas in vnum cõgregatur? Nam vetus erat apud eos qui foris sunt consuetudo, vt aurea donaretur corona, non is qui nihil mali perpetrasset in ciuitatem (nam istud ad hoc dun taxat sufficiebat, ne subeundum esset supplicium,) sed qui etiam magna beneficia contulisset. Ita scilicet oportebat ad istum honorem consequendum duci. Sed nescio quomodo penè oblitus sim; quòd ad uos potissimum erat dicendum. Primam enim distinctionis istius partem reijciam modica quadam correctione vsus. Posteaquàm enim dixi secessum à malis sufficere nobis, ad hoc ne in gehennam incidamus, incidit interea dicenti horrida quædam comminatio, quæ non illis qui mali quicquàm ausi sunt supplicium inducit, sed eos qui bonorum quippiam omiserunt, punit. Quę est autem ista? Imminente, inquit, die illa terribili, aduentanteq; certa illa & fixa iudiciaria cognitione, constitutus in tribunali suo iudex: & ouibus quidem ad dexteram collocatis, hędis verò à sinistris, ad oues dicet: Venite benedicti patris mei, possidete regnum uobis ab exordio mundi paratum. Esuriui enim, & dedistis mihi edere: istud benè habet. Oportebat enim eos tantæ beneuolentiæ tantam vicissim retributionem recipere. Quòd autem illi, qui de bonis suis egentibus non contribuerunt, non solùm vsque ad bonorum priuationẽ puniuntur, sed & in gehennæ ignem amandantur: istud quæso, quàmnam habet rationem? Et istud sanè potissimum probabilẽm habet rationem, non minus quàm illud prius. Nam ex eo instruimur, quòd illi quidem qui bona fecerunt, cœlestib. sint potituri bonis: qui verò culpantur, quòd etsi nihil habeãt mali, bonorum tamen aliquid omiserunt, simul cum illis qui mala fecerunt, in ignem gehennæ sint abducendi. Nisi quisquam illud dixerit, q & bonum nõ facere, malitiæ pars quædam sit. Nam ocij istud est & segnitiei: ocium verò malitiæ pars est: immo verò non pars, sed causa & mala radix. Omnem quippe malitiam docuit ocium: itaq; cauendum ne stultè quæstiones istos indagemus & inquiramus, nempe, Quem sit habiturus locum qui nihil boni fecit. Nihil enim boni facere, hoc ipsum est malum facere. Dicas enim velim, si famulum quempiam haberes, qui etsi nec furaretur, nec conuiciaretur, nec contradiceret, immo nec inebriaretur, nec reliquorum malorum quicquam designaret: sederet tamen perpetuò ociosus, nec aliquid eorum, quę seruus herro suo præstare debet, faceret: non flagellares illum, non ut peruersum castigares, dic quæso? Atqui nihil dum mali operatus esset. Itaq; hoc ipsum malum est. Ponamus verò & reliquæ vitæ rationem. Sit agricola quisquam, qui nulla in parte lædat nostra bona, nec illis insidietur, nec furtum intentet, duntaxat ligatis domi manibus ociosè sedeat, nec seminans, nec sulcum proscindens, nec boues subiugans, nec vitem colens, nec alium quenquam eorum laborum faciens, qui ad terræ culturam pertinent: an huiusmodi non puniemus? Atqui nihil iniuriæ intulit, ne culpare talem possimus. Verum hoc ipso quòd ociosus fuit, iniuriam intulit. Iniuriam enim committit communi ratione, qui, quam debet, vtilitatem suam non præstat. Quid enim dic quæso, si quisue opificum & artificum, cũ qui alterius artis esset immo, qui & suæ, nihil quidem lædaret aut impediret, quiesceret, uerò & ociaretur duntaxat: an non hoc pacto omnis vita nostra perderetur & corrumperetur? Vis vt & ipsum corpus in hãc rationem ducamus?

Morale.

Manus igitur nec caput verberet, neque linguam excidat, nec oculum effodiat, nec aliud quicquam eiusmodi mali cõmittat: tantùm verò ociosa maneat, & ministeriũ suum quod debet, toti corpori nõ præstet: an digna non esset quæ amputaret potius, quàm circunferretur ociosa, totique corpori nociua? Quid si os nec mãderet manum, nec morderet pectus, quæ verò sui sunt officij, omitteret omnia: an non melius obtuerat esset magis os tale? Itaque si & in domesticis, & in opificibus, & in toto corpore magna est iniuria, non solum mali quicquàm facere, sed & bona omittere: multò magis istud utique in corpore Christi erit. Propterea nos & beatus Paulus abductos à malitia ad virtutẽ ducit. Quid.n. proderit,

K

καὶ παραγενομένης τῆς κυρίας. Matt. 25 c

L

ἀπρόσωπον.

Eccl. 33.

A

Simile.

M

Simile.

proderit, dic quæso, spinas omnes excidere, si bonum semen iactum non fuerit? In idem quippe damni nos iterum constituet labor inutilis manens & imperfectus. Propterea sanè & Paulus curã nostri habens, admonitiones suas non in eo sistit, vt mala excidamus, & tollamus, sed illicò adhortatur, vt & bonorum sementẽ & plantationem ostendamus. Cùm. n. dixisset, Omnis amarulentia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicentia tollatur à uobis cum omni malitia, subiunxit: Sitis uerò inuicẽ alius in alium comes, misericordes, largiẽtes vobisipsis. Isti. n. sunt habitus & affectꝰ. Et non sufficit uno liberari, ad hoc ut in alterius affectus habitum restituamur: sed opus est rursus instinctu quodam & impulsu non minore eo qui ad fugam malorum permouit, vt ad possessionem bonorũ perueniamus. Etenim qui corpore niger est, etiam ab ea corporis qualitate liberetur, non tamen mox albus euasit. immo uerò rei huius rationem ac iudicium non in naturalibus exerceamus, sed ex illis quæ ad voluntatem pertinent, exemplum adducamus. Qui inimicus non est, nondum omnino amicus est, sed ad medium quiddã, quod neque ad inimicitiam neq; ad amicitiam pertinet, in quo maximè constituta est erga nos maior hominum pars. Qui non illachrymatur, non planè etiam ridet, sed est media quædam conditio sanè & hic, nõdum omnino comis est qui amarus nõ est, nec planè misericors qui tumorem non habet, sed adhuc & alio quodam studio opus est, ut istud bonum possideat. Contemplare verò quomodo iuxta legem ac rationem optimæ agricolationis conditam sibi ab agricola tellurem beatus Paulus perpurget, & operando exercet. Sustulerat adulterinam sementem, hortatur deinceps, ut contineant genuinã sationẽ. [Scitis comes,] inquit. Nam si euulsit spinas ociosus iacet ager, inutiles iterum herbas proferet. Propterea ociũ ipsius ac desitionem præoccupare oportet. Euulsit irã, posuit in locum comitatem: euulsit amarulẽtiã, reposuit misericordiam: excidit malitiã, plantauit remissionem ac condonationẽ. Hoc enim est quod dicit: [largientes vobisipsis,] hoc est, Sitis, inquit, igroscentes ac condonantes. Ista quippe largitio maior est ea quæ fit in pecuniis. nam qui pecunias remittit ei cui mutuum dedit, bonum quidem opus facit & celebrandũ: veruntamen ad corpus usque duntaxat ista largitio pertingit, licèt sibiipsi retributionem in illis donis acquirat, quæ spiritualia sunt, & ad animam pertinent. Qui verò peccata largitur ac condonat, & animæ suæ ipsius prodest: & eius pariter cui remittit. Non enim seipsum dũtaxat hoc pacto, sed & illum mansuetiorem reddidit. Nam animos eorum, qui nobis iniuriam intulerunt, non ita mordemus si in ius eos uocemus, atq; si iniuriam condonemus, hoc modo illos pudefacientes, & placantes. Aliàs etenim nec nobisipsis nec illis prosumus, sed utrosque, damno afficimus: dum & nos uindictam ac retributionem more principum Iudæorum persequimur, & tumorem in illis incedimus. Si verò acceptam iniuriam mansuetudine cõpensauerimus, omnem ipsius irã excutiemus, posito apud ipsius conscientiã iudicio, vnde pro nobis prolatis sententiis, seipsum condemnabit, iudicabitq; peiorẽ esse q̃ nos. Nam reprehendet & damnabit seipsum, quæretq; omnem occasionem, quò mutuò captã longanimitatis partem maiore mensura reponat: sciens, quòd si par duntaxat beneficium rependerit, inferiorẽ se fore ob id quòd non prior ipse benefecerit, sed exemplum benefaciendi primùm à nobis sumpserit, atque ideo minùs rependat. Studebit itaque atque eò contendet, ut beneficii sui reddita semina in mensura excellant, vt minores, quas ex eo sustinet, quòd non prior, sed secundus ad beneficii retributionem accessit, retributionis excellẽtia superet & abscondat: & inferiores quas ex tempore tulit, eius scilicet, qui prior malè affectus est, eas per mansuetudinis hyperbolem communes faciat. Homines enim quando grati sunt non ita propter accepta mala, quomodo propter bona, quibus ab illis afficiuntur, quos læserant, anguntur & gemunt. Nam illud quidem malitiæ, istud verò probri, contemptusq; plenum est, eũ scilicet cui benefactum est, nullo beneficio respondere. Hoc etenim laudem habet & applausum, & præconium, ab omnibus, quòd qui iniuriam passus est, nullam meditatur vicissim vltionẽ. Atq; ideo potissimũ hoc

Ephes. 4. 6

B

Simile.

Exemplum.

C

D

δυσωπουντες.

E

pacto qui mali sunt, mordentur. Itaq; si vo
les vlciſci, isto modo vlciſcere. Malefactis
repende bona, vt & ipsum malefactorem
debitorem tuum constituas, & victoriam
feras admirabilem. Affectus es malè? vi-
cissim benefacito. Ita vlciſcere inimicum.
Nam si in ius ipsum vocaueris, & te pari-
ter & illum reprehendent omnes. Aliter ve
rò fiet, si iniuriã tuleris. Te quidem lauda
bunt & admirabuntur, illum verò repre-
hendent & incusabunt. Quid verò maius
poterit fieri inimico, quàm vt videat eum
quem odit, admirari laudariq; ab omni-
F bus? Quid inimico poterit obtingere ama
rius, quàm seipsum videre ab omnibus in
eius conspectu quem odit, calumniari &
probris affici? Si vindicaueris in ipsum, &
condemnaberis pariter, & solus vltionem
patieris. Si verò noxam remiseris, vindictã
in hostem tuum exercebunt omnes. Istud
quidem grauius est, quàm si malè abs te
afficeretur, nempe, ꝙ tot vltores in ipsum
hostem tuum insurgunt. Quòd si tu quo-
que os tuum aduersus illum aperueris, ta-
cebunt illi. Si vero tacueris, non iam vni
ori, sed innumeris aliorum illũ obiicies,
& magis hoc pacto ulciſceris. Et te, si pro-
bris inimicum tuum affeceris, multi, etiã
culpabunt. Dicent. n. verba esse animi cõ-
moti. Si uerò nulla laceſſitus iniuria, con-
uiciis ipsum ita perfunderis, tum maxi-
mè à suspicione ista pura vrit vltio. Nam
qũ nihil mali perpeſsi, propter excellen-
tiam manſuetudinis, tuæ, non aliter con-
dolent atq; compatiuntur, quam si iniu-
riis essent affecti, tum certè ab oĩ suspicio-
ne munda erit ista vltio. Quid igitur, in-
quies, si nemo vlciſcetur? Non põt fieri vt
adeò lapidei sint homines, quin admirent
philoſophiam istã videntes. Et si tum vlti
non fuerint, facient tamen hoc posteaquã
fuerint in eum statum & ordinem consti-
tuti, qui ad hoc deputatus est. Interea qui
illum suggillant, & probris afficiunt, istud
G adimplent. Et si nemo alius te admirabit,
admirabitur tamẽ ille ipse inimicus tuus,
etiam si nihil dicat. Nam iudicium boni
incorruptum, ac nulla parte deflexum,
etiã si in ipsum malitiæ barathrum deue-
niamus, nihilominus adhuc nobiscum
Mat. 5. f & Lu. 6. d persistit. Aut quamobrem putas dominum
noſtrum Chrm ista dicere: Siquis te per-
cusserit in dextrã maxillam, obuerte illi
& aliam? An non ideo ꝙ quantò quis lon
ganimior fuerit, tantò magis & seipsum
& aduersarium suum maxima utilitate
afficiet? Propterea præcepit, & aliam obuer
tere, vt irati ac tumidi desideriũ expleas.
Quis. n. adeò ferinis est moribus qui po-
stea nõ pudefiat? Canes hoc inter se facere
dicuntur, ut qñ in aliquẽ latrando irrupe-
rint: is uerò supinũ seipsum in terrã proie
cerit, nihilq; contra fecerit, mox omnem
iram hoc pacto extinguat. Itaq; illi placã-
tur, & quasi pudore suffundunt coram eo,
qui quiduis ab ipsis pati paratus est: multò
magis istud humanum genus maiore, ra-
tione præditum, decet. Sed. n. dignum fue-
rit non præterire quod paulò antè in me-
moriã inciderat, & in testimonium addu-
ctum est. Quid autem est istud? Diximus H
de Iudæis & eorum primoribus, quòd cul-
pati sunt tanquã ultionis retributionem
sectãtes. Quanquã istud lex illis permiſit,
nempe, oculum ꝓ oculo, dentem pro den
te. Verùm non ideo vt oculos inuicem ef- Leu. 24.
foderent, sed vt metu idem patiendi, licen d
tiã lædendi cohibentes, neq; malum aliis & Deu.
inferrent, neq; ipsi paterentur ab aliis. Pro 19. d
pterea dixit, oculum ꝓ oculo, ut aduerſa-
rii tui manus liget ac cohibeat, nõ ut tuas
ꝫ eliciat & educat: non ut tuorum dunta-
xat oculorũ læsionem prohibeat, sed ut &
illius saluos custodiat. Sed ut ꝗrere cœpe-
rã, qua ratione concessa ultione reprehen
duntur ꝙ illa sunt vsi? Quidnam istud est? ἔμφασις
Iniuriarum memoriã hic dicit. Nam eum
quidem qui læditur, actionem mox insti-
tuere permittit, lædentem, ut dixi, detinẽs
ac reum constituens. Iniuriæ uerò memo-
rem esse non ita permittit: nam istud non
iam iræ esse, aut feruentis impetus, sed stu-
diosæ & accuratæ malitiæ. Ignoscit uerò
Deus illis, qui dolore ac calumnia pariter
rapti sunt, & ad uindictam impulsi. Propte
rea dicit, oculũ pro oculo. Et iterum: Viæ
eorum qui iniuriarum sunt memores, ad
mortem abeunt. Si uerò tantum suppliciũ
iniuriatũ tenacibus positũ est, ubi oculũ
pro oculo excæcare & eruere licebat: quã- I
tò magis illis, qui seipsos, & ad malorũ to-
lerantiam paratos exhibere iussi sunt? Ne
ſimus itaq; iniuriarũ memores, sed exti-
guamus irã, ut beneuolentia ipsius præci- Mat. 7. a
pitis digni reddamur. Qua. u. mensura,
inquit, metimini, eadẽ remetientur uobis
& alii.

ὃς μὲν ὅμως ἐν καλάσει γενόμενος.